B *de artibus, disciplinis, praeceptis, quae in -e docentur*: **1** *spectat ad varias artes, inprimis liberales* (*ubique num. plur. praeter l. 52. 55*): VITR. 1, 1, 1 architecti est scientia pluribus disciplinis et variis -bus ornata (1, 1, 11. 12). 1, 1, 18 officium ... architecti omnibus -bus debeat esse exercitatum (AVG. civ. 6, 2 p. 247, 2 D. in omni -e, quam nos saecularem, illi autem liberalem [*aliter v. l. 15*] vocant, studiosum rerum ... iste [*sc. Varro*] doceat). 2, 1, 8. RVFIN. Orig. in gen. 11, 2 p. 103, 16 sq. B. ex his -bus, quae extrinsecus videntur esse in saeculo ... ut est -o litterarum vel artis grammaticae, ut est geometrica doctrina *eqs. al.* PROSP. c. coll. 10, 3 p. 241^{B} cunctis mortalium -um ... disciplinis. **2** *ad doctrinam christianam, apostolorum sim.* (*c. gen.* 'identitatis' *l. 63*): PRISCILL. tract. 7, 112 p. 82, 3 David ... magisterium divinae instituens -is (RVFIN. Orig. in exod. 7, 5 p. 212, 10 B. quid splendidius -e d.? quid dulcius ... eloquiis domini? hist. 5, 11, 1 in huius d. -um scholis [*gr.* κατὰ τοῦτον ταῖς θείαις γραφαῖς συνασκούμενος]. *et al.*). VVLG. prov. 1, 3 ad suscipiendam -em doctrinae (SACR. Greg. 2, 3. *cf.* SACR. Leon. 442 praeceptionum tuarum). RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 139, 17 B. in lev. 7, 7 p. 393, 2 coelestis (SACR. Leon. 335). hist. 2, 17, 17 (*ex Philone*) qui in -bus sapientiae ... conversantur (*gr. aliter*). *al.* AVG. civ. 9, 5 p. 374, 28 D. scriptura divina, qua christiana -o continetur (pecc. mer. 2, 36, 58 p. 127, 1. *aliter v. supra l. 45*). LEO M. epist. 80 Conc.^{S} II 4 p. 39, 2 *sequax* evangelicae -is. EPIST. pontif. Avell. 325, 14 (*Ioh. episc.; a. 534*) apostolicis -bus studere (APRING. in apoc. 21, 21). CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 146, 34 (*gr. I 1, 2 p. 92, 14* μυσταγωγίαις). *et al.* **3** *de ipso libro -em amplectente*: SALV. epist. 8, 2 p. 216, 8 doctrinā novae -is quasi summum aedificii tui culmen ornasti. COD. Iust. 1, 17, 2, 11 aliam mediocrem -em praeparandam esse censuimus.

✖**ērudītor**, -ōris *m.* *ab* erudire. GLOSS. παιδευτής (*sic et locis gr. nisi quid aliud notatur*). *inde a* TERT. (*fem.* -trix *iam* FLOR., *v. p. 835, 20*).

1 *generatim: is qui erudit, fere i. q. magister*: **a** *absolute*: TERT. pall. 4 p. 934, 2 Oe. *Achilles* apud rupicem et silvicolam et monstrum -em (*i. Chironem*) scrupea schola eruditus. VVLG. Hebr. 12, 9 patres ... carnis nostrae -es habuimus (*cf.* EPIST. pontif. [Felix] 15, 5 Thiel augustae memoriae Leo, pater -rque vester. *al.*). AVG. c. Iul. 2, 10, 34 p. 697$^{p. med.}$ -r vester Pelagius. CONC.^{S} I 2 p. 41, 31 PS. VARRO sent. 53 *al.* **b** *acced. genet. obi.*: *α hominum*

[Burckhardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*bestiae, fere i. q. domitor: infra l. 6*): AMBR. exc. Sat. 1, 20 (*de fratre*) domi forisque -r quidam et arbiter sacerdotis. VVLG. Sirach 37, 21 vir astutus multorum -r. Rom. 2, 20 -em insipientium, magistrum infantium (*inde* PELAG. in Rom. 2, 21 p. 25, 2 S. RVFIN. Orig. in exod. 11, 2 p. 253, 20 B.). RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 44, 2 p. 36, 21 quibus ... se modis singulis quibusque bestiae huius ille -r aptabit? (*gr. p. 452*^{C} *ἐπιστάτης*). *al.* CANON. Dionys. Exig. p. 8, 24 St. *clerici* -es ... inoboedientis populi non fuerunt. CLAVD. MAM. anim. 1, 2 p. 25, 21 fundatores (*cf. l. 11*) ecclesiae atque -es. FACVND. defens. 1, 5 p. 555^{A} bene dixisti, episcope orthodoxe, orbis -r. *et al.* *β rei*: HIER. vita Hilar. 14 p. 35^{A} *Hilarius* fundator (*cf. l. 9*) et -r huius conversationis (*sc. monachorum*) et studii in hac provincia fuit. IVL. Aug. c. Iul. op. imperf. 1, 90 p. 1108$^{init.}$ *diabolus* ideo genitor eorum (*sc. Iudaeorum*) dicitur, quod criminum arguitur -r. **2** *speciatim ap. Eccl. de deo, Christo, spiritu sancto*: VVLG. Os. 5, 2 ego -r omnium eorum (*inde* HIER. in Os. 1, 5 p. 857$^{fin.}$). RVFIN. Basil. hom. 1, 3 p. 1726^{C} communis vitae nostrae -r atque unicus doctor spiritus veritatis. PS. AVG. serm. 231, 2 p. 2171$^{P. med.}$ venit ecclesia ad redemptorem et -em suum (CASSIAN. c. Nest. 6, 14, 1).

fem. **ērudītrīx,** -īcis. FLOR. epit. 2, 6, 38 Scipio ... Hispaniam ... pusilli illam iam Hannibalis -em ... recuperavit.

paedagogium **ērudītōrium** puerorum GLOSS. (*cf. Landgraf, ALL 9, 1896, 408*).

ērudītrīx *v.* eruditor *l. 20.*

ērudītulus, (-a, -um). *ab* eruditus *deminutive.* *fere i. q. eruditus* (*acced. notione obscaeni, cf. Kroll ad l. et v. p. 831, 28*): CATVLL. 57, 7 *Caesar et Mamurra* uno in lectulo -i ambo.

1. ērudītus, -ūs *m.* GLOSS. *παιδεία. παίδευσις. i. q. eruditio*: TERT. adv. Val. 29 p. 205, 13 granum seminis spiritalis modicum et parvulum iacitur, sed -us huius ⟨quem⟩ supra diximus, fide augetur ([*v. adn.*]. *de re cf. p. 828, 77*).

2. ērudītus *v.* erudio *p. 831, 6.* *Burckhardt.*

[farinam **erveam** CHIRON 554 p. 179, 18 *et* 19 *coni. Buecheler* (et aerucam *trad.*) *ex Pelagon. 56* f. de ervo ... f. hordeacia.] *K.-M.*

ērūgātio, -ōnis *f.* *ab* erugare. *i. q. actio erugandi* (*v. infra l. 41*): PLIN. nat. 28, 184 talum candidi iuvenci ... decoctum et inlitum linteolo candorem cutisque -em (-ginationem *d*) praestare.

1. ✖ērūgo, (-āvī), (-ātum), -āre. [*ab* ex *et* ruga. *W.*] ero-: GLOSS. *v. l. 40.* eruc-: PLIN. nat. 28, 183 *cod. V.* GLOSS.^{L} II Arma E 179 erogat planum facit (GLOSS. *al.*). *inde a* PLIN. nat. *i. q. rugis removendis levare, levigare*: **a** *rugas in cute*: PLIN. nat. 21, 127 *lilii radices* -ant corpora, cu⟨te⟩m ([*cf. infra l. 44 sqq.*]. 23, 26 *radix vitis albae* corpus). 23, 85 oleum amygdalinum ... cutem -at (*al. v. l. 42 et vol. IV 1580, 57*). 30, 30 faciem purgat atque -at cygni adeps (PLIN. med. 1, 20 PS. THEOD. PRISC. add. p. 300, 9). **b** *in charta*: PLIN. nat. 13, 82 *charta* iterum ... cons⟨t⟩ri⟨c⟩ta -atur atque extenditur malleo.

2. ērūgo, -ctum, -ere. [*ab* ex *et* *rugere, *quod c. gr. ἐρεύγομαι congruit, cf. c. anglosax.* rocettan, *lituan.* riáugėti, *slavon.* rygajati sę *eiusdem significationis et c.* eructare, ructare. *W.*] PAVL. FEST. p. 83 *v. p. 825, 19.* MACR. exc. gramm. V 626, 20. 651, 34 *v. p. 825, 20 sq.* *praeterea habent* ENN., GELL. (*sing. loc.*). **a** *nude de aqua, fere i. q. profundi* (*cf. p. 826, 72; vix refl.* [*v. l. 56*]): ENN. ann. 379 contempsit fontes quibus ex -it aquae vis (exer- *trad. [Vahlen²]; recte dist. Keil [cf. Ernout-Meillet, dict. étym. p. 835]. vix recte olim Vahlen* [*probantibus aliis*] quibu' sese -it *pro refl.*). **b** *de vino*: GELL. 11, 7, 3 *orator dicere volens equitem quendam* misero ... victu vivere et furfureum panem esitare vinumque -tum et fetidum potare, 'hic', inquit, 'eques R. apludam edit et flocces bibit' (*i. vinum tam vile ut qui biberit 'quasi eructet', sc. corruptum, acidum sim.?; an de lora cogitandum?*). *Groth.*

[**3. ērūgo** *v.* eruca. **4. ērūgo** *v.* aerugo.] *K.-M.*

ervilia, -ae *f.* (-īl-*?, cf. infra l. 72*). [*cf. c.* ervum. *W.*]. PAVL. FEST. p. 82 ervum et -a a Graeco sunt dicta, quia illi ervum *ὄροβος*, -am *ἐρέβινθος* appellant. *de scriptura et formis*: -ila: VARRO rust. 1, 32, 2. -illa: VARRO Men. 244. PLIN. nat. 21, 70 *pars codd., v. l. 75.* herbilia: EDICT. imp. Diocl. 1, 12 GARG. MART. med. 30 p. 168, 18 *codd.* SER. SAMM. 585 *v. l. 78.* NOT. Tir. 104, 62 (herv-). *alt. syll. brevis* SER. SAMM. 585. [*it.* rubiglia, *hisp.* arveja. *M.-L.*]

genus leguminis, fere i. q. ervum ('*vicia pisiformis*' *L. de re v. Blümner ad edict. Diocl. p. 64*): VARRO Men. 244 serat haec legumina arte parva pauca, cicer -am ([*v. l. 66*]. rust. 1, 32, 2 serendum viciam, lentem, cicerculam, -am [*v. l. 65*] ceteraque quae alii legumina, alii ... legarica appellant. PLIN. nat. 18, 143. 21, 70 [*d*, -lium *R*, -illam *VTf*, -illium *E*]). COLVM. 2, 13, 1 PLIN. nat. 1, 18, 34. 18, 58 longiora *folia* -ae et piso (*v. app. crit.*). 18, 98. 19, 47. GARG. MART. med. 30 p. 168, 18 haec ... in pillulas ad modum -ae (*v. supra l. 67*) deformantur (*cf.* SER. SAMM. 585 in speciem -ae [herbiliae (-e) *Ac Mut.*]). EDICT. imp. Diocl. 1, 12 -ae (*v. l. 67*) *castrense modium unum denarios* octoginta (*gr. Corp. III p. 2328*^{62} *λαθύρου*). *metonymice de agro, in quo -a crescit*: PETRON. 57, 11 quid nunc stupes tanquam hircus in -a? (*v. Friedländer ad l.; Süss, de eo quem dicunt inesse Trimalch. cenae sermone vulg., Dorpat 1926, p. 41 sq.*).

ervilla *v.* ervilia *l. 66.* *Burckhardt.*

*?*GLOSS.^{L} III Abstr. ER 3 **erulī** (erili *Linds.; v. p. 786, 16*) domini (*an demin. ab* 'erus'*?, cf.* dominulus).

erum *v.* ervum. [**ērumna** *v.* aer-.] *Friedrich.*

✖**ērumpo,** -ūpī, -uptum, -ere. *ab* ex *et* rumpo. NOT. Tir. 46, 62 -it. 46, 68 -upit. *de formis*: -upēre: LVCAN. 9, 255 STAT. Theb. 12, 71 TAC. hist. 4, 32 *al.* -ptum iri: PS. RVFIN. *p. 839, 3.* *de notione*: SYNON. Cic. Char. gramm. p. 414, 13 B. abiit, excessit, evasit, -upit, aufugit, effugit ([*cf. infra l. 42*]. GLOSS. V 290, 54). GLOSS.^{L} II Philox. ER 25 -upit *ἐξέρρηξεν* (GLOSS. II 292, 32 *ἐκρήσσω. cf.* II 240, 16 *ἀπορρήσσω*). III Abol. ER 8 -ere publicare (*v. p. 840, 13*). *al.* *de usu: plerumque intrans. adhibetur; transit. v. p. 836, 72 sqq. 838, 53. 839, 1. 4. 57. 59. 840, 13 sqq. 38 sqq. 842, 57. 843, 10 sqq. 32 sqq.* (*mediopass. v. p. 838, 37 sq. 52. 839, 2 sq. 34 sq. 58. 843, 37 [impers. v. p. 836, 67. 837, 30]; refl. v. p. 837, 17. 56. 838, 37. 84 sq. 839, 34. 840, 18. 841, 59*). *part. praes.* -entia, -ium *n. pro subst.: v. p. 842, 10. 31.* *acced. per abundantiam*: foras: *e. g. p. 837, 5. 56. 839, 35. 39.* deorsum: *p. 838, 30. 61.* *legitur inde a* CATONE (*v. p. 843, 33 sq.*), TER. (*p. 840, 13. 841, 39*), PACVV. (*p. 839, 16*), ACCIO (*p. 837, 17*), VARRONE (*p. 839, 33*), CIC.; *frequenter apud* PLIN. nat., TAC. [*correct.: ex* rump-: CAES. civ. 2, 14, 1 (*Meusel*). COLVM. 8, 5, 14 QVINT. decl. 247 p. 14, 2 AMM. 30, 4, 20 *al. cf. et* QVINT. inst. 4, 3, 5 (rump- *A*). *ex* et rump-: CORIPP. Ioh. 6, 309. -upit *ex* eripuit: LIV. perioch. 7 p. 13, 17. *al.* *add.*: LIV. 36, 23, 2 (*Gronov.*). *restituitur*: AMM. 31, 8, 4 e⟨rumpere⟩ (*Vales., Heraeus*). *variat aut c. simpl.* rumpere *aut c. aliis compos.*: VERG. georg. 4, 368 (*M*, rumpit *R*, rupit *P*). Aen. 1, 580 (*MP*, ab- *R corr.*). HIER. in Ier. 2, 56 p. 112, 14 (*MA*, pro- *L*, erubuerunt *P*). MART. CAP. 3, 261 (rump- A^1R^1). VERG. georg. 4, 313 (-upere *ω*, eripuere *R*). LVCAN. 3, 600 *v. s.* erepo *p. 749, 24.* *falso trad.*: CIC. ad Q. fr. 3, 1, 2 (*in loco ut glossa del.*). erump- *pro* rump-: SEN. dial. 9, 10, 1 PLIN. nat. 28, 263. *pro* perrump-: LIV. 38, 5, 8. *v. et s.* erepo *p. 748, 74.* AMM. 15, 5, 36 *v. s.* eripio *p. 788, 66.*]

I ***vi praep. vigente*: A** *c. notione* ***prorumpendi, foras ruendi*** *vel exeundi sim.*: **1** ***proprie*** *et generaliter*: **a** *de animantibus*: *α generatim*: Ⓘ *de inclusis, circumventis sim.*: ⓐ *tam strictius i. q. vi sive celeritate exire, proficisci (nascendo e. g. l. 50 sqq. 64 sqq.), quam laxius et originaria notione magis debilitata i. q. exire; adhibetur etiam de vermibus terrenis (v. infra l. 56); saepe indicatur 'unde' per praep.* ex, de, ab *vel abl. separ.*, '*quo*' *per praep.* in, ad: *intrans.*: CIC. Catil. 2, 1 abiit, excessit, evasit, -upit (*citat* QVINT. inst. 9, 3, 46. 77. *v. et l. 7 et 68*). 3, 3 Catilina ... -upit ex urbe. Mur. 51 e senatu; *syn.* exire (TAC. ann. 12, 7 curia). SALL. hist. frg. 3, 66 qua tempestate vis piscium Ponto -upit (PLIN. nat. 9, 29 innumera vis mugilum ... in mare -it. *cf. et infra l. 74*). *al.* VERG. georg. 4, 313 donec ... -upere (*sc. apes ex cadavere vituli*). SEN. Herc. f. 290 -e (*sc. e terra*) rerum terminos tecum efferens (STAT. Theb. 8, 190 reverti sedibus a Stygiis altaque -ere terra). COLVM. 8, 5, 14 *pulli* saepe propter crassitudinem putaminum -ere (*sc. ex ovo*) non queunt (PLIN. nat. 10, 154. 159 inter pullos [*sc. columbarum*] saepe ova inveniuntur et alii provolant, alii -unt. 10, 187 catuli *lacertarum. cf.* 11, 120 tenues membranas quibus -it volucre quadrupes [*sc. hemerobion*]. 17, 255; *antea*: nasci). PLIN. nat. 7, 172 serpentium multitudine ex corpore *Pherecydis* -ente (SCHOL. Verg. Veron. Aen. 2, 472 in auras subito; *opp.* sub terra latuerit. *cf.* PLIN. nat. 18, 364 vermes terreni -entes. TERT. patient. 14 p. 22, 6 cum *Iob* -entes bestiolas inde [*sc. ex ulceribus*] in eosdem specus ... ludendo revocaret). SIL. 13, 865 sede reclusa hac tandem -ent (*sc. ad lumen, i. nascentur; v. infra l. 66*). *al.* STAT. Theb. 5, 100 tectis. 5, 426 arcana ... -ere porta. 9, 355 aquis. 11, 581 profundis -upit (*P*, erepsit *BM*) tenebris. Ach. 1, 122 silvis. *al.* TAC. hist. 1, 86 -isse cella Iunonis maiorem humana speciem. AMM. 22, 15, 19 *enhydrus* populato ventre, vitalibus dilancinatis -it. HIER. epist. 107, 3, 2 de utero matris in occursum eius gestiebat -ere (*cf.* VVLG. num. 18, 15 quidquid primum -it e vulva cunctae carnis. MACR. Sat. 1, 8, 5 semen in utero animatum ... in lumen [*cf. l. 59*]). RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 30 p. 570^{A} qua hinc exitur ...? quo -itur? quo rursum evaditur? (*cf. supra l. 42*). *al.* *per imag.*: SEN. dial. 6, 23, 2 exire *animi e corporibus* atque -ere gestiunt (*cf.* TERT. anim. 53 p. 386, 23 *anima* de oppanso corporis -it in apertum ad ... lucem [HIER. epist. 23, 1, 2]. PRVD. perist. 2, 487 spiritus). TERT. resurr. 19 p. 51, 20 velut de sepulcro veteris hominis. *al.* *transit.*: VERG. Aen. 1, 580 Achates et ... Aeneas iam dudum -ere nubem ardebant (*cf.* VAL. FL. 5, 465 nebulam). TAC. ann. 12, 63 vis piscium immensa (Inmeta *codd.*) Pontum -ens (*cf. l. 45*). SVLP. SEV. epist. 1, 14 ostium.

ⓑ *fere i. q. evadere, aufugere*: OV. Ib. 153 Stygiis -ere nitar ab oris (*cf.* SIL. 8, 642 Gallorum visi bustis -ere manes). PHAEDR. 2, 8, 9 occasione rursus -am data. SEN. benef. 7, 19, 6 ferae inter nos eductae si in silvas -erunt (*cf.* PLIN. nat. 36, 40 ex alia cavea panthera. STAT. Theb. 7, 581. *cf. et* VLP. dig. 9, 2, 27, 34 de loro ... mulus). CVRT. 5, 5, 19 ex hoc carcere ([*al. v. vol. III 436, 32 sq.; v. et p. 837, 8*]. *cf.* FLOR. epit. 3, 20, 3 effracto Lentuli ludo ... -upere Capua. TERT. apol. 27, 7). CVRT. 10, 6, 24 per medios armatos -upit. 10, 9, 18 ex contione. PLIN. nat. 32, 11 scarum inclusum nassis non

[Junod]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fronte -ere (*ibid.*). VAL. FL. 8, 324 volucrum gens turbida fratrum (*sc. ventorum; cf. p. 839, 16 sqq.*) -it. *al.* PS. QVINT. decl. 2, 2 p. 22, 10 fugimus, -imus. TAC. hist. 4, 2 paucos -ere ausos circumiecti oppressere. HIER. epist. 122, 1, 2 de incendio Sodomae ... paene semiustus -ens. VVLG. iud. 16, 6. SVLP. SEV. epist. 1, 12 -ere foras cupiens. *et al.* *per imag.*: SEN. epist. 57, 8 *animus* beneficio subtilitatis suae per ipsa quibus premitur -it (PORPH. Hor. epist. 1, 14, 9 velut quibusdam carceribus). 70, 24 nihil obstat -ere et exire *de vita* cupienti (PS. QVINT. decl. 4, 9 p. 75, 27 properasset -ere [*sc. e vita*]).

Ⅱ *de non circumventis, fere i. q. prosilire*: OV. trist. 2, 305 quaecumque -upit qua non sinit ire sacerdos (*i. in fanum*). CVRT. 6, 3, 5 ad parentem sororesque ... vel retinentibus vobis -rem. SIL. 16, 499 subitusque -it et auras praevehitur Theron (QVINT. inst. 6, 2, 31). POMPON. dig. 17, 2, 60, 1 servis venalibus ad fugam -entibus. AMM. 26, 6, 10 subsidebat ut p⟨ra⟩edatrix bestia ... protinus -ptura. HEGES. 1, 25, 4 p. 41, 24 in arma (*gr. 1, 202 aliter*). *al.* *refl.*: ACC. trag. 287 ita imperitus stupiditate -it se, inpos consili.

β speciatim in re militari: Ⅰ *de militibus obsessis, interclusis vel circumventis*: ⓐ *vi et armis exire* (*praevalente notione impetus faciendi, acced.* 'in'; *sensu vero sibi armis itineris aperiendi* 'per'): *intrans.*: CIC. epist. 12, 5, 2 *Brutus* si -isset Mutina. CAES. Gall. 3, 5, 3 dato signo ex castris ([*v. l. 42 sq.*]. LIV. 2, 25, 3 dato ... ad -endum signo [9, 37, 9]. 21, 59, 4 signum ad -endum exspectare [40, 27, 14 nemo ... dedisset]. *al.*). BELL. Afr. 6, 1 subito ex oppido -upit multitudo (LIV. 2, 33, 6 ex o. -issent hostes. 34, 28, 9 ab o. SVET. Aug. 14 oppido. *cf.* PS. AVR. VICT. orig. 15, 3 urbe. AMM. 31, 16, 5 a civitate [VEG. mil. 4, 28 p. 148, 11 ex c. VVLG. iud. 20, 31 de c.]). SALL. Iug. 99, 1 milites ... portis (LIV. 3, 5, 5 in incautum hostem decumana p. 9, 12, 8 per aversam p. 23, 16, 13 duabus circa p. [43, 10, 5 -itur]. 34, 26, 3 a porta. *al.* SIL. 2, 226 p. atque aggere tuto [*cf.* 9, 9 vallo]. *sim. al.* VVLG. iud. 20, 25 de portis. *cf.* AMM. 21, 12, 13 qui -bant clanculo per posticas [*v. l. 37*]). LIV. 4, 33, 1 patefactis ... portis nova -it acies (27, 28, 16 patefacta repente p. *al.* SIL. 12, 596 impulso patefactae cardine portae et simul -upit ... exercitus. AMM. 24, 5, 8. *cf.* LIV. 28, 22, 11 patentibus p. SIL. 13, 215 reclusa in campum p. [AMM. 27, 12, 7]. AMM. 20, 11, 22 reserata latenter postica [*v. l. 32*]). LIV. 8, 24, 9 per medios -it hostes (22, 60, 17 prius ... per civium agmen quam per hostium fuit -endum. *cf.* 22, 50, 8 per hos qui ... obstrepunt portis -amus. LVCAN. 6, 156). LIV. 9, 4, 9 obsessi in obsidentes -erunt (26, 13, 6. *cf.* 21, 7, 8 in stationes operaque hostium [32, 4, 2]. *al.*). 21, 59, 6 castris (22, 60, 22 e c. [22, 60, 26. 27]. 34, 47, 7 *al.* LVCAN. 4, 732 nocturnum c. -ere cogit ... equitem. *al.* [*v. et l. 22*]). 35, 11, 4. 43, 23, 4 cum -issent ab Antigonea armati (AMM. 18, 9, 3 a Singara. *cf. etiam supra l. 26. 27. 30*). *al.* STAT. Theb. 2, 547 campo ... -ite aperto (*i. in campum a.*). *et al.* *absol.*: LIV. 2, 33, 7 impetum -entium retudit (32, 23, 12). 9, 21, 5 in -entes incessit. 22, 60, 21 ne -rent obsistere conati sunt. 38, 29, 8. 40, 31, 7 tribus partibus simul -it. *al.* LVCAN. 3, 500. SIL. 12, 491 negari ... Capuae ... -ere cernit. TAC. Agr. 10 *nonani* -upere. ann. 1, 67, 1 mox undique -endum (*seq.* eruptione). *al.* FLOR. epit. 2, 15, 14 subito classis. *et al.* *per imag.*: VERG. georg. 4, 78 *apes* -unt portis (COLVM. 9, 9, 5 sive *apes* ad pugnam -erint). LVCAN. 9, 149 classis in adversos -at remige ventos. TERT. Scap. 1 p. 539 Oe. cum omni saevitia vestra concertamus etiam ultro -entes. *refl.*: CAES. civ. 2, 14, 1 *hostes* portis se foras -unt (*v. p. 836, 21*).

ⓑ *fere i. q. evadere* (*syn. v. l. 61*): CAES. civ. 1, 81, 2 sive noctu sive interdiu -rent. SALL. Iug. 101, 9 circumventus ab equitibus ... solus inter tela hostium vitabundus -it (*cf.* LIV. perioch. 7 p. 13, 17 circumsessus [*v. p. 836, 23*]. VELL. 2, 111, 4 *hostis* inclusus custodiis). LIV. 7, 35, 4 virtute hinc oportet evadatis ... -endo hinc vosmet ipsos servate. 26, 40, 4 neque intercludi ab Agrigento ... nec quin -ret ubi vellet prohiberi poterat. 35, 11, 10 per medias stationes hostium -upere ([FRONTIN. strat. 1, 5, 16 intermissas]. *cf.* PLIN. nat. 22, 11 per castra. FRONTIN. strat. 2, 19, 3 praesidia. *al.*). LIV. 37, 11, 10 vim facere per fauces portus atque -ere in mare apertum. *al.* LIV. perioch. 87 p. 91, 14 Marium -ere temptantem reppulit. *al.* CVRT. 3, 11, 12 qua cuique ad fugam patebat via -unt. AMM. 15, 10, 11 Hasdrubalem exinde similiter -pturum. 16, 11, 5 per ea *itinera* ... grassatores. 17, 2, 3 -endi *copia. al.*

Ⅱ *de non circumventis*: ⓐ *ad impetum faciendum* (*saepius ex insidiis, latebris sim.*) *prosilire*: HIRT. Gall. 8, 19, 1 -unt ceteri ... ex silvis. BELL. Afr. 69, 4 ex proximis collibus -unt atque ... in Caesaris legionarios impetum faciunt. VERG. Aen. 10, 890 tandem -it et ... conicit hastam. 11, 609 subito. LIV. 6, 24, 2 *cohortes* quae inter commissum iam certamen ... -rent. CVRT. 3, 4, 13 scrutari ... calles ne occultus hostis in subeuntes -ret. *al.* SIL. 13, 156 -it ovans. STAT. silv. 4, 4, 36 *Achilles* -upit in Hectora. FRONTIN. strat. 2, 3, 10 *praecepit* auxiliaribus ut ... a cornibus rursus -rent (FLOR. epit. 4, 2, 48). 2, 5, 31 scutati -unt e saltu (-entes saltu *H*). TAC. hist. 2, 26 tunc Othonianus pedes -upit. 2, 68 -upere legionarii in perniciem auxiliorum. ann. 2, 11, 1. 14, 37 *legio* velut cuneo. FLOR. epit. 4, 10, 3 hostium manus ... in fessos via ... velut nimbus -upit. AMM. 15, 5, 31 subitus armatorum globus 17, 1, 8 (*anteced.* latere). 19, 11, 14 *al.* VVLG. I Macc. 13, 44 -erant, qui erant intra machinam, in civitatem. *al.* CLAVD. rapt. Pros. 2, 166 *al.*

ⓑ *significantius: fere i. q. e propriis finibus egrediendo alienos invadere*: CIC. prov. 6 totum ... Pontum armatum effervescentem in Asiam atque -entem *sustinere*. FLOR. epit. 4, 9, 3 *Parthi* non dubitaverunt et -ere ultro quidem invitante Labieno. SPART. Did. 1, 7 Cauchis ... -entibus restitit. VOPISC. Aurelian. 6, 3 -entes Sarmatas in Illyrico ... adtrivit. 19, 4 nuntiatum est Marcomannos -isse. Tac. 13, 2 a Maeotide multi barbari -erant. *al.* ARNOB. nat. 1, 5 p. 7, 13 *ut* ab insula quae perhibetur Atlantica Neptuni ... magna -ret (earum perit *P*) vis hominum. EVTR. 9, 2, 2. AMM. 17, 13, 1 -entibus Liberis. 18, 6, 9 -isse hostium vastatorias manus superato flumine permonstrantes. 21, 7, 6 Persarum copias ... incertum quonam -ere cogitantes (21, 13, 3 speculaturos quonam rex -ret. *cf.* 27, 8, 5 quo quisque -ere potuit). 24, 7, 7 *ut* eos aestimaremus -isse ad audaces excursus. *al.* ORIGO Const. 5, 21 chron. I p. 9, 22 Gothi per neglectos limites -erunt (erupuerunt *B*). SVLP. SEV. chron. 2, 49, 5 rumor incesserat ... Maximum ... brevi in Gallias -pturum. *al.* *fere i. q. rebellare, seditionem facere*: TAC. hist. 1, 55 quinta decuma ac sexta decuma nihil ultra fremitum et minas ausae initium -endi circumspectabant. ann. 3, 41, 1 haud ferme ulla civitas intacta seminibus eius motus (*sc. rebellionis*) fuit, sed -upere primi Andecavi ac Turoni.

b *de rebus inanimis*: *α de solidis: techn. apud med. e sede sua moveri, fere i. q. luxari*: CELS. 8, 20, 8 reposito *femoris* osse ... diutius is in lecto detineatur, ne ... femur ... rursus -at (*syn.* promovetur). 8, 22, 1 si in priorem partem *talus* -it (*syn.* prolabitur, excidit, prorumpat).

β de liquidis: Ⅰ *generatim*: ⓐ *de umoribus corporis: de sanguine*: CELS. 2, 7, 8 s. per nares -et (MARCELL. med. 10, 1 e naribus). 2, 8, 26 si s. sursum deorsumque -upit. 2, 10, 15 vehementer. 5, 28, 3 ex ulcere. *al.* LVCAN. 6, 555 *sanguis* -at iugulo qui primus aperto. PLIN. med. 1, 10 p. 23, 4 e vena percussa (*antea*: exiliat). PELAGON. 302 -it et profluit (*cf. Hippiatr. gr. I 212, 6* ἀποῤῥήγνυται). *al.* VEG. mulom. 2, 76, 1 per urinas. *al.* THEOD. PRISC. log. 63 ex meningae partibus. 64 de auribus ... de palato ... de uva. 66 de partibus ... muliebribus. *refl. vel mediopass.*: SCRIB. LARG. 46 -it se e naribus s. 84 s. -ptus est. *ibid.* -i per vulnus. STAT. Theb. 7, 683 -ptusque sinus vicit cruor. *de aliis umoribus corporis* (*cf.* PLIN. nat. 25, 57 cum *elleborum* celerius -at quo *eqs.*; *i. per intestina evacuetur*): EPICED. Drusi 115 *lacrimae* -unt (SEN. contr. exc. 3, 5 introrsus -entes l. ago. SIL. 12, 553. QVINT. inst. 11, 3, 75 [*syn.* manant]. *al. cf.* QVINT. inst. 6, 2, 7 fletus -it [*al.*]). CELS. 1 prooem. 67 in partes quoque humor -it, ut in oculos auresque. 2, 8, 4 pus ... quacumque parte -it (*cf.* SCRIB. LARG. 66 cum -erit suppuratio [MARCELL. med. 14, 3]). 4, 7, 3 (*in angina*) *incidere* eas venas quae sub lingua sunt, ut per ea vulnera morbus -at. 4, 18, 1 bilis supra infraque -it. SEN. epist. 11, 2 quibusdam ... sudor. QVINT. inst. 8, 4, 17 vini -entis ([*sc. ex ore vomentis Antonii*]. *cf.* CYPR. laps. 25 p. 255, 22 sanctificatus ... potus de pollutis visceribus -upit. THEOD. PRISC. log. 38 *cum vomituum* impetus torrens et repentinus -erit). *mediopass. vel transit.*: CAEL. AVR. chron. 3, 8, 103 fistulae quibus -ptus humor feratur. 5, 10, 92 ad exteriora corporis collectionum liquorem -endo.

ⓑ *de variis umoribus*: PAVL. FEST. p. 128 manare dicitur cum humor ... per minimas suas partes -it. SEN. dial. 1, 1, 4 (*de aestu maris*) modo contrahi undas ... modo -ere. PLIN. nat. 12, 72 carduum ... seminis plenum ac lacrimae, quae -it incisa parte summa (*cf.* 13, 54 *lentor resinosus* [37, 42 resina]. 25, 31 sponte -entem sucum). SIL. 5, 67 taeter humo lacera ... cruor (SVET. frg. 360, 1 oleum terra). 12, 439 angustis e faucibus aequor -it scopulos inter. VVLG. Iob 26, 8 ligat aquas in nubibus suis, ut non -ant pariter deorsum.

Ⅱ *speciatim de fluviis sim.*: ⓐ *de capite fluvii aut de flumine ex lacu, stagno profluente: intrans.*: LVCR. 5, 952 umoris fluenta ... plano scatere atque -ere campo (APVL. mund. 5 -unt et scatent flumina). VITR. 8, 1, 2 *aquae* -unt in medios campos. 8, 1, 7 profluentes fontium -unt ructus (8, 3, 8 fontes). 8, 3, 9 per bituminosam terram vis -it aquae. SEN. nat. 6, 6, 2 in omni maiore motu *terrae* -unt fere novi fontes. 6, 8, 3 nescis ... *Nilum* a terra ... -ere? (LVCAN. 10, 256 rumor ab oceano ... -ere Nilum). *al.* CVRT. 6, 4, 7 *amnis* ubi rursus -it. MELA 2, 30 Strymon ... ubi non longe a mari lacum fecit, maiore quam venerat alveo -it. PLIN. nat. 6, 128 *Tigris* in specum mergitur subterque lapsus a latere altero eius *montis* -it. 31, 4 *aquae* tepidae egelidaeque ([VVLG. Ier. 18, 14 frigidae]. *cf.* 31, 7 fontes calidi perquam salubres oculis). 33, 75 repleto stagno, excussis opturamentis, -at torrens tanta vi ut *eqs. al.* SIL. 13, 577 ultimus -it lacrimarum fontibus amnis. AMBR. hex. 2, 3, 12 p. 51, 15 cum tanta de terris -ant maximorum fluenta amnium (AVG. gen. ad litt. 5, 10 p. 154, 9 -entia fluenta. *cf. et supra l. 64*). VVLG. deut. 8, 7 fluviorum abyssi (*sim. al.*). CLAVD. 21, 86 flumina lactis -isse solo. *al.* *per imag.*: CIC. de orat. 2, 162 unde universum flumen (*sc. argumentorum*) -at. AVG. civ. 18, 27 p. 292, 5 D. velut fontes prophetiae pariter -erunt (18, 37 p. 312, 20 de fontibus Israel ... prophetiae flumen -upit). *transit.* (*p. 839, 1; praeterea refl. vel mediopass.*): VERG. georg. 4, 368 unde altus primum se

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-it Enipeus. PANEG. in Mess. 86 fontibus ut dulces -at terra liquores. AMBR. Noe 17, 59 p. 454, 13 -pti erant fontes aquarum. PS. RVFIN. in Am. 9, 14 p. 1104[B] de montibus -ptum iri nectar. *paulo aliter*: VIB. SEQ. geogr. p. 145, 15 Achelous Aetoliae primus -isse terram (*i. ex terra*) dicitur.

(b) *de inundationibus*: SEN. nat. 3, 30, 2 magno spiritu -entibus fluviis. 4, 2, 22. PLIN. nat. 16, 173 contra . . . -entium amnium impetus. TAC. ann. 1, 79, 3. VVLG. Iob 38, 8 conclusit ostiis mare, quando -bat quasi de vulva procedens. (c) *de ostiis*: MANIL. 3, 273 *Nilus* -ens . . . per septem fauces. MELA 1, 108 huc Phasis -it. TAC. Germ. 1 *Danuvius* in Ponticum mare sex meatibus (*cf.* AMM. 22, 8, 44 *D.* septem ostiis per hoc Scythicum litus). AVSON. 163, 11 in terris per quas -it Aturrus. (d) *sing. fere i. q. irrumpendo manare*: PS. APVL. Ascl. 24 torrenti sanguine plenus ad usque ripas -es. GREG. TVR. Franc. 4, 31 p. 167, 2 aqua -ens deursum.

γ de aëre, vento, nubibus sim.: PACVV. trag. 415 undique omnes venti -unt (MANIL. 4, 590 totidem v. de partibus isdem. LVCAN. 3, 460). CIC. Arat. 101 viribus -it qua summis spiritus Austri ([*gr. Arat. 320 sq. aliter*]. SEN. nat. 2, 28, 3 spiritus . . . qui nisi universus -it [*sc. ex nube*] non crepat. PLIN. nat. 2, 113. 2, 201 *al.*). HIRT. Gall. 8, 5, 2 -entes . . . acerrimas tempestates. VAL. MAX. 1, 7 ext. 1 nimbos (DIFF. Suet. 314 nimbus interdum -it ut aliquam caeli partem minorem occupet). SEN. epist. 64, 1 fumus . . . qui -ere ex lautorum culinis . . . solet. PLIN. nat. 2, 112 flatus . . . si -at ardens, fulmina *edi* (APVL. mund. 23 -entibus . . . f⟨la⟩tibus). PLIN. nat. 2, 133 si *typhon* maiore depressae nubis -erit specu. SIL. 6, 148 crassus . . . per auras halitus. HIER. epist. 65, 5, 2 de stomacho ructus -it. *per imag.*: VELL. 2, 100, 2 in ipsius *Augusti* domo tempestas -upit (VVLG. Ier. 23, 19 turbo dominicae indignationis egredietur, et t. -ens super caput impiorum veniet. Ezech. 13, 13. *cf.* VAL. MAX. 8, 1 absol. 3 inde aliquod fomentum procellae petens, unde totus impetus tempestatis -erat). FLOR. epit. 3, 5, 5 turbo Pontici belli ab ultima veluti specula septentrionis -upit. *refl. vel mediopass.*: VARRO Men. 271 venti . . . frigido se ab axe -erant (SEN. nat. 5, 13, 3 venti -pti de nubibus). LVCR. 6, 583 vis *aëris* exagitata foras -itur.

δ de igne, fulmine, lumine sim. (*inde de tenebris: l. 56*): CIC. Verr. II 4, 106 ignibus qui ex Aetnae vertice -unt (FIRM. math. 1 pr. 4 p. 2, 6). LVCR. 5, 458 per rara foramina terrae partibus -ens primus . . . aether ignifer. 6, 888 *ignis corpora* dispersa foras -ere cogit vis. 6, 895. MANIL. 1, 859 faces subitas . . . caelo. SEN. dial. 11, 8, 6 stellas . . . quasdam subito -entis (nat. 7, 20, 3). nat. 1, 14; 6 ventum . . . significant . . . ab ea parte qua -unt *fulmina* (PLIN. nat. 2, 138. 2, 192 cum f. -it [*sc. ex nube*]. *cf.* SEN. nat. 2, 55, 4 splendor [*i. fulguratio*] . . . qui fit in aere -it et exsilit. 2, 57, 3. SIL. 1, 536 scisso . . . caelo -upit quatiens terram fragor). *al.* SIL. 7, 355 *coepit* vincens fumos -ere vertex (*sc. flammae*). TERT. adv. Val. 32 p. 208, 16 ignis arcanus. AMM. 23, 1, 3 metuendi globi flammarum prope fundamenta . . . -entes. HIER. vita Pauli 7 p. 22[A] -ente luce (*cf.* PETR. CHRYS. serm. 82 p. 431[A] obscura . . . -entis aurorae). VVLG. Dan. 3, 48 flamma. RVFIN. hist. 2, 3, 1 radius quidam solis -ens (MART. CAP. 7, 728). GREG. M. moral. 27, 60 p. 435[A] nisi coruscus sol inter pluvias -at. *per imag.*: SEN. Phaedr. 364 -it oculis ignis. QVINT. inst. 12, 9, 5 tantum dicendi lumen accesserat ut etiam per obstantia -ret ([VVLG. Is. 58, 8. GREG. M. moral. 5, 53 p. 708[A] ad infirmos nostrae mentis oculos illud . . . incommutabile lumen -it. *al.*]. *cf.* VVLG. Iob 30, 26 praestolabar lucem et -erunt tenebrae). *transit. vel mediopass.*: CIC. Arat. 111 Canis . . . aestiferos validis -it flatibus ignes ([*cf. gr. Arat. 329 sqq.*]. LVCR. 1, 724 faucibus *Aetnae* -ptos *ignes*). LVCR. 5, 598 *ex sole* largifluum fontem scatere atque -ere lumen.

2 *translate*: a *sine additam.* (*sc. verbo per se vigente; ubi praep.* in *[v. l. 67 sqq. 73 sqq. p. 840, 1. 15 sqq. al.] legitur, non tam verbum quam totam sententiam tangit [i. sensu adversat. usurpata]*): *α in universum de variis rebus* (*maxime incorp.* [*saepe de iis quae ad animum pertinent; de passionibus l. 84 sq. p. 840, 12; de bello, seditione, periculis sim. ex. gr. l. 74 sq. 78 sqq. p. 840, 11*]): Ⓘ *intrans.*: CIC. Catil. 1, 31 omnium scelerum ac veteris furoris et audaciae maturitas in nostri consulatus tempus -upit (Mur. 81 omnia quae per hoc triennium agitata sunt . . . in hoc tempus -unt). Mur. 47 odia occulta civium . . . in fortunas optimi cuiusque -rent (LIV. 42, 6, 3). Sull. 67 furorem incredibilem . . . -isse . . . scripsi (ad Q. fr. 2, 14, 2 amentis hominis f. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 27 in Dosidem). dom. 63 diu collectam vim improborum quae inveterata . . . -bat. Lael. 76 -unt saepe vitia amicorum tum in ipsos amicos tum in alienos. Att. 6, 3, 3 bellum . . . in hanc provinciam (AVR. VICT. Caes. 41, 16 Persas . . . a quis b. -ere occeperat [*O*, irrumpere acceperat *p*]). ad Q. fr. 1, 2, 2 sermones iniquorum in suum potissimum nomen. OV. met. 7, 562 inque ipsos saeva medentes -it clades (*sc. pestis*). LIV. 2, 63, 2 maturam . . . seditionem ac prope -entem (28, 24, 12 -upit deinde s. TAC. hist. 1, 26 multa -entis s. indicia. *al. cf.* QVINT. inst. 12, 7, 2 in rem publicam conspirationes [TERT. nat. 1, 17 p. 89, 7 coniuratio]). *al.* VELL. 2, 62, 1 ut recessit metus, -upit voluntas. 2, 66, 3 -ens animo ac pectore indignatio (VAL. MAX. 6, 3, 1[b] par i. civitatis adversus Sp. Cassium. *al.*). 2, 93, 1 Egnatianum scelus (*cf.* VAL. MAX. 1, 6, 13 parricidium). CELS. 3, 3, 1 (*in febre quartana*) calor -it. 6, 6, 8[G] ingens

inflammatio tanto impetu. SEN. dial. 3, 19, 4 *ira* quae, quia in alium non tam cito quam vult -it, in se revertitur. 4, 33, 4 non dolorem aliquo signo -ere passus est (*al. v. vol. V 1, 1844, 41 sq.*). 4, 35, 4 intentior impetus, rupturus se nisi -erit. STAT. Theb. 10, 454 gaudia. QVINT. inst. 1, 5, 20 -upit brevi tempore nimius usus (*sc. consonantium adspirandarum*). 11, 3, 61 veri *affectus* naturaliter. *al.* TAC. hist. 2, 38 potentiae cupido. 3, 13 vastum primo silentium, mox cuncta simul -unt. ann. 4, 40, 3 -ere aemulationem feminarum (FLOR. epit. 4, 2, 13). 15, 44 repressaque in praesens exitiabilis superstitio rursum -bat. TERT. scorp. 10 p. 169, 7 persecutio. PRVD. c. Symm. 1 praef. 66 triste periculum. COD. Theod. 11, 30, 54 (*a. 395*) *si* inpatientia litigatoris -erit. CAEL. AVR. acut. 3, 6, 67 ascendente passione atque -ente. *al.* Ⓘⓘ *transit.* (*refl. l. 18*): TER. Eun. 550 -ere hoc licet mihi gaudium ([*v. p. 836, 10.* DON. Ter. Eun. 550]. *cf.* HIER. in Is. 52, 9 p. 501[C] laetitiam). CIC. Att. 16, 3, 1 ne in me stomachum -ant (*cf.* CAES. civ. 3, 8, 3 in eas *naves* ⌊indiligentiae suae ac doloris iracundiam⌋ [⌊⌋ *v. adn. crit.*]. LIV. 36, 7, 13 diu coercitam iram in hostes). LVCR. 4, 1115 se -upit nervis conlecta cupido.

β notabilius de voce, sono sim. fere i. q. edi (*cf. et l. 64 sqq.*): Ⓘ *subi. est id quod editur*: CIC. Vatin. 15 -et . . . ex me vera vox ([Phil. 10, 19 vera et me digna v. *al.*]. SEN. clem. 2, 1, 1 non composita. LVCAN. 9, 255 ducis sacro de pectore. APVL. apol. 3. PAVLA Hier. epist. 46, 4, 2 ex adytis templi. PRVD. perist. 10, 450 *al.*). de orat. 2, 235 *risus* ita repente -at, ut eum cupientes tenere nequeamus (QVINT. inst. 6, 3, 9). SEN. Herc. O. 1731 nullus -it sonus (*cf.* nat. 2, 28, 3 sonitus). dial. 10, 6, 3 cum verba -erunt (QVINT. inst. 9, 2, 76 v. vi quadam veritatis -entia. HIER. adv. Pelag. 3, 5 p. 574[A]). epist. 52, 11 magnus clamor laudantium (SIL. 10, 504 vicinus). SIL. 6, 283 mugitus. 9, 156 querelae. STAT. Theb. 11, 385 gemitus (*al.* GELL. 12, 5, 2 *videmus* g. . . . ex eo compressos -ere. CLAVD. 10, 8 medullis. SVLP. SEV. epist. 2, 15 de pectore. *al.*). TAC. ann. 2, 82, 1 questus. LACT. inst. 2, 1, 7 p. 96, 22 veritas (*sc. in deo nominando*) . . . ab invitis pectoribus -it. IVVENC. 3, 150 -unt hominum . . . quae penetralibus oris (*seq.* edita; *cf. Matth. 15, 11* quod procedit ex ore). AVG. mus. 2, 3, 3 vide . . . syllabam . . . minime . . . diu pronuntiatam . . . ut -erit desinentem. *al.* ISID. orig. 1, 4, 4 mutae . . . dictae *consonantes* quia nisi subiectis sibi vocalibus nequaquam -unt (*fere i. q. pronuntiantur*). *al.* Ⓘⓘ *transit.: subi. est is qui edit vocem sim.*: PETRON. 124 vs. 282 has -it furibundo pectore voces (ITALA Is. 54, 1 [Epiphan. in cant. p. 9]; *cf. p. 841, 65.* COMM. instr. 1, 18, 11 vocis [*ex Verg. Aen. 11, 377* rumpit]. CONC.[S] I 5 p. 251, 35 haereticas et blasphematorias v. *al.* ALC. AVIT. hom. 7 p. 116, 41 *infans* primam v. fletu -ens. *al.*). TERT. nat. 1, 7 p. 70, 14. resurr. 22 p. 55, 7 quae . . . de templi exitu -erat *dominus*. CORIPP. Ioh. 6, 309 deposuit miseras -ens (*v. p. 836, 23*) voce querelas.

b *c. additam.*: *α generalia* (*indicatur 'in' vel 'ad' quid*): LIV. 2, 45, 10 rem ad ultimum seditionis -pturam (VELL. 2, 125, 2 in ultimum gladiorum). VELL. 2, 60, 4 consulum ad nefandam dominationem -upit furor. PS. QVINT. decl. 2, 9 p. 27, 15 ad quod *vitium* -ant manus (TAC. ann. 1, 36, 1 in direptionem Galliarum). SVET. Tib 61, 1 *Tiberius* in omne genus crudelitatis -upit. Nero 27, 1 *Nero* ad maiora palam -upit. HIL. in Matth. 4, 14 p. 936[B] usque ad tentandi . . . audaciam (trin. 7, 23 p. 219[B] usque ad impetum inferendae mortis). SYMM. epist. 8, 10 in mutua officia (ENNOD. dict. 6, 1 p. 440, 22 in officium sermonis). 8, 63 -e in familiaris stili munera (*cf.* ENNOD. epist. 9, 30, 3 p. 252, 15 in usum stili praesentis). AMM. 20, 4, 14 *milites* in apertum -upere discidium (*cf.* 31, 6, 3 ad defectionem . . . confessam). 26, 2, 4 ad perniciosa facinora. 29, 5, 8 non sponte sua ad id -isse. *al.* SCHOL. Cic. Bob. p. 82, 15 St. dolor . . . ad inpatientiam vocis -it (HIER. epist. 22, 35, 3 in singultus . . . dolor [*cf.* MIRAC. Steph. 41 quis . . . in lacrimas]. *v. l. 2*). CLAVD. DON. Aen. 10, 890 p. 401, 20 reperto consilio -it in factum. HIER. epist. 54, 9, 2 *libido* in coitum gestit -ere. GREG. M. in Ezech. 1, 2, 12 p. 800[D] ad persecutionis nequitiam. moral. 2, 84 in tyrannidem. *et al.* *in vocem ('ad' v. l. 67; dat. v. l. 68) sim.*: QVINT. inst. 8, 3, 4 illos credo . . . -isse in hunc voluptatis adfectum (*i. in plausus*). TAC. ann. 11, 35 *Claudium* ad minas -entem. TERT. anim. 41 p. 368, 30 divinitas animae in praesagia -it. patient. 8 p. 13, 14 si linguae amaritudo maledicto sive convicio -erit (CLAVD. DON. Aen. 11, 360 p. 469, 21 in aperta convicia. *cf.* IVST. 10, 2, 5 in iurgia). resurr. 49 p. 103, 11 in hanc definitionem . . . apostolus. PORPH. Hor. carm. 2, 8, 1 in haec verba (GREG. M. moral. 2, 88 in verbis). SOL. 1, 112 filius regis, mutus ad id usque temporis, in vocem -upit vi timoris (HIL. trin. 2, 26 p. 67[B]. AVSON. 419, 10 in v. gratulationis. AVG. epist. 23, 4 p. 67, 10 in exultantem et liberam v. *al.* VAL. CEM. hom. 17, 6 p. 746[C] in v. turpia et inhonesta resonantem. *al.*). PRISCILL. tract. 10, 134 p. 98, 5 in profetiam liberi doloris. SYMM. or. 2, 26 in poeticos flatus rerum ingentium. CLAVD. DON. Aen. 11, 350 p. 466, 6 (*seq.* proferre). HIER. epist. 21, 26, 2 in ructum laudum (RVRIC. epist. 1, 5 p. 358, 8 animantia . . . in laudem proprii auctoris -unt). adv. Rufin. 2, 10 p. 434[B] putes linguam . . . vix in humanum sonum -ere. *al.* COD. Theod. 9, 3, 4 (*a. 365*) in accusationem eius -upit. SIDON. epist. 4, 10, 1 -o in salutationem licet seram. PASS. Petr. 15. *al. v. et l. 19 sqq.* *in odium sim.*: ITALA Iob 15, 13 (Aug. civ. 16, 4 p. 130, 31 D.) in furorem -isti contra domi-

[Junod]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

num (*gr. θυμὸν ἔρρηξας*, VVLG. tumet ... spiritus tuus). CYPR. zel. 5 p. 422, 9 in invidiam. HIER. epist. 1, 15, 1 in gaudium. GREG. M. in euang. 27, 5 p. 1207^{C} ad inimicitias. in Ezech. 1, 7, 12 ad odium. EVGIPP. Sev. 22, 3 quod in ridiculam vanitatem ... sacerdos -erit.

β potiora quaedam. Ⓘ *fere i. q. eo progredi, abire, procedere usque ad:* ⓐ *pendet adverbium loci ut* quo, quorsus *sim.* (*cf. et infra l. 22 sq.*): CIC. Verr. II 2, 74 summa exspectatio quonam esset eius cupiditas -ptura (TAC. hist. 1, 14 anxius q. exercituum vis -ret). Tusc. 4, 77 quo ... haec -it moles (Att. 2, 20, 5 haec quo sint -ptura timeo. 10, 4, 1 sceleratae consensionis fides quo -erit vides. epist. 12, 18, 1. SEN. dial. 10, 6, 1 immatura ambitio. *al.*). Att. 2, 21, 1 ut quorsus *dominatio* -ptura sit horreamus (VAL. MAX. 7, 4, 5 quorsum ... ⟨e⟩a dissimulatio -upit? AMM. 17, 2, 2 coniciens q. *res* -ret). 2, 22, 6 certe videntur haec aliquo -ptura. ⓑ *pendet praep. ad c. gerund.*: TERT. Scap. 1 p. 540, 4 Oe. -ere ad proponenda vobis ea quae palam non vultis audire. HIL. in Matth. 29, 1 p. 1064^{B} ad vendendam salutem *Christi*. PS. AVG. quaest. test. I 122, 12 p. 369, 6 ad evincendas ... incredulorum mentes. ⓒ *pendet inf.*: TERT. resurr. 52 p. 107, 4 *apostolus* -upit statim ostendere (*cf.* adv. Marc. 1, 16 p. 312, 1 dicere. *cf. infra l. 30*). ⓓ *pendet* ut: *consec.*: CIC. Cael. 28 adulescentiae cupiditates ... si ita -unt ut *eqs.* LIV. 4, 50, 5 eo indignatio -upit ut *eqs.* ([6, 33, 4 ira et rabies Latinorum. 7, 18, 9 plebis ... dolor]. *cf.* QVINT. inst. 9, 2, 64 huc -it eius adfectus ut *eqs.* [*cf. supra l. 6*]). TERT. Scap. 5 p. 549, 18 Oe. ad hoc solum ... ut *eqs.* HIL. trin. 12, 52 p. 466^{C} neque in id umquam stultitiae atque impietatis -am ut *eqs.* (COD. Theod. 15, 1, 37 [= COD. Iust. 8, 11, 13; *a. 398*] in id temeritatis). SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 110, 7 in tantum ... desperationis ... ut *eqs.* (*cf.* COD. Theod. 14, 17, 5 [*a. 369*] si ad tantum alicuius temeritas -erit ut ... voluerit *eqs.*). ut *fin.*: TERT. adv. Marc. 3, 22 p. 416, 20 debes iam -ere uti dicas *eqs.* (*cf. supra l. 20*). ⓔ *pendet* quod: COD. Theod. 12, 1, 85 (= COD. Iust. 10, 32, 33, 1; *a. 381*) si quis forte iudicum in hanc pertinaciam inliciti furoris -erit, quod audeat *eqs.*

Ⓘⓘ *fere i. q. vertere in (fieri)*: ⓐ *de rebus corporeis*: SEN. nat. 5, 12, 2 spiritus qui maius desiderat spatium ... incaluit et ob hoc amplior fit, scinditque cingentia et -it in ventum. *cf.* VVLG. Is. 59, 5 quod confotum est (*sc. ovum*), -et in regulum (*i. βασιλίσκον serpentem; v. p. 836, 50 sqq.*). ⓑ *de rebus incorporeis*: TER. Phorm. 325 vereor ne istaec fortitudo in nervom -at denique. CIC. har. resp. 4 videbam ... -pturum illud malum ... ad perniciem civitatis (LIV. 34, 61, 7 in omnium p. -pturum esset. TAC. ann. 12, 41 pravitas ... -ptura in publicam p. AMM. 27, 7, 4. *cf.* VAL. MAX. 3, 8, 4 tribuni plebis funesti conatus quanto ... malo rei publicae ... -pturi essent [TAC. ann. 12, 5 in m. publicum. AMM. 21, 4, 1 in exitiale m.]. AMM. 28, 3, 3 facinus ... -pturum in periculum grave). SEN. benef. 1, 10, 2 in petulantiam et audaciam -et male dispensata libertas. QVINT. inst. 11, 3, 51 vox ... elisa in illum sonum -it, cui Graeci nomen a gallorum inmaturo cantu dederunt. PS. QVINT. decl. 4, 17 p. 84, 3 in facinus necesse est otiosus ardor -at (*cf.* TAC. ann. 1, 28, 1 noctem ... in scelus -pturam [HIER. praef. Vulg. catal. Paul. Neronis imperio ... in tanta -ente scelera]). TAC. ann. 1, 81, 2 quantoque maiore libertatis imagine tegebantur, tanto -ptura ad infensius servitium. AMM. 22, 1, 3 coniecturis ... in contrarium -pturis. EVCHER. form. 7 p. 42, 14 *licet haec nomina* in figuras locis congruas pro ratione allegoricae interpretationis -ant. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 12 p. 362^{A} spontaneus motus *cordis* ... in quos voluerit effectus -at. *et al.* *refl.*: CAEL. Cic. epist. 8, 14, 2 sic illi amores et invidiosa coniunctio (*sc. Caesaris et Pompei*) non ad occultam reccidit obtrectationem, sed ad bellum se -upit.

ⓒ *per se significat*: *α fere i. q. loqui, dicere (seq. acc. c. inf. l. 63); syn. v. l. 64; cf. p. 840, 19 sqq. 64 sqq.*: QVINT. inst. 11, 3, 157 non protinus est -endum. MIN. FEL. 16, 5 quoniam meus frater -upit aegre se ferre *eqs.* 40, 1 Caecilius -upit (*seq. or. dir. cf. sim.*: VVLG. Dan. 3, 95 -ens Nabuchodonosor ait *eqs.* [AVG. civ. 22, 8 p. 568, 2 D.]). ITALA Is. 54, 1 (Cypr. testim. 1, 20) -e et exclama ([*gr. ῥῆξον καὶ βόησον*, VVLG. decanta laudem et hinni. *v. p. 840, 39*]. *al.*). CYPR. epist. 58, 5 p. 660, 25 -upit per os eorum spiritūs sancti incorruptus et invictus vigor.

β fere i. q. irasci, suscensere in aliquem: CYPR. GALL. deut. 276 longā ... dominus -it irā. HIER. adv. Rufin. 2, 21 p. 444^{C} -upit aliquando contra papam Epiphanium. AVG. in euang. Ioh. 42, 5 -upit in illos et ait illis 'generatio viperarum'. *al.*

B *c. respectu* ***gignendi, oriundi:*** **1** *proprie (corporaliter)*: **a** *fere i. q. germinare, crescere, florere*: *α de arboribus, herbis sim.; inde per imaginem (v. p. 842, 11 sqq.)*: SEN. benef. 5, 24, 1 ex rupibus acutis unica illa arbor -erat. PLIN. nat. 15, 52 melofoliis folium unum ... -it e latere medio (19, 112 *alia* debent, simul atque tria f. -erunt, sariri. MARCELL. med. 31, 33 [*syn.* exeant]). 16, 27 nascitur ... galla ... -ens noctu semper universa, crescit uno die ... et ... arescit. 16, 102. 17, 74 leniter rigatur a solis occasu in trinis diebus ... donec -ant *semina cypressi* (*cf.* 19, 183 *ocimum* satum celerrime -ere putant inter initia ferventi aqua aspersum. PALLAD. 3, 33 adaquare donec germen novae frondis -at). 17, 145 -unt ... e singulis oculis totidem plantae (PALLAD. 5, 4, 1). 18, 51 -it a primo satu hordeum die septimo (18, 204 hiberna semina ... s. d. *cf.* 18, 203 semen ... a proximo imbre uno die -ere. 19, 117 tertio ... die. AVG. gen. ad litt. 4, 33 p. 132, 22 certo numero dierum ... in auras [*antea* germinarent]). 18, 149 *semen hordei* si diutius retentum est terra priusquam -at. 23, 112 in hoc ipso cytino flosculi ... -entes (*cf.* 25, 74 floris copiosi, -entis cum uva maturescit [VVLG. num. 17, 8; *antea* germinasse]. *al.*). *al.* TERT. resurr. 52 p. 107, 13 ordeum -upit. HIER. in Is. 18, 6 p. 180^{B} ante maturitatem segetes -entes cito pereunt. AVG. civ. 12, 26 p. 552, 29 D. *terra* germinibus -entia (*v. p. 836, 16*) promovet et fixa radicibus continet. *et al.* *per imaginem*: TERT. adv. Prax. 1 p. 228, 22 avenae ... illae (*i. haereses*) ubique tunc semen excusserant. ita aliquamdiu ... latitavit et nunc denuo -upit, sed et denuo eradicabitur (COMM. instr. 2, 13, 3 radix Chananaea, maledictum semen -it). PANEG. 10 (4), 3, 4 -pturae virtutis tumens germen ([VITA Caes. Arel. 1, 4 p. 458, 17 laetum vernantis spei]. *cf.* VVLG. Ezech. 17, 23 plantabo illud et -et in germen *eqs.*). VVLG. Os. 14, 6 Israel germinabit sicut lilium et -et radix (*cf. l. 14*) eius ut libani. AVG. c. acad. 2, 2, 6 p. 27, 19. GILD. Brit. 13 chron. III p. 32, 27 tyrannorum virgultis crescentibus et in immanem silvam ... -entibus. ENNOD. dict. 22, 1 p. 493, 9 *al.* GREG. M. moral. 14, 68 p. 1075^{D}. *et al.*

β de partibus corporis animantium: PLIN. nat. 8, 117 *cervis* cornua ... -unt ... renascentibus tuberibus (SIL. 13, 332 parva -unt rubicunda cornua fronte). 11, 170 *dentibus* -entibus. 21, 170 *hyacinthi* radix ... pubertatem (*i. pubem*) coercet et non patitur -ere. SIDON. epist. 3, 13, 9 *spina* de cuius ... internodiorum fomitibus -ens ... curvatura costarum.

γ technice apud med. de pustulis, ulceribus sim. in corpore crescentibus: CELS. 2, 7, 31 *abscessus* circa aures -it. SEN. dial. 9, 2, 12 mala ulcera (PLIN. nat. 22, 27 u. per se -entia). PLIN. nat. 20, 103 -entia (*v. p. 836, 16*) in capite. 21, 151 quaeque in manibus intumescant vel -ant. FIRM. math. 1, 7, 20 p. 24, 11 per totam eius cutem ... pestis -upit. PLIN. med. 1, 25 p. 39, 16 vomicae plerumque -unt in lateribus in membranas supervacuas. PELAGON. 61 donec foras -ent *glandulae (in equo)*. 347 scabies (VEG. mulom. 2, 135, 1 foras). VVLG. lev. 14, 56 ista est lex ... -entium papularum. THEOD. PRISC. eup. faen. 81 haemorroides. *al.*

b *fere i. q. oriri (syn. l. 39; in mundi creatione l. 40)*: LVCR. 1, 162 e terra posset oriri squamigerum genus et volucres -ere caelo. CLAVD. carm. min. 53, 6 -unt crebri *gigantes e terra*. PETR. CHRYS. serm. 90 p. 453^{B} noverat de Abrahae et Sarae ... corporibus ... Isaac ad totam fecunditatem Israelitici germinis -isse. DRAC. laud. dei 1, 273 cornibus -unt armata fronte iuvenci.

2 *translate fere i. q. gigni (syn. v. l. 45 sqq. 52 sqq.)*: **a** *de malis, haeresi sim.*: CIC. S. Rosc. 75 in urbe luxuries creatur, ex luxuria exsistat avaritia necesse est, ex avaritia -at audacia, inde omnia scelera ac maleficia gignuntur. SEN. epist. 91, 7 mala unde minime exspectabantur -unt (TERT. adv. Marc. 2, 13 p. 352, 12. GREG. M. moral. 12, 31 ex errore). TERT. anim. 34 p. 358, 19 nulla ... dementiae huiusmodi sententia -upit sub nomine haeretico. PS. TERT. haer. 2 p. 217, 11 -upit alia quoque haeresis (HIER. c. Vigil. 8 p. 347^{A} ACT. Archel. app. 5. *al.*). 4 p. 220, 3 ex his processisse ... Mentem et Veritatem, ex quibus -isse Verbum et Vitam, de quibus rursum creatum Hominem et Ecclesiam. PORPH. Hor. carm. 1, 3, 29 *ait* per eam mulierem (*sc. Pandoram*) patefacto dolio -isse omnium pestium genera (*cf.* CLAVD. 3, 24 pandite vati, Pierides, quo tanta lues [*sc. Rufinus*] -erit ortu). *al.* *transit. fere i. q. producere*: ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 22, 3 occasionem quae ... letabundum virus -upit.

b *de hominibus fere i. q. exsistere, surgere*: PS. TERT. haer. 1 p. 214, 17 postea Basilides haereticus -upit ([3 p. 219, 10 Cerinthus. *al.*]. *cf.* MAR. VICTORIN. adv. Arrium 2, 9 p. 1095^{D} venenata cohors haereticorum). HIER. in Ier. 1 prol. 3 p. 4, 7 indoctus calumniator. c. Lucif. 23 p. 179^{A} ceteras pestes (*sc. haereticos*) quorum plurimi vivente adhuc Ioanne apostolo -erunt. CLAVD. 8, 72 gemini ... tyranni tractibus occiduis. *al.* *fort. huc pertinet* RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 87, 5 -isset et impietatem, quam olim conceperat, clarissime peperisset.

C *c. notione* ***apparendi:*** *fere i. q. manifestum fieri, edi, se monstrare sim.; opp. v. l. 71*: CIC. Catil. 1, 6 si neque nox tenebris obscurare coeptus nefarios nec privata domus parietibus continere voces coniurationis tuae potest, si illustrantur, si -unt omnia. 2, 27 exspectavit ut id quod latebat -ret (*cf.* Sest. 9 cum illa coniuratio ex latebris atque ex tenebris -isset. SEN. epist. 56, 10 morbi ... ex abdito). Phil. 2, 100 unde ista (*sc. chirographa Caesaris*) -unt, quo auctore proferuntur? (*cf.* AVSON. 469, 17 non iussa parant -ere [*i. edi*] dudum carmina). div. 2, 85 perfracto saxo sortis -isse in robore insculptas priscarum litterarum notis. SALL. rep. 2, 9, 1 Bibuli fortitudo atque animi vis in consulatum -upit. LIV. 40, 20, 5 fraterno scelere quod nuper -erat. SEN. contr. 10 praef. 4 quantam vim esse oportet *eloquentiae*, quae inter obstantia -at (*cf.* VELL. 1, 17, 3 vis forensis perfectumque prosae eloquentiae decus ... universa ... -upit *sub* Tullio). PLIN. nat. 2, 208 per omne naturae ... numen -ens (*cf.* GREG. M. moral. 5, 52 p. 707^{C} *divinitas*). 34, 166 visa ... in quiete veneria sponte naturae -entia. QVINT. decl. 301 p. 189, 22 ingenuitas. TAC. hist. 4, 16 -entibus paulatim indiciis (ann. 1, 4, 3 multa ... i.

[Junod]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

saevitiae, quamquam premantur, -ere). 4,32 cetera dissimulans, quae mox -upere. SVET. Cal. 6, 2 (*opp.* repressam). FLOR. epit. 3, 1, 6 corruptae nefas legationis. TERT. anim. 49 p. 380, 11 motus animae somniantis ... in superficiem. HIER. epist. 64, 1, 4 *iecoris* pinnulam (*i. concupiscentiam*) ... per oculorum fenestras -entem foras. MART. CAP. 5, 451 diversae species eius *qualitatis* -unt (*i. apparent*). AVELL. p. 683, 2 quatenus divinae gratiae adiutorio talis -at (*i. talem se monstret*) *Epiphanius eqs. al.*

II ***vi praep. evanida:*** **A** *fere i. q.* ***rumpere*** (*syn. infra l. 35*): **1** *generatim:* **a** *proprie:* ITALA Luc. 8, 29 (cod. a) -ens vincula ([*gr. διαρρήσσων τὰ δεσμά*, VVLG. ruptis vinculis]. *fort. huc pertinet* VLP. dig. 29, 5, 3, 6 *si sunt* ita vincti ut omnino -ere [omnino-eorumpere F^2, rumpere *edd.*] vincula ... non potuerint). GREG. TVR. Franc. 4, 31 p. 167, 9 *aqua Rhodani* commotum ... montem, qui descenderat, adsemel -upit. **b** *translate:* VEN. FORT. vita Pat. 17, 49 statim mulier (*sc. muta*) longa -upit silentia. CORP. VI 10246, 8 si quis -erit legem preteriti mei.

2 *speciatim, technice apud med. sim.:* **a** *intrans. fere i. q. per se aperiri, scindi; opp. v. infra l. 28* (*fort. huc pertinet:* VVLG. psalm. 140, 7 sicut crassitudo terrae -pta est super terram [*hebr.* בָּקַע *i.* '*findere*', '*scindere*']; *cf.* HIL. in psalm. 140, 12 p. 797, 3 *al.* [*LXX διερράγη*]. *at locus non perspicuus. v. et s.* eructo *p. 825, 65 sqq.*): NEP. Att. 21, 3 *ut* fistulae puris -erint. VITR. 8, 6, 6 *geniculus* -et et dissolvet fistularum commissuras. CELS. 2, 7, 36 vomica ... circa vicesimum diem -et (2, 8, 7). 5, 28, 8 furunculus ... maturescit ... per se atque -it. CHIRON 184 collectiones ... quae eo per se -unt (THEOD. PRISC. eup. faen. 27 *cum* c. maturatae aut coactae -erint aut a medicis fuerint patefactae [*cf. et infra l. 37*]). 364. 548 a⟨r⟩teria si -erit. CLAVD. 20, 15 mox -ptura cicatrix. THEOD. PRISC. eup. faen. 41 in modum uvae crepantis prioris tunicae tumor quidam -it. *per imag.:* HIER. adv. Rufin. 2, 14 p. 436^C animi tumor in nostrae accusationis -upit invidiam (*cf. p. 841, 2*). **b** *transit. vel mediopass.:* CATO agr. 157, 3 *brassica* eadem tumida concoquit, eadem -it. 157, 4 siquid contusum est, -et. VINDIC. med. 12 si fuerit perfectus *foetus* -ens membranas nutribiliter excluditur ... rumpere autem cum non potuerit supradictas membranas *eqs.* CAEL. AVR. chron. 5, 10, 116 nondum -pta collectione (*cf. l. 26 sqq.*).

B *fere i. q. ascendere* (*syn. l. 42*): TERT. nat. 2, 14 p. 127, 6 *dicitur* isdem quasi scalis ad caelum -isse. RVFIN. Greg. Naz. orat. 39 p. 119, 3 -e et elevare de terra, ad altiora conscende, quaere aliquam sycomori arborem. GREG. M. moral. 22, 51 ad doctrinam dei veraciter ascendit, qui ad obtinendam hanc gradibus sanctae operationis -erit.

III ***sing.*** *fere i. q.* ***eripere,*** *confusione facta ex formis* eruptum *pro* ereptum *sim.* (*v. Wackernagel, ALL 15, 1908, 221; Löfstedt, Beiträge z. spät. Latin. 1907, p. 62 sqq. cf.* eripio *p. 788, 64 sqq.*): COMM. instr. 2, 24, 5 -is miseris, dum fueris locum adeptus. ?HIST. Apoll. 1 rec. B *v. p. 788, 67.*

deriv.: eruptio, erupto, eruptor. [*vix* eruptuo.] *Junod.*

ērunciat, ***?ēruncinat*** *v.* erunco, *l. 52.*

ērunco, -āre. *ab* ex *et* runco. NOT. Tir. 96, 98 runcinat -runciat (-runcin- *V*); *cf. Heraeus, ALL 12, 1902, 43.* GLOSS.^{L} II Abav. ER 25 -are eradicare (GLOSS. *al.*). III Abstr. ER 19 -are radicitus eruere (GLOSS. IV 60, 17 effuncare r. eruere [*al.*]). [*val.* arunca, *it.* arroncare. *M.-L.*] *i. q. runcando tollere, eradicare:* COLVM. 2, 10, 28 ubi coeperit fruticare *herba Medica*, omnes alterius generis herbas -ato. 11, 3, 13 alterna vice dimidias areas -ent (*anteced.* runcantium).

***?*erunculo** est lodera GLOSS. Aynardi V 619, 13 (errunculo *cf. franc.* lodari *Heraeus*). *K.-M.*

***ēruo,** -uī, -utum, -ere. *ab* ex *et* ruere. *de scriptura:* he-: MIN. FEL. 9, 1. erb- (*ante voc.*): FRONTO p. 63, 23 N. CORP. III 12043, 20. *de formis:* PRISC. gramm. II 504, 25 *veteres* produxisse ... *perfecti* paenultimam ..., ut '-o, -ūi'. 505, 19 per syncopam ... '-utus' pro '-uitus'. 571, 25 '-o, -ui, -ŭtus', quod solum paenultimam corripit. *ibid.* 506, 4 fruiturum, non fructurum, quomodo ... '-utum, -uiturum' (559, 12 III 485, 30. *at nusquam legitur*; -uturos: IVST. 5, 8, 4). NOT. Tir. 75, 74. *de notione:* GLOSS. *v. l. 72. 82. p. 844, 24. 845, 74. 846, 8.* GLOSS.^{L} III Abstr. EV 4 tollenda. II Philox. ER 24 *ἀνορύσσει.* GLOSS. *ἀνεσκαμμένος* (I p. 79). *ἐκζητῶ.* *legitur inde a* CATONE. [*loco obscuro:* LAVS Pis. 240. *dub.:* MANIL. 4, 781 SEN. Oed. 961. GLOSS.^{L} V Aa E 532 -tus: cursor. *l. v.:* CIC. Cael. 28 (-ant *II*, evertant *codd.*). VVLG. Ier. 15, 15 tuere me (tu -e me *Hier. in Ier. 3, 57, 1 pl. codd.*). *falso trad.:* CIC. Phil. 5, 6 Att. 12, 36, 1. *pro* erudire: TERT. carn. 21 *v. p. 830, 39.* PSALT. Cas. 31, 8. *restit. p. 844, 45. e coni.: l. 81. p. 844, 25. 52.*]

I ***usu originario:*** **A** *c. respectu rei, quae -endo egeritur:* **1** *i. q. foras educere, proferre, eximere quibuslibet modis* (*plerumque sive fodiendo sive sursum deorsum dando. dub. an corporal. an incorp. accipiendum:* VARRO Men. 77 atque ut igni fervido medullitus aquiloniam intus -at [*Buech.*, servat *codd.*] frigedinem. [GLOSS.^{L} II Abav. ER 22 egerit. *cf. et l. 70*]): **a** *proprie:* *α e rebus solidis* (*vel arte structis vel naturalibus, maxime e terra* [*vocem, lacrimas e corpore humano p 844, 20*]): *obi. sunt:* Ⓘ *res variae:* CATO agr. 38, 2 cum cinere -to opus erit, altero praefurnio -ito (*syn.* foras ... educendus). VARRO frg. Aug. civ. 7, 34 p. 317, 8 D. *bubulus* traiciens aratrum ... ex terra libros *Numae.* LAEV. carm. frg. 27 philtra ... undique -unt (*cf.* VAL. FL. 7, 329 *venena. cf. l. 25*). MORET. 117 panem *de foco.* MELA 2, 83 (*syn.* extrahitur). LVCAN. 3, 156 conditus imo ... -itur templo *census* (*cf.* SVET. Galba 9, 2). PETRON. 33, 4 *ova e palea.* PLIN. nat. 8, 9 elephans ... vestigio hominis animadverso ... nec calcare, sed -tum proximo *elephanti* tradere (*cf. Aelian. nat. anim. 9, 56 ἀνασπᾷ τὴν πόαν*). 8, 140 *cocleae* in Veliterno (*syn.* effossae). 18, 158 (*opp.* defodi). SIL. 7, 728 *al.* QVINT. decl. 373 p. 412, 7 e sepulcro ... ornamenta. CORP. XI 4639 (*s. I ex.*) *Iuppiter* defixa monumentis ... nomina numine suo -uit ac vindicavit *eqs.* (*i. defix. tabellas e sepulcris, cf. Dessau 3001*). PAVL. sent. 2, 7, 3 *vectoribus navis* arborem salutis causa -entibus. AVSON. 335 (p. 196, 4 P.) *librum* situ chartei pulveris. HIER. epist. 50, 1, 2 (*alleg.*) per trabem oculi sui festucam alterius nititur -ere. COD. Theod. 5, 15, 17 (*a. 364*) *iudices* praedia ex rebus privatis nostris -entes (*i. abiudicantes*). 16, 10, 5 (*a. 399*) -tae ... chartae ex ... manibus (*cf. Cod. Iust. 1, 11, 3* abreptae). CORP. VI 1793, 10 (*a. 394*) in -endo (*sc. fontes*) ... urbi praestitit ornamentum. *et al.* *nota* (*v. p. 843, 84*): QVINT. inst. 11, 3, 90 *non* vox, qualis dolore exprimitur, -enda. HIER. epist. 22, 30, 2 lacrimas, quas mihi ... recordatio peccatorum ex imis visceribus -bat.

Ⓘⓘ *res certae:* ⓐ *herbas, arbores sim., fere i. q. effodere, evellere* (PROB. app. gramm. IV 201, 33 vellit ... -it. GLOSS.^{L} III Abstr. ER 19 eruncare. *cf. et l. 4*): VARRO ling. 5, 108 quod e terra eru⟨itu⟩r[e] ruapa, unde rapa (*v. adn. cr.*). 5, 136. CATVLL. 64, 108 pinum ... turbo ... -it (*sim. de ventis:* VERG. georg. 1, 320 segetem. Aen. 4, 443. 5, 449). VERG. georg. 2, 210 *arator arbores* cum stirpibus imis -it (Aen. 2, 628 *ornum* crebris ... bipennibus instant -ere agricolae [SERV. *ad l.* -ere pro deicere]. HOR. epod. 5, 17. SIL. 6, 196 [*syn.* evertit]. *al.* *adde:* PETRON. 119 vs. 27 Afris -ta terris ... citrea mensa). 4, 329 manu ... silvas (*al.*). OV. met. 15, 113 sus ... semina ... -erat rostro (fast. 1, 352. COLVM. 7, 9, 7 [*syn.* effodiant]. *al.*). fast. 3, 340 hortis -ta cepa. LIV. 23, 19, 13 omne herbarum radicumque genus aggeribus ... -rent (COLVM. 12, 48, 1 e terra. *al.*). COLVM. 4, 32, 4 (*syn.* tollendum). 5, 9, 8 (*syn.* eximendo). PLIN. nat. 18, 243 (*e Catonis agr. 50, 1, ubi* effodito). 20, 113 -tum terrā *apium.* ACT. ARV. a. 183 I 22. IVVENC. 3, 156 (*ad Matth. 15, 13 ἐκριζωθήσεται*). *et al.* ⓑ *metalla, lapides sim.:* OV. am. 3, 8, 53 -imus terra ... pro frugibus aurum (SEN. nat. 5, 15, 3 OCTAVIA 418. PLIN. nat. 11, 111 [*syn.* egerunt]. STAT. silv. 4, 7, 15 *al.*). MANIL. 5, 533 venam ... latentem -et (*cf. Housman ad l., aliter* SEN. dial. 11, 9, 1). SEN. contr. 2, 1, 12 *ad luxuriam* lapis omnis -itur. SEN. nat. 1, 17, 6 *ferrum* homines -erant (*syn.* effossurus. *al.*). PLIN. nat. 12, 1. VLP. dig. 19, 1, 17, 6 *sunto* ruta, quae -ta sunt, ut harena, creta et similia. LAMPR. Heliog. 24, 6 saxa *e plateis* ... eru[di]ta ⟨et⟩ exsecta (COD. Theod. 10, 19, 8 [*a. 376*] potestatem -endi vel exsecandi de privatis lapidicinis). *et al.* *thesauros* (*metaph.* SEN. benef. 6, 43, 3 quid thesaurum eius -imus [*sc. reddendo beneficium; cf.* dial. 7, 24, 2]): TAC. hist. 3, 33 abdita scrutari, defossa -ere. SVET. Nero 31, 4 *thesauros* specubus abditos ... posse -i parvula molientium opera. *inde per similitudinem de pecunia (annona infra l. 57) fere i. q. extorquere sim.:* CIC. Att. 10, 14, 1 *pecunia* -i (*Gronov.*; frui *trad.*) nusquam nisi ex privatorum bonis posset. CARM. epigr. 1178, 40 (*s. II in.*) ⟨m⟩ilia quom -res auri de nomin⟨e nostro⟩. AMM. 26, 8, 14 -endi peritos auri. COD. Theod. 2, 33, 2 (*a. 386; syn.* ablata, extorta). 6, 25, 5 (*a. 389*) ternas libras ex (a *l. v.*) suis facultatibus -endas (*al.*). 7, 4, 35 (*a. 423*) *annonas* graviter ex provincialium visceribus -bant. 11, 7, 20 (*a. 412*) poena ex ... patrimonio. *et al.*

ⓒ *mortuorum corpora sim.:* CIC. div. 1, 57. NEP. Paus. 5, 5 (*opp.* infoderunt). LIV. 33, 29, 6 ex limo -ta extractaque ex stagno cadavera (*al.*). VAL. MAX. 9, 2, 1 cineres *Marii.* MART. 9, 29, 12 ossa (VLP. dig. 11, 7, 8 pr.; *syn.* effodere. *al.*). QVINT. decl. 299 p. 180, 13 sepultum (*al.*). *metaph.:* SEN. contr. 1, 3, 4 ab inferis -atis sacerdotem.

β e rebus liquidis: ACC. trag. 402 (*pastor de nave, quam conspicit primam*) forte Triton ... molem ex profundo saxeam ad caelum -uit. OV. trist. 1, 4, 6 -ta ... ex imis fervet harena fretis. MANIL. 5, 129 ultima Lanigeri cum pars excluditur orbi[s], quae totum ... -it undis (CLAVD. carm. min. 53, 86 Mimas Lemnum). SEN. dial. 11, 10, 2 conchylia ... ex ignoto litore (PETRON. 119 vs. 35). nat. 3, 16, 5 pisces. MART. 8, 28, 14 Erythraeis -ta gemma vadis. DRAC. laud. dei 1, 152 *al.*

b *translate* (SYNON. Cic. Char. gramm. p. 149, 14 B. indagare. p. 430, 33 inquirit *eqs.*): *α res incorporeas: aliquid (quasi) obrutum vel reconditum eximere, extrahere (cf. e. g. infra l. 82), scrutando proferre; retegere (e. g. p. 845, 5), indagare* (*praevalente notione quaerendi, examinandi [v. p. 845, 10 sqq.] fere i. q. inquirere, invenire. pendet interrog. indir.: fere i. q. investigare l. 84 sq.*): Ⓘ *usu vario:* VARRO ling. 6, 2 quae obruta vetustate ... -ere conabor. 7, 2 ad -endam voluntatem impositoris (*opp.* latent). CIC. leg. agr. 1, 3 quod indagaris, inveneris, ex tenebris -eris. Mur. 16. de orat. 2, 146 scrutari locos ex quibus argumenta -amus. 2, 174. 360 non -enda memoria est, si est nulla naturalis, sed certe, si latet, evocanda est. 3, 79 haec ... quae sunt in philosophia, ingeniis -untur. Att. 13, 30, 3 mi ... -es (Z^b, -ere *M*), qui

[(Brandt)-K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

decem legati Mummio fuerint ([*v. p. 844, 77*]. QVINT. decl. 329 p. 292, 22 *al.*). LAVD. [Turiae] (Corp. VI 1527) 2, 15 interiora ... et recondita consilia. HOR. epist. 2, 2, 115 obscurata *vocabula poeta* ... -et atque proferet in lucem (*sim. al.*). LIV. perioch. 102 p. 100, 15 *Catilinae* coniuratio industria ... Ciceronis -ta est. SEN. Oed. 297 fata -antur. *al.* dial. 5, 11, 1 qui malignos sermones, etiamsi secreto habiti sunt, -it (*aliter*: MACR. Sat. 7, 1, 14 sermones de sapientia -tos). *al.* CYPR. epist. 74, 10 p. 808, 1 invenire atque -ere veritatem (*al.*). AVSON. 335 (p. 199, 45 P.) omnibus -tis *metris* (*antea* repperisset, quaesisset). *et al.*

nota (*v. p. 844, 76*): SEN. nat. 3 pr. 1 causas secretaque *mundi* (*sim. de rerum exordiis explorandis:* PLIN. nat. 18, 24 STAT. Theb. 3, 555 AVIEN. Arat. 176). GELL. 18, 4, 2 medullam verborum (*syn.* introspicere penitus). SCHOL. Cic. Bob. p. 163, 2 St. diligens -endae vetustatis, nam historicus. *et al.* Ⓘⓘ *sensu iuridic.* (*v. et l. 29 sqq.*): SEN. contr. exc. 8, 1 non est confessio nisi cum accusator -uit, ... tortor expressit. QVINT. inst. 12, 9, 3 iuris anfractus aut -endae veritatis latebras adire (APVL. met. 3, 8 tormentis [10, 28]. VLP. dig. 47, 10, 15, 41 *al.* COD. Iust. 5, 17, 8, 6 [*a. 449*]; *syn.* detegatur. *cf.* MIN. FEL. 28, 3 *quaestio* verum). TERT. apol. 7, 2 *al.* nat. 1, 6 p. 66, 22 (*syn.* inquirere). *al.* VLP. dig. 48, 18, 1 *al.* CORP. V 2781, 9 illut ... tormentis -i oporteat. *et al.*

β aliquem (fere ex latebris) vel inquirendo investigare, reperire vel extrahere, educere (*cf. l. 68 sq.*): VATIN. Cic. epist. 5, 9, 2 aliquando -am (*servum fugitivum.* 5, 10ª, 1. COD. Theod. 7, 18, 9 [*a. 396*] *desertor*, qui occultatus fuerit, -atur). HOR. sat. 1, 4, 25 quemvis media -e (elige, eripe *l. v.*) turba. PROP. 4, 8, 69. SEN. Phoen. 358 (*Oedipus*:) nemo me ex his -at silvis (*cf.* SCHOL. Stat. Theb. 12, 510). *al.* CVRT. 4, 14, 4 ex latebris suis -tos (9, 3, 8 COD. Theod. 12, 1, 63; *a. 370?*). TAC. hist. 3, 83 abditos. TERT. apol. 2, 5 si *praeses* -isset aliquem, qui *eqs.* ([*cf. l. 14 sqq.*]. 2, 14 leges malos -i iubent. VLP. dig. 9, 2, 23, 4 fraudium participes). EXVP. 4 de ergastulis -tis servis exercitum confecerunt. PAVL. NOL. carm. 18, 321 (*cf. 18, 328*). SVLP. SEV. Mart. 9, 1. *et al.* *metaph.*: SEN. benef. 3, 32, 5 quos iam consumpsisset oblivio, nisi illos filiorum gloria e tenebris -isset. dial. 6, 1, 4 in oblivionem coniectum (*sc. scriptorem*. CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 137, 13). epist. 79, 14. *refl. fere i. q.* '*torpore se excutere*': COMM. instr. 1, 27, 11 -e te, stulte, qui putas post funera non sis (1, 34, 6).

2 *motu violento eximere, fere i. q. eripere* (*de partibus corporis, cf.* effodere *p. 196, 40 sqq. audacius de pudore l. 49 sq.*): OV. met. 6, 253 pars est pulmonis in hamis *sagittae* -ta. 12, 269 *Gryneus* -itur ... oculos (SEN. contr. 1, 4, 10. 7, 4, 2 -am mihi. *al.* VAL. MAX. 3, 2, 23 *al.* SEN. dial. 1, 5, 2 *al.* PLIN. nat. 1, 55. 11, 149 *al.* MART. 3, 92, 2 SVET. Nero 5, 1. TERT. adv. Iud. 3 p. 707 Oe. vetus lex ... oculum pro oculo -bat. *al.* *metaph.*: PANEG. 11 [3], 5, 4 o. providentiae. IVST. 5, 8, 4 LACT. inst. 2, 3, 3 *al.*). SEN. Phoen. 179 -isti lumina ... tua (*al.*). 229 *utinam* omne, qua ... aditus ... verbis ... patet, -ere possem (*i. auditum; syn.* rescindere). dial. 1, 6, 9 ferro -endus *spiritus*. PANEG. 12 (2), 44, 1 linguam radicitus. ALTERC. Heracl. p. 134, 10 dentes. *nota* (*v. l. 39*): SIDON. carm. 7, 63 (*cf. Liv. 1, 57 sqq.*) ad castum remeas, pudor -te, vulnus.

B *spectatur res, quae -endo vertitur: fere i. q. aperire, scrutari* (*cf.* effodere *p. 197, 1 sqq.* ISID. diff. app. 183 -untur latebrae, diruuntur eminentia): *terram sim.*: VARRO ling. 5, 136 rastri, quibus dentatis penitus eradunt terram atque -unt (PHAEDR. 4, 20, 1 *al.*). OV. fast. 4, 404 -ta ... humus. VAL. FL. 5, 145 cubilia ferri. 6, 131. STAT. Theb. 4, 437 (*syn.* versare). INSCR. christ. Diehl 1770, 5 -ta planities patuit. *sepulcra sim.*: SEN. Tro. 663 funditus busta -am (QVEROL. p. 54, 28). 685. PLIN. nat. 8, 106 sepulcra (MAR. VICTORIN. defin. p. 19, 30). *mare sim.* (*glaciem l. 63 sq.*): OV. am. 3, 8, 43 freta ... -ta remo (epist. 5, 54). PAVL. FEST. p. 121 lacus Lucrinus ... locatur -endus (*sc. piscandi causa*). SIL. 17, 239 *Neptunus* aequora fundo. STAT. Ach. 1, 687. GELL. 2, 30, 4 *undae* -tae volvuntur. 2, 30, 5 *austri* fluctus. *adde*: VAL. FL. 6, 101 qui terga Novae *fluminis* gelidumque securi -it *Alazona.* *corpus hominis*: PROP. 4, 5, 16 -it ungue genas (*cf.* STAT. Theb. 10, 817). OV. met. 12, 477 missā latus -uit hastā. *iunguntur obiecta rei, quae aperitur et eius, quae profertur*: SEN. Herc. f. 995 ceteram prolem -am omnesque latebras. CLAVD. 24, 305 paludes -is et si quis defensus harundine ... aper ... dentes curvaverat.

C *significantius i. q. aliquid quasi ruendo (fodiendo, exstirpando sim.) delere*: **1** *res maxime corporeas, fere i. q. diruere, evertere* (*refertur ad homines l. 77. 80.* SYNON. Cic. Char. gramm. p. 424, 2 B. excindit, evertit *eqs.* p. 433, 15 labefactare ..., subvertere. GLOSS. dirutus -tus poetae dixerunt): VERG. Aen. 2, 4 Troianas ut opes et ... regnum -erint (MANIL. 1, 508). 2, 612 *Neptunus* a sedibus urbem -it (VELL. 2, 27, 2; *syn.* delendam. *al.*). 6, 838 -et ille Argos ... Mycenas ipsumque Aeaciden (*v. supra l. 72*). 11, 279 post -ta ... Pergama (SIL. 12, 362). VELL. 1, 13, 1 Corinthum ... funditus. VAL. MAX. 6, 3, 1ᶜ penates ab imis fundamentis (SEN. Phoen. 555; *syn.* everte). STAT. Theb. 5, 76 Thracas (*v. supra l. 72*); *syn.* frangere. TAC. hist. 4, 72 -endae civitatis (*al.*). HIER. chron. a. Abr. 1990 *Thebae* usque ad solum -tae (dir- *l. v.*). VVLG. Sirach 49, 9. *et al.*

2 *res incorporeas, fere i. q. exstirpare, evellere, tollere*: FRONTO p. 59, 14 N. vitium exstirpandum -endumque. MIN. FEL. 9, 1 -enda prorsus et execranda consensio. CYPR. zel. 10 p. 425, 17 *causam* invidiae (*syn.* abscidit, amputavit). LACT. inst. 3, 22, 1 *libidines* funditus (HEGES. 5, 42, 3 radices rebellionis). VEG. mil. 4, 26. COD. Theod. 16, 10, 3 (*a. 346*) omnis superstitio penitus -enda. SIDON. epist. 3, 8, 2 Romanas vires ... fundamentaliter. COD. Iust. 10, 12, 2 (*a. 444*) stirpitus (*al.*).

II ***usu*** *(ap. Christ.)* ***novato:*** *transit in notionem q. e. liberare, servare* (*cf.* eripere *p. 794, 11 sqq.* GLOSS. elibero, eripio, libero. *gr. plerumque respondet ῥύομαι [cf. Capelle, Le texte du psautier latin en Afrique p. 120]; inde lat. depon., ut vid., l. 29. v. praeterea gr.: infra l. 14. 22. 25. 35. 36. refl. l. 17. 24. 32*): **A** *non indicatur, unde quis -itur*: TERT. fug. 13 p. 489 Oe. si unus aut alius ita -itur (*syn.* fugere). ITALA deut. 5, 15 (Aug. c. Adim. 4, 16 p. 159, 16) servus fuisti in Aegypto et -it te dominus (ἐξήγαγε, VVLG. eduxerit). psalm. 21, 5 (Aug. epist. 140, 20 p. 170, 11) -isti eos (ἐῤῥύσω, VVLG. liberasti). 118, 170 (Veron.) -e me (ῥῦσαί με, VVLG. eripe me. *al.*). LACT. epit. 60, 6. AMBR. in psalm. 39, 2, 1 nec poterat sese animus noster -ere. VVLG. IV reg. 18, 30 -ens liberabit nos (*al.*). *al.* AVELL. p. 3, 10 *plebs* presbyteros *detentos* -uit. APRING. in apoc. 1, 11 Christum, quo -ente semper ... florescet *ecclesia. et al.*

B *additur, unde quis liberatur*: **1** *per praep.*: a b: ITALA psalm. 17, 30 (Aug. trin. 12, 6, 7) a te -ar a tentatione (ῥυσθήσομαι, VVLG. eripiar. *item*: 55, 13 [Hil. in psalm. 55, 12] animam meam a morte [*al.*]). HIL. in psalm. 54, 5 *Christus* se a cruce non -at. HEGES. 4, 14 a latronibus. VVLG. psalm. 31, 7 (λύτρωσαί με). 36, 40 (ἐξελεῖται). AVG. anim. 4, 18, 20 ab ... errore. serm. 47, 15, 27 a luporum dentibus. *et al.* de (*cf. infra l. 34*): TERT. nat. 2, 17 p. 132, 5 cur Delphos de manu Pyrrhi Apollo non -uit? (PS. HIL. hymn. 2, 62 quis me de m. Cocyti ...-i potest? [*pro depon., v. l. 10; aliter Engelbrecht, Wien. Stud. 39, 1917, 148*]. *al.* VVLG. num. 10, 9 de manibus inimicorum. *al.*). *al.* ITALA psalm. 56, 5 (Veron.) -uit animam meam de medio catulorum leonum (*gr.*, VVLG. *ut l. 22 sq.*). *al.* HIER. in Is. 20, 6 p. 189ᶜ se de captivitatis malo. VVLG. exod. 6, 6 de servitute. *et saepius.* ex: ITALA Dan. 3, 17 (Tert. scorp. 8 p. 161, 22) *deus* potens -ere nos de fornace ignis ex manibus tuis (ἐξελέσθαι, VVLG. eripere). PSALT. Cas. 17, 17 me ex aquarum multitudine (προσελάβετο, VVLG. assumpsit). VVLG. psalm. 85, 13.

2 *per dat. (v. infra l. 40) vel abl. (v. infra l. 41)*: TERT. fug. 2 p. 465 Oe. (*ad Matth. 6, 13*) -imur diaboli manibus. AVG. c. mend. 5, 8 p. 481, 3 conamur homines -ere satanae. CASSIAN. inst. 5, 38, 2 -ens eam debiti sarcina. PROSP. in psalm. 137, 8 temporalibus. PAVL. PETRIC. Mart. 2, 687 valet -ta morbo. INSCR. christ. Rossi II p. 78, 1, 4 ut *dei verbum* caecas mentes -ret tenebris. *(Brandt)-K.-M.*

***ēruptio,** -ōnis *f.* *ab* erumpere. *de notione*: ISID. orig. 4, 7, 11 reuma Graece, Latine -o sive fluor dicitur (GLOSS. III 157, 9 -o ῥεῦμα). GLOSS.ᴸ I Ansil. ER 245 erubtio (-rup-) barbarica: eversio, dilapidatio. *legitur inde a* SISENNA (*v. l. 64*), CIC., CAES., SALL., LIV.; *deest ap. poetas.* [*falso trad.*: CAES. Gall. 3, 22, 4 (munitionis α, -is β).]

I *de actu erumpendi*: **A** *vi praep. vigente*: **1** *prorumpendi notione praevalente*: **a** *proprie*: **α** *de animantibus*: Ⓘ *generatim*: ⓐ *fere i. q. evasio, exitus violentus* (*v. l. 57*): CIC. Att. 7, 14, 2 -em facturi fuisse dicebantur (*sc. gladiatores Caesaris*). PLIN. nat. 8, 21 universi *elephanti* -em temptavere (TAC. ann. 15, 46 *gladiatores* temptata -e praesidio militis ... coerciti sunt). TERT. adv. Marc. 4, 42 p. 564, 19 scissum est et templi velum angeli -e (*v. l. 52*) derelinquentis filiam Sionis. ⓑ *significantius: fere i. q. impetus*: CIC. Att. 2, 24, 3 Domitium cuius domum constitutam fuisse, unde -o fieret. *i. q. tumultus, seditio*: COD. Theod. 16, 5, 6, 3 (= COD. Iust. 1, 1, 2, 2; *a. 381*) si quid -o factiosa (*sc. haereticorum*) temptaverit, ab ipsis ... urbium moenibus ... propelli iubeamus.

Ⓘⓘ *speciatim in re militari*: ⓐ *i. q. actus vi ex oppido sim. exeundi*: SISENNA hist. 86 neque porta neque ullum foramen qua posset -o fieri (CAES. Gall. 3, 6, 1 subito omnibus portis [5, 51, 5]. 7, 73, 1 pluribus. *al.* FRONTIN. strat. 3, 17, 2 quattuor). CIC. epist. 11, 14, 1 tantam spem attulerat exploratae victoriae tua praeclara Mutinā -o. *al.* CAES. Gall. 2, 33, 2 omnibus copiis repentino ex oppido -em fecerunt (civ. 2, 2, 6. NEP. Thras. 4, 4 noctu. LIV. 44, 46, 3 *al. cf.* LIV. 30, 4, 12 ex urbe). 3, 21, 3 -e temptata (SALL. hist. frg. 3, 84 globis. LIV. 26, 4, 2 ab omni parte. *al. cf.* CAES. Gall. 3, 22, 4 -em facere conatus [*al.*]). 7, 22, 4 crebris diurnis nocturnisque -bus (civ. 2, 22, 1 *al.* TAC. Agr. 22 *al. cf.* LIV. perioch. 92 p. 94, 25 adsiduis [IVST. 41, 6, 4]. OROS. hist. 6, 11, 9 multis). 7, 76, 5 *cum* -e pugnaretur (civ. 2, 14, 5 *al.* BELL. Afr. 82, 3 -e pugnari. LIV. 24, 41, 9 felici [*cf.* TAC. hist. 4, 30 prospera]. QVINT. inst. 4, 5, 7 *al.*). 7, 77, 2 (*opp.* deditionem). civ. 1, 21, 4 *al.* BELL. Hisp. 12, 5 -em ad legionem VI fecerunt. *al.* LIV. 3, 5, 9 ex castris (4, 28, 1 in trepidos iam hostes. *al.*). 5, 1, 9 oppidanorum -es (8, 13, 7 *al.* FRONTIN. strat. 3, 10, 4). 23, 37, 6 -em timuissent (*al. cf.* AMM. 31, 12, 3 metuentes). 25, 26, 4 in stationes Marcelli (38, 5, 5 in custodias operum et ... in st. [38, 29, 2 nunc in opera hostium, nunc in st.]. *cf.* 42, 63, 4 in opera). 37, 5, 6 -bus ... stationes hostium ... turbabant (TAC. hist. 3, 26 *al.* HEGES. 3, 22, 1 deturbant. *cf.* ITIN.

[Junod]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Alex. 19 -o irruens indigestum ... militem turbat). 43, 10, 6 sustinere primam procellam -is (*cf. infra l. 17*). *al.* FRONTIN. strat. 3, 10, 7 *al.* AMM. 24, 4, 13 defendendis ab incendio vel -bus machinis. *et al. frequenter.* *per imag. de apibus*: COLVM. 9, 9, 4 -em facturae. 9, 10, 3 cum examine suo ... -e facta. 9, 12, 1. (b) *i. q. conatus evadendi vel evasio*: LIV. 21, 56, 4 plures deinde in omnes partes -es factae (25, 34, 10 *incerti* quam ... in partem). 22, 6, 8 sex milia ... per adversos hostis -e inpigre facta ... ex saltu evasere. 23, 27, 8 exigua pars -e facta silvas ac montis petit. (c) *significantius fere i. q. incursio ex propriis finibus in alienum agrum facta (cf. p. 838, 3 sqq.); syn. v. infra l. 20*: CAES. Gall. 7, 7, 2 magna coacta manu in provinciam Narbonem versus -em facere contendit. PANEG. 9 (12), 22, 3 robore atque audacia lectis -i[bus] auctoribus. *al.* NOVELL. Theod. 5, 3, 1 (*a. 441*) Armeniae tractum ... in praesenti Persicis -bus expositum. SYMM. or. 1, 19 -o (*i. incursio Alamannorum*) vindicatur. AMM. 28, 5, 1 cuius -is primae procellam Nannenus sustinuit comes (*cf. supra l. 2*). PS. RVFIN. in Am. 3, 12 p. 1069^{C} decem tribus frequenti -e vexabat (in Ioel 1, 6—8 p. 1038^{B} *al. cf.* OROS. hist. 6, 21, 3 Autrigonas adsiduis -bus populabantur). COD. Theod. 7, 12, 1 (*a. 323*); *seq.* barbarorum incursio. OROS. hist. 7, 32, 10 Saxones ... -em magna mole meditantes. *et al.*

β de rebus inanimis: (I) *de liquidis*: (a) *de corporis umoribus: de sanguine*: CELS. 7, 3, 2 mala sunt *signa* ... -o sanguinis *eqs.* COLVM. 6, 26, 3 -e s. periclitatur iuvencus. SCRIB. LARG. 77 hoc medicamentum et ad s. -em ex interioribus partibus facit. 84. 206 e naribus. *al.* PLIN. nat. 24, 136 per genitale. *al.* APVL. met. 1, 13 s. -em (*i. sanguinem erumpentem*) utriculo admoto excipit diligenter. FIRM. math. 7, 23, 11 p. 261, 23 haemorragias id est s. -es (*v. adn. crit.*). CHIRON 357 de -e *sanguinis* vulsi *iumenti*. HIER. chron. a. Abr. 2391 subita s. -e quod Graece apoplexis vocatur *eqs.* (PROSP. chron. I p. 459, 1155). MARCELL. med. 10, 7 ex quolibet vulnere. 17, 21 sive ex arteria sive ex pulmone (*cf. p. 848, 12*). *al.* CAEL. AVR. chron. 2, 10, 125 tres esse differentias fluoris sanguinis, hoc est -es, vulnerationes et putredines. *al.* *de aliis*: PLIN. nat. 20, 141 *imponunt rutam decoctam* pituitae -bus cum cera ([*cf. p. 846, 45*]. 20, 251 *farina seminis lini* prohibet -es pituitae cum melle [PLIN. med. 3, 4 p. 76, 11 -es et pituitas]. *al. saepe apud* PLIN. nat.). HIPPOCR. progn. 16 -em sanierum futura[ru]m (*gr. τοῦ πόου ἕσεσθαι τὰς ῥήξιας*).

(b) *de aqua fluviorum sim.: de fontibus*: SEN. epist. 41, 3 subita ex abdito vasti amnis -o aras habet. LACT. inst. 7, 3, 25 fontium saluberrima -o. AMBR. Noe 17, 60 fontium -e. AVG. gen. ad litt. 5, 7 p. 151, 23 aquarum -em vastissimam. *al.* *de inundationibus (syn. v. l. 45)*: SEN. nat. 6, 6, 4 non tam exigua fieret ... -o ... sed fieret ingens inundatio. SYMM. epist. 6, 7, 1 -es fluminum usque ad metum diluvii. or. 2, 23 Nili. CASSIAN. conl. 15, 3, 4 universa terrae illius (*sc. Aegypti*) latitudo instar immensi pelagi ... solita aquarum -e contegitur.

(II) *de variis rebus naturae: de solidis*: PLIN. nat. 16, 45 omnia ... haec genera (*sc. arborum picem ferentium*) accensa fuligine immodica carbonem repente exspuunt cum -is crepitu eiaculanturque longe. *de igne, lumine sim.*: CIC. nat. deor. 2, 96 tenebras cogitemus tantas, quantae ... -e Aetnaeorum ignium finitimas regiones obscuravisse dicuntur (SEN. benef. 7, 20, 4 e cavernis maris ignium -o. OROS. hist. 1 prol. 10). SEN. nat. 1, 14, 2 quidam *ignes caelestes* aequaliter et sine -bus aut radiis fulvi. 2, 56, 2 hanc e nubibus subitae lucis -em. 6, 13, 5 *al.* OROS. hist. 2, 14, 3 Aethna ipsa, quae ... crebris -bus aestuabat. *de ventis*: SERV. Aen. 1, 61 timet, non sibi, sed elementis, ne turbentur -e ventorum.

b *translate: de voce sim. fere i. q. exclamatio (v. l. 65)*: SEN. dial. 4, 35, 3 rabida vocis -o colla distendet (MART. BRAC. ira 1). TERT. test. anim. 5 p. 141, 3 qui eiusmodi -es animae non putavit doctrinam esse naturae. adv. Marc. 4, 23 p. 497, 5. 5, 14 p. 625, 4 atquin exclamat 'o ... investigabiles viae eius'. unde ista -o? COMMENT. Lucan. 4, 96 'pro lucri pallida tabes' tropus, -o. AVG. de serm. dom. 1, 9, 24 vocem ... non significantem aliquid, sed illum animi motum (*i. iram*) ipsa -e testantem. VIGIL. THAPS. c. Eutych. 5, 2 contra novorum haereticorum insanas -es. *de animi motibus*: SEN. contr. exc. 8, 6 lacrimae *sunt* coacti doloris intra praecordia et intolerabilis silentii -o.

2 *ortus notione praevalente*: **a** *corporaliter: de rebus crescentibus, fere i. q. germinatio*: PLIN. nat. 18, 150 prima ... statim -e agnoscitur (*sc. frumenti vitium*). *techn. per similit. apud med. de pustulis sim. in corpore crescentibus*: SEN. epist. 72, 5 -es quaedam pusularum (*P*, pustularum *V*) et ulcuscula (PLIN. nat. 23, 160. *cf.* 20, 66 -es papularum [20, 71]). PLIN. nat. 20, 150 omnibus in capite -bus (*cf.* 22, 98 capitis [23, 8]). 23, 161 *sucus seminis myrti* utilis ... furfuribus, item aliis -bus, ambustis. 24, 9 adversus -es. 28, 66 -es in corpore infantium. 35, 189 hydropicorum. *al.* CHIRON 627 coronae si -es fecerint, scito subtus collectionem factam in ungulam esse. 628 a contusione -o nata. *al.* CAEL. AVR. chron. 5, 10, 102 *vomicarum* -es aliquae ad thoracis inania fiunt (*ibid.* 109 inter aliquos dies repleta vomica sive -o). *al.* *mystice de Christi ex deo patre prolatione, i. q. eructatio* (*v. l. 3 et cf. p. 825, 15*): EPIST. Arr. ad Euseb. (Rev. Bénéd. 26, 1909) p. 94, 21 hereticos ... qui dicunt filium alii -em, alii probolem (*cf. Cassiod. hist. 1, 15 p. 914^{C}* alii ... eructuationem, alii ... propositionem [*gr. Theodoret. 1, 5, 2 p. 26, 16 ἐρυγήν*]).

b *incorporaliter: fere i. q. ortus, revelatio sim.*: SEN. clem. 1, 2, 2 ubi discrimen inter malos bonosque sublatum est, confusio sequitur et vitiorum -o. TERT. apol. 35, 10 sub ipsa inpietatis -e. 39, 19 -es (*P*, inceptiones *F*) lasciviarum. nat. 1, 16 p. 88, 19 exemplum publicae eru⟨ptionis⟩ eiusmodi scelerum. AVG. doctr. christ. 3, 12, 20 *libido* foeditatem suam ... flagitiosissima -e manifestat.

B *vi praep. evanida fere i. q. ruptura*: MARCELL. med. 17, 22 bene facit ad arteriae -em polygoni sucus ([*v. p. 847, 32*]. *cf.* CASS. FEL. 46 p. 116, 20 sanguis purus ... exclusus, -em venae ... significat in renibus [CASSIOD. hist. 8, 11. ORIBAS. syn. 9, 29 quibus -o⟨ne⟩ venarum per urinam sanguis effunditur, acuta passio est, quam Gre⟨ci re⟩xin vocant, nos -em dicere possumus venarum; *gr. p. 517, 7 ἐν νώστει καὶ ῥῆξις ἀγγείου*]. *al.*). VINDIC. med. 13 -o membranarum. *ibid.* CAEL. AVR. chron. 5, 10, 110 -e vomicae.

II *de loco per quem quid erumpit*: AMM. 17, 7, 11 *venti* cum soliditatibus concrustatis inciderint, -es nullas reperientes, eas partes soli convibrant, quas subrepserint ⟨t⟩umidi.

ērupto, (-āvī, -ātum), -āre. *ab* erumpere (eruptum). **1** *fere i. q. prorumpere*: TERT. pall. 2 p. 924, 4 Oe. Scythae exuberant Persas, Phoenices in Africam -ant (*AB*), Romanos Phryges pariunt *eqs.* (*vix ad* eructo). **2** *i. q. apparere* (*cf.* erumpo *IC, p. 843, 3*): TERT. cult. fem. 2, 13 p. 733, 11 Oe. tanta ... debet esse plenitudo eius (*sc. pudicitiae christ.*), ut emanet ab animo ad habitum et -et (*BC*) a conscientia in superficiem. [SIL. 14, 58 CHAR. gramm. p. 469, 20 B. *v. s.* eructo, *p. 825, 44 sqq. 61.*]

ēruptor, -ōris *m.* *ab* erumpere. *qui eruptionem facit*: AMM. 24, 5, 9 *ubi* exercitus cantu concitus bucinarum cum minaci murmure festinaret, -es perterriti reverterunt intacti.

[**ēruptuo,** -āre *v. s.* eructo, *p. 825, 44 sqq.*] *Junod.*

✱**erus,** -ī *m.* [*c. bactr.* anhu-š '*dominus*' *cfd. esse videtur. W.* (*cf.* esa *p. 850, 3*).] *de scriptura et pronunt.*: CASSIOD. (*ex Eutyche*) gramm. VII 201, 22 e vocalis r sequente leviter (*i. sine h*) effertur, ut -us ervum ergo. GRAMM. suppl. 293, 2 -us, quod est dominus, per e *scribitur. codd. plerumque suffragantur (de codd. Plaut. v. Ritschl, opusc. 2, 409); contra scribitur* herus *e. g.*: PLAVT. Asin. 456. 500 *B*. Most. 946 *P. al.* TER. Andr. 412 *D*. Hec. 331 *P. al.* CATVLL. (*ubique*). INSCR. (*v. p. 849, 14. 36 sq.*), *quia codd. mss. servatae sunt, in neutram valent partem; sed v. p. 786, 8.* **aerus**: PRISC. gramm. III 219, 24 *L*. CLAVD. 18, 33 *PV*^{1}. *de mensura iamb. ap.* PLAVT. *v. Leo, Pl. Forsch.*^{2} *301.* *de significatu*: CIC. rep. 1, 64 *maiores Romanorum* non -os nec dominos appellabant eos, quibus iuste paruerant. GAIVS inst. cod. F 3, 154^{a} *v. p. 745, 53.* VLP. dig. 9, 2, 11, 6 -o (*sc. servi alicuius*) ... hoc est domino (*deest V. i. R.*). CASSIOD. in psalm. 2, 8 p. 40^{A} hereditas ... ab -o dicta est, id est domino (*sim.* 15, 6 p. 114^{B} *al.*). GLOSS.^{L} III Abstr. ER 4 -us: dominus (*al.*). GLOSS. I 82, 36 (syn. Cic. Harl.) -us dominus dominator. II 268, 46 δεσπότης dominus -us. *v. et l. 45. p. 849, 15. affertur praeterea inter* '*superposita*' (*opp.* '*subiecta*'): PRISC. gramm. III 219, 24 dominus: servus ..., -us: famulus, cliens: patronus (*v. l. 42*). *de collocatione: semper aliquid interesse inter* -us meus *et* meus -us *sim. demonstrare molitur Drexler, Plaut. Akzentstud. I, Bresl. 1932, 68 sqq. sed hoc ab illo plerumque nil differre crediderim idque praetulisse Plautum, quod metro cuiusque loci magis conveniret, cum tamen ordo* -us meus *ibi, ubi* -i *ipsius mentionem fieri maioris momenti est, aptior sit (v. e. g. p. 849, 1).* *de usu*: SERV. Aen. 7, 490 (*v. p. 787, 9*) 'mensae erili' nove dixit *de cervo*, nam -um non nisi hominum (*Rabbow*, dom- *codd.*) dicimus. *legitur inde a* PLAVTO, *rarius post scaen. vett.* [*e coni.: prob.*: PLAVT. Asin. 356 dixi -um (*Acidal.*, dixeram *codd.*). 456 -o (*Itali*, ego *codd.; item* Mil. 1353). Most. 890 er[at]us. Poen. 843 [c]eris. Rud. 1052 o -e (*Camerar.*, pre *codd.*). *v. p. 849, 29. 32. 78.* *admodum dub.*: CAECIL. com. 278 -e (*Buecheler*, si ire *trad.*). RHET. Her. 4, 50, 63 ⟨-i⟩ naturam (*Marx*). *falso trad.*: PLAVT. Asin. 661. Curc. 173 (*v. Langen, Beitr. 229*). Truc. 509. *dub.*: CIC. Balb. 50 (*an ad IB?*). CORP. I^{2} 2, 1645^{B} (= IV 30) v⟨irum⟩ b⟨onum⟩ he⟨rum⟩ be⟨nef⟩icum. *corrupta*: CIC. epist. frg. V 20 CATVLL. 54, 2.]

I *de hominibus privatis*: **A** *de certorum hominum bestiarum rerum dominis*: **1** *de hominum dominis, praesertim de patribus familias (de filio erili l. 77. p. 849, 18 sq.; de lenone p. 849, 20; de servo l. 79)*: **a** *generatim*: PLAVT. Amph. 157 (*verba Sosiae*) nec causam liceat dicere mihi, neque in -o quicquam auxili. 163 -i immodestia. 192 imperio atque auspicio -i mei Amphitruonis (*sic iungitur nomen propr.*: 242. Asin. 455 Demaeneto ... -o praesente. Merc. 128 Pseud. 626. Rud. 339 Plesidippus tuos -us. *al.* TER. Phorm. 842 meo -o Antiphoni. *nota de Toxilo servo*: PLAVT. Persa 247 Toxilo has fero tabellas tuo -o [277]). Amph. 262 -i imperium exequi (622 Men. 980 Pseud. 1103. *cf. p. 849, 77*). 291 -us quod imperavit (586 Aul. 27). 297 me meus -us fecit ut vigilarem (405. 452 nonne erae meae nuntiare quod -us meus iussit licet? Capt. 36 suom -um [41. 421]. 413 tuom -um [Men. 1026 -um t.]. *saepe al.,*

[Friedrich]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

v. p. 848, 54 sqq. 76 sqq. raro ap. TER.: Hec. 331 -i causa mei. *v. p. 848, 79*). Amph. 960 proinde -i ut sint, ipse item sit *servus*; ... tristis sit, si -i sint tristes (*v. infra l. 9*). Asin. 251. 485 -um nos[met] fugitare censes? (*v. p. 777, 31*). 500 absente -o (Men. 968). 672 fer amanti -o salutem (Aul. 592. 597 Bacch. 646. Poen. 589 -o a. *al.*). Asin. 701 decorum *est* -um vehere servom (*sic opp.* servus: Aul. 589 Capt. 241 *al.*). Bacch. 642 -um maiorem meum ut ego hodie lusi lepide (Capt. 708 Pseud. 1283 Truc. 308. *v. infra l. 18. 42*). 649 Parmenones ... duas aut tres minas auferunt -is (*sic plur.*: Men. 973 TER. Haut. 537 AFRAN. com. 388. *aliter infra l. 38*). Capt. 204 at pigeat postea nostrum -um (*sic singuli servi e mente complurium praesentium loquuntur*: Most. 946 Rud. 670 *al. aliter, i. cum unus et adesse et loqui videtur*: TITIN. com. 5 [*v. p. 850, 35*]. CARM. epigr. 1185, 1 hoc mihi noster -us sacravit inane sepulcrum). Capt. 362 volt te novos -us operam dare tuo veteri domino (*cf.* TER. Haut. 628 domina ego, -us damno auctus est. *v. p. 848, 45 sqq.*). 444 tu mihi -us nunc es, tu patronus, tu pater. 857 benevolens. Merc. 112 nitere, -us ut minor opera tua servetur (Pseud. 1268 Truc. 308. *v. l. 7*). 809 -us atque alumnus tuos sum. Mil. 906 militem tuom -um (922. Pseud. 596 -us meus miles. *cf.* 618 -o meo lenoni [Rud. 451]. *v. p. 848, 76 sqq.*). *saepe al.* TER. Andr. 175 -i ... lenitas. 208 *nuptiae* me aut -um pessum dabunt (DON. *ad l.* '-um' hic: erilem filium). *saepe al.* TVRPIL. com. 75 stupidus. 131 POMPON. Atell. 45 VARRO ling. 10, 12. CIC. off. 2, 24 iis, qui vi oppressos imperio coercent, sit sane adhibenda saevitia, ut -is in famulos, si aliter teneri non possunt. CATVLL. 68, 113 *Hercules* Stymphalia monstra sagitta perculit imperio deterioris -i (*sc. Eurysthei*). VERG. Aen. 3, 324 *Polyxena non* victoris -i tetigit captiva cubile. OV. met. 853. SEN. contr. exc. 3, 9 -us (*Freinsheim*, heres *codd.*) iubet *eqs.* SIL. 14, 153 sponte faventis -i. STAT. silv. 2, 1, 75 *al.* APVL. met. 1, 22 responde, an intra aedes -um tuum offenderim. TERT. nat. 1, 7 p. 68, 29 quid? cum domestici -os (*Gothofred.*, eos *A*) vobis proderent? (*Gronov.*, prodentes *A*). CYPR. GALL. deut. 108 fugacem ne reddat -o quicumque tenebit. AVSON. 285, 16 Saturnalia dicam festaque servorum, cum famulantur -i. CLAVD. 18, 33 Libyae si discis harenas, Eutropii numerabis -os. 18, 102 *al.* INSCR. christ. Diehl 201[B], 6 *natus* ut -i curam disceret, illa (*sc. mater*) patris. CARM. epigr. 104, 3 puer ..., quem cuncta flevit turba, multo plus -us. *de binis singulorum* -is, *sc. de patre et filio*: PLAVT. Asin. 283 opimitates ... suis -is ille ... pariet, gnatoque et patri. Capt. 1005 *v. p. 24, 63. 25, 69.* Pseud. 493 nolebam ex me morem progigni malum, -um ut ⟨suos⟩ servos criminaret apud -um. 1283 nunc ab -o ad -um meum maiorem venio (*v. supra l. 7*).

b *speciatim in allocutionibus*: PLAVT. Amph. 570 quid mali sum, -e, tua ex re promeritus? (*sic nudus voc.*: 578. 619. 641 Stich. 419 *al.* CAECIL. com. 90. TER. Eun. 57 [*inde* HOR. sat. 2, 3, 265 o -e]. TVRPIL. com. 51). Cas. 632 o -e mi (*verba ancillae. item*: 646 -e mi. Poen. 1127 o mi -e). Rud. 1052 *v. p. 848, 64.* Trin. 617 o -e Charmides. 1072 o mi -e exoptatissime.

2 *de bestiarum dominis* (*v. p. 848, 59*): SEN. Herc. f. 811 *Cerberus* patiens trahi -umque (*sc. Herculem*) fassus ore summisso *obsequitur*. STAT. Theb. 4, 273 *Parthenopaeus equum* arma mirantem gravioris -i sublimis agebat.

3 *de rerum dominis* (*rerum personatarum l. 55 sqq.*): CATVLL. 4, 19 *phasellus dicit* per ... freta -um tulisse. 31, 12 salve, o venusta Sirmio, atque -o gaude. 61, 116 o cubile ... quae tuo veniunt -o ... gaudia. VERG. catal. 2, 4 ego arida ... ecce pōpulus ... -i ... vill⟨ul⟩am hortulumque pauperis tueor. HOR. sat. 2, 1, 129 propriae telluris -um natura nec illum nec me nec quemquam statuit. epist. 1, 16, 2 ne perconteris, fundus meus ... arvo pascat -um. AVSON. 406, 2 *v. infra l. 73.* SIDON. carm. 22, 116 aethera mons rumpens ... plus celsos habiturus -os vernamque senatum (*nisi forte* -os *absolute accipiendum, v. l. 64. 72*).

B *sensu magis absoluto de homine aliquo possidente, cuius bonorum summa magis quam certus aliqui servus bestia res respicitur* (*fere i. q. nostrum 'Hausherr' l. 67 sq. cf. p. 850, 45*): HOR. sat. 2, 8, 16 puer ... mensam pertersit et alter sublegit *eqs.* hic -us (*sc. Nasidienus*): '... habemus utrumque'. 2, 8, 43 sub hoc -us 'haec gravida' inquit 'capta est'. carm. 2, 18, 32 Orci ... aula divitem manet -um. epist. 1, 1, 85 si dixit dives, lacus et mare sentit amorem festinantis -i.

II *de principibus aliisque summis viris cum veneratione significandis*: AVSON. 406, 2 perge, o libelle, ... et dic -o meo ac tuo (*v. supra l. 54 sqq.*) have *eqs.* quis iste sit nobis -us nescis libelle? *eqs.* qui solus exceptis tribus -is -orum primus est praetorioque maximus. SIDON. carm. 22, 116 *v. supra l. 61.* CORIPP. Ioh. 8, 155 nos humiles ductoris -i praecepta sequemur. Anast. 20 communis benefactor -us (*sc. Augustus*). Iust. 1, 91. 2, 161 -um (*Petschenig*, eum *M*[2]).

III *de deis* (*de Christo l. 82*): CATVLL. 68, 76 nondum cum ... hostia caelestis pacificasset -os. nil mihi tam valde placeat ..., quod ... invitis suscipiatur -is. PRVD. apoth. 40 post ... conspectum praesentis -i. 160 (*in versu interpol.?*). *per alleg. ex Matth. 24, 48 sumptam*: IVVENC. 4, 191 *servus* tardantem contempnet -um (*postea syn.* dominus).

***era,** -ae *f.* *scribitur* hera *e. g.* CATVLL. 64, 395. 68, 136 EPICED. Drusi 376 PETRON. 74, 15. *v. p. 848, 35 sqq.* *priscam formam* esa *testari videtur* GLOSS. esa: domina (*v. Walde-Hofmann, Et. Wb. s. v.*), *psilosin lusus verborum* PLAVT. Truc. 262 ⟨e⟩iram ... eram. GLOSS. -a δέσποινα. dominica. GLOSS.[L] I Ansil. ER 9 -am: dominam. *al. v. infra l. 54.* *legitur inde ab* ENNIO (*infra l. 19*) *et* PLAVTO (*infra l. 20*), *perraro post scaen. vett.; in prosa orat. praeter* SERV. auct. (*infra l. 53*) *nonnisi bis ap.* PETRON. (*l. 34. 45*), *semel ap.* APVL. (*l. 21*).

[*e coni.*: PLAVT. Cas. 313 tua, -a (*Acidal.*, vera *codd.*), libertate. Mil. 998 ⟨er⟩a mea (*in versu in A interpolato*). CATVLL. 63, 18 (*v. infra l. 52*). PETRON. 105, 6 non solum -a (*Buecheler*, ergo *codd.*) turbata est, sed ancillae etiam *eqs.* *falso trad.*: PLAVT. Aul. 807 TERT. nat. 1, 10 p. 79, 18. *dub.*: AVSON. 328, 5 DRAC. Romul. 7, 4.]

I *de mortalibus*: **A** *proprie de mulieribus, quae in servos ancillasve ius iubendi exercent, praesertim de matribus familias* (*de meretrice l. 29, de matre meretricis l. 24, de filia erili l. 31, de binis singulorum dominabus l. 30 sqq.*): **1** *generatim*: ENN. scaen. 253 (*verba nutricis*) numquam -a errans mea domo ecferret pedem (PLAVT. Amph. 452. 1061. Cas. 506 meae -ae. Mil. 1040 *al.* APVL. met. 3, 15. *v. l. 31. cf. l. 35 et p. 848, 54*). PLAVT. Amph. 261 haec sic dicam -ae. 974 iam hi⟨sce⟩ ambo, et servos et -a (*sc. Sosia et Alcumena*) frustra sunt duo. Asin. 147 tuo imperio paret *Philaenium*: mater tu, eadem -a es. Cas. 44 *servos puellam* dat -ae suae, orat *eqs.* -a fecit. 508. 687 -a atque haec dolum ex proxumo hunc protulerunt. Cist. 655 sed eccam -am video. 721 (*interpol.?, v. Thierfelder, de ratt. interp. Plaut., Lips. 1929, 180 sqq.*) -ae huic respondi quod rogabat. Men. 300 amicam habes -am meam hanc Erotium (*sic iung. nomen propr.*: Persa 248 ad Lemniselenem tuam -am). Rud. 737 hasce esse oportet liberas ... et -as tuas quidem hercle. Truc. 800 quid eo puero tua -a fecit? :: -ae meae extemplo dedit. :: quoi, malum, -ae? :: duae sunt istae (*sc. mater et filia*). 895 sed quid video? -am atque ancillam ante aedis (*sic opp.* ancillae: PETRON. 105, 6 [*v. supra l. 12*]). *al.* TER. Andr. 717 Hec. 335 Phorm. 47 *al.* TITIN. com. 5 reliqui acus aciasque ero atque -ae nostrae (*v. p. 849, 11 sqq. et cf. supra l. 19*). OV. epist. 9, 78 *v. l. 43.* LVCAN. 8, 66 *famulae* attollere terra semianimem conantur -am. **2** *speciatim in allocutionibus*: PLAVT. Cas. 311 torreto me pro pane rubido, -a. 313 *v. supra l. 10.* Cist. 544 non surda es, -a. 712 *al.* TER. Andr. 687. Eun. 837 -a mea, tace tace obsecro. *al.* SEN. Med. 426 recipe turbatum malis, -a, pectus. Phaedr. 267. 733.

B *translate de muliere amata*: CATVLL. 68, 136 rara verecundae furta feremus -ae (here *V*). OV. epist. 9, 78 (*de Hercule et Omphala*) formosae pensa rependis -ae.

[*? C absolute i. q. mulier possidens* (*cf. p. 849, 64*): PETRON. 74, 15 Agatho, unguentarius -ae (here *cod.*) proxim⟨a⟩e, seduxit me *eqs.* ('*der Hausbesitzerin von nebenan' vertit L. Friedlaender, sed rectius alii* here [*i.* '*heri*'] proximē *interpretantur*).]

II *de deabus*: **A** *absolute*: ENN. ann. 197 vosne velit an me regnare -a quidve ferat Fors virtute experiamur (*de structura v. Leo, Anal. Plaut. I p. 20*). frg. inc. 46 (*?, v. Vahlen ad l.*) Minerva (*syn.* domina). CATVLL. 63, 18 hilarate -ae (*Avant.*, ero *O*, cro *G*) citatis erroribus animum (*sc. Cybelae.* SERV. auct. Aen. 3, 113 *Cybelen* -am appellari, hoc est dominam tradunt). 63, 92 procul a mea tuo⟨s⟩ sit furor omnis, -a, domo. EPICED. Drusi 376 sollicitare animos parce potentis -ae (*sc. Fortunae*). VAL. FL. 1, 781 tergeminam ... placat -am (*sc. Hecaten*). **B** *additur cuius aliqua dea domina sit*: PLAVT. Merc. 842 *Fortuna*, divom atque hominum quae spectatrix (sper- *codd.*) atque -a eadem es hominibus. CATVLL. 64, 395 rapidi Tritonis -a (*sc. Minerva*). VAL. FL. 7, 313 noctis -am (*sc. Proserpinam*) Ditemque ciens. *Friedrich.*

[**eruscum,** -ī *n.* Ps. APVL. herb. 88 tit. H.-S. herba -um ([γβ; erustum *sive* rustum *Ca*; rubus *rell.*]. 88, 3 -i sucus de cimas expressus [γ; rubi *rell.*] ... aurium dolorem ... persanat [*inde* MISC. Tir. 55, 4 de -o *eqs.*]. MISC. Tir. 55, 7 ad gengivas et labrorum vitia herba -i [*Ps. Apul. herb. 88, 19 H.-S.* rubi]).] *K.-M.*

ērutor, -ōris *m.* *ab* eruere. *i. q. liberator* (*v.* eruo *p. 846, 7*): ITALA psalm. 69, 6 (Aug. in psalm. 69, 8) adiutor et -r meus es tu, domine (ῥύστης. VVLG. liberator. *item*: ITALA psalm. 143, 2 [Aug. in psalm. 143, 9] *deus* susceptor meus et -r meus, protector meus. AVG. *ad l.* susceptor, ne cadam; -r, ne haeream; protector, ne feriar). *Brandt.*

***ervum,** -ī *n.* [*cf. c. gr.* ὄροβος, ἐρέβινθος, *theod.* araweiz '*Erbse*'. *W.*] *de scriptura et formis* (*cf.* MARTYR. gramm. VII 192, 12 neutra quae a posteritate 'bus' syllabae non veniunt per v digammon scribuntur, ut ovum arvum -um): herv-: EDICT. imp. Diocl. 1, 16. PALLAD. 2 tit. 8 (*pars codd.*). *et saepe.* herb-: PELAGON. *ubique, v. ind.*; PLIN. nat. 18, 103 (*D G F*). *al.* PALLAD. 2 tit. 8 (*pars codd.*). *et saepe.* erb-: PLIN. nat. 18, 57 *D G F.* GLOSS.[L] I Ansil. ER 48. *et al. v. p. 851, 14.* (a)erum (*cf. form. roman. p. 851, 15*): MARCELL. med. 19, 6. 34, 15. SER. SAMM. 415 si quis erum ... sumpserit (*pars codd., dubitanter Heraeus*; ervum *rell. repugnante metro.* si qui ervum *Baehrens*). GLOSS. III 623, 71 (ero). *al.* *nom.* herbus (*ubique exceptis* GLOSS. *c. pron. vel attributo masc. generis, ut* 'ervus, -oris' *n., quod statuunt [ad rem*

[Burckhardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cf. Walde-Hofmann, Et. Wb. s. v.], nullius exempli auctoritate suppeditetur): ORIBAS. syn. 4, 33. ALEX. TRALL. 1, 129 (*gr. II p. 123 P. ὄροβοι*). VEN. FORT. carm. 7, 8, 8 *v. infra l. 36.* GLOSS. II 387, 15 III 267, 2. *de numero: sing. notione plur. legitur: infra l. 20. 28. 29. al. cf.* PRISC. gramm. II 176, 4 metallorum vel seminum ... pleraque semper singularia inveniuntur, ut 'aurum', ... 'triticum', 'ervum' *ὄρυζα eqs. deest plur. de notione*: GLOSS.^{L} I Ansil. ER 48 genus leguminis. 51 de quo tauri inpinguantur (*cf. infra l. 11. 20. 22*). II Philox. ER 27 *ὄροβος*. GLOSS. holus. -um est quae vocatur trifolium. GLOSS. Vatic. Reg. 203 ed. Merchie (Musée Belge 26) p. 264 -um est herba apta tauris (*v. l. 8*). *?*eretropus, eruntrobus *et similia* (*e. g.* GLOSS. III 562, 66) *v. Thes. gl. s. v.* vicia domestica. PAVL. FEST. p. 82 (*v. p. 835, 64. sim.* ISID. orig. 17, 4, 11. *cf.* PS. DIOSC. Vind. 2, 108 p. 182, 18 *ὄροβος· Ῥωμαῖοι ἔρβον⟨μ⟩*. CASS. FEL. 40 p. 91, 15 *al. v. l. 7*). [*it.* lero, *francog. vet.* ers, *hisp.* yero. *M.-L. v. p. 850, 80.*] [*e coni.*: PLAVT. Cas. 126. *falso trad.*: PACVV. trag. 354.]

i. q. genus leguminis cuiusdam ('*ervum ervilia*' *L.*; *v. Olck, PW VI 556. fusius tractant*: COLVM. 2, 10, 34 PLIN. nat. 18, 139. 22, 151 DIOSC. 2, 91. *enumeratur inter pabulorum genera* COLVM. 2, 7, 2. 2, 10, 24. *cf. ex. seq.*): PLAVT. Most. 62 -om daturi⟨n⟩ estis, bubus quod feram? (CATO agr. 27 sementim facito, ocinum, viciam, faenum Graecum, fabam, -um, pabulum bubus. COLVM. 2, 10, 35. 6, 4, 3 valvulis -i bubus medentur. *al.*). 68. CATO agr. 37, 1 hordeum, faenum Graecum, -um ... segetem exsugunt (*cf.* PLIN. nat. 17, 56). 109 de -o farinam facito (*saepe [v. vol. VI 1, 283, 36]. cf.* PELAGON. 252 -i pollinis unc. III [CHIRON 60. *saepe*]). VARRO rust. 3, 7, 8 delectantur *columbae* milio, ... piso, fasiolis, -o (COLVM. 8, 8, 6). VERG. ecl. 3, 100 quam pingui macer est mihi taurus in -o! (arvo *R*). HOR. sat. 2, 6, 117 tenui ... -o. OV. medic. 55. CELS. 5, 5, 2 purgant ... porrum, lenticula, -um (5, 16). 5, 28, 12^{M} aqua, in qua -um coctum sit (PELAGON. 268 *al.*). *al.* COLVM. 6, 3, 4 fresi et aqua macerati -i (6, 6, 2 *al.* CHIRON 548). 6, 10, 2 molitum (SCRIB. LARG. 126 *al.*). *al.* PLIN. nat. 18, 57 ex his *leguminibus* ramosa *sunt* cicer, -um, lens (*Theophr. hist. pl. 8, 3, 2 ὄροβος*). *al.* SER. SAMM. 415. PELAGON. 286 -i radicem conterito ([*Hippiatr. gr. I p. 309, 17 ἀσφοδέλου ῥίζαν*]. *al.*). VEN. FORT. carm. 7, 8, 8 ipse nec adflictis pascitur -us (*v. supra l. 3*) equis. *et saepe (praecipue in medicina). adhibetur pro mensura* (*sc. -i granum*): CATO agr. 156, 3 indito salis micam quasi -um. CELS. 5, 23, 3 quod -i magnitudinem impleat (5, 25, 1. SCRIB. LARG. 87 finguntur pilulae -i magnitudinis [*cf.* CAEL. AVR. chron. 4, 7, 105]. *et al.*). COLVM. arb. 8, 5 instar ad -i amplitudinem acini. MARCELL. med. 15, 7 quantum -i granum est (THEOD. PRISC. eup. faen. 14 p. 14, 5). *et al.*

epitheta: album: SCRIB. LARG. 165 MARCELL. med. 29, 11. erraticum: PS. ANTON. MVSA epist. ad Maec. 9. pingue: *v. supra l. 28.* rubrum: CAEL. AVR. chron. 2, 14, 204 CASS. FEL. 21 p. 37, 5. russeum: MARCELL. med. 17, 52. siccum: PELAGON. 315. tenue: *v. supra l. 29.* vetus: MARCELL. med. 32, 9.

ervus *v.* ervum *p. 850, 83.* *Burckhardt.*

ēryngē (*l. 62. 63. 64. 65; cf. l. 68*, -en *l. 62*) *f. et* **ēryngion** (-um), -ī *n.*, *ἠρύγγη et ἠρύγγιον. scribitur*: eri'gion, -ygion: *l. 72.* eringium: GLOSS. III 561, 5. 632, 6 *al.* erung-: COLVM. 6, 5, 2 (*S*). PLIN. nat. 21, 91 (*codd.*). *l. 68.* hiring-: GLOSS. III 565, 12. *v. l. 69.* hyringius: GLOSS. III 583, 30. iringu, -on: *l. 70.* origano: *v. vol. III 447, 51.* yringi: VEG. mulom. 4, 3, 8 (*P*). *i. q. herba ex carduorum genere* (*fusius describitur*: PLIN. nat. 22, 18 sqq. VEG. mulom. 1, 17, 14. *cf. J. Hubaux, Musée Belge 32, 1928, 167 sqq.*): COLVM. 6, 5, 2 panacis et -i radices foeniculi seminibus miscendae ([*inde* PELAGON. 21]. VEG. mulom. 1, 17, 14. 4, 3, 8. *cf.* SCRIB. LARG. 165 -i r. VEG. mulom. 2, 109, 6). SCRIB. LARG. 153 -i, pyrethri, saliuncae ... singulorum p. ℈ XXV (*vide* MARCELL. med. 26, 11). PLIN. nat. 1, 21, 54 -e, glycyrrhiza (*v. l. 65.* 22, 24 alii -en falso eandem putavere esse et gl.). 1, 22, 8 -e sive -on (22, 18) sive centum capita (*v. vol. III 414, 82 sq.*). 21, 91 quaedam spinosa foliata sunt, ut carduus, -e, glycyrrhiza, urtica (21, 95 cacumine tantum spinosa ... ut -e). 22, 23 -o. VEG. mulom. 1, 17, 14 -on ... herba melior est quae in litore ... nascitur *eqs.* (4, 3, 7). THEOD. PRISC. eup. faen. 40 p. 42, 11 -i campani (erungium *Gel.*, erugine *br*). DIOSC. 1, 7 similitudinem habens in foliis et in ramis hiringio. 3, 21 de -o id est nux agrestis. iringu aut iringion aut nuce agreste vocant *eqs.* (*gr. 3, 21 ἠρύγγη· οἱ δὲ κάρνον, οἱ δὲ ἠρύγγιον καλοῦσι*). PS. DIOSC. herb. fem. 53 -on (*Kästner*, eri'gion $L^{2}P$, erygion L^{1}) quam *herbam* Afri cherdan vocant.

erysībē *f.*, *ἐρυσίβη. i. q. vitium ex aere in segetes superveniens, rubigo* (GLOSS. aerugo et rubigo. *v. l. 80*): ITALA Os. 5, 7 (Wirc.) comedit eos -e et fructus (*Heraeus*, il-, *i.* fl-, *cod.*) eorum (*καταφάγεται αὐτοὺς ἡ ἐρυσίβη καὶ τοὺς κλήρους αὐτῶν*. VVLG. devorabit eos mensis [*respondet hebr.* חֹדֶשׁ] cum partibus suis). Ioel 1, 4 (Weing.) residuum bruchi comedit -e (*ἡ ἐ.*; VVLG. rubigo). EVCHER. instr. 2 p. 148, 15 -e in propheta aerugo, id est rubigo messium. graecum est.

erysimon (-um), -ī *n.*, *ἐρύσιμον*. erisimus (*nom.*): ORIBAS. syn. 4, 17. 31. *scribitur*: erisi-: *p. 852, 9.* GLOSS. III 562, 49; *cf. p. 852, 3. 8.* eris(s)imo, ercimos, ericinus, ericimos *v. vol. V 1, 1811, 16 sqq. i. q. genus herbae cuiusdam, lat. i. q.* 'irio' (*cf. p. 852, 4*): CELS. 5, 18, 25 malagmata quae ... aperiendi vim habent. quale est quod ex his constat. ...-i p. ℈ IV *eqs.* (*cf.* ORIBAS. syn. 2 add. p. 846 ad purgandum hervi farina et ... erisum [*sic*]). 5, 25, 14 -um ex vino tepido. PLIN. nat. 1, 18, 22 de -o sive irione (1, 22, 75. 18, 96 huic [*sesamae*] simile est ... -um, idemque erat, nisi pinguius esset, quod apud nos vocant irionem, medicaminibus adnumerandum potius quam frugibus. 22, 158). DIOSC. 2, 144 *v. p. 824, 42, seq.*: -on nascitur *eqs.* (*gr. 2, 158 ἐρύσιμον*). ORIBAS. syn. 4, 2 sesami semen, erismi (*Aa*, erisimi *La*) semen (*gr. p. 158, 26 ἐρυσίμου σπέρμα*).

erysipelas, -atis *n.*, *ἐρυσίπελας. scribitur*: erisipi(-pe)- *saepe, v. infra.* erisy-: *l. 22.* aerisipi-: *l. 31. 35.* heresipe- (heri-): *l. 31. 32.* ersi-: *l. 15.* *de formis: dat.* -to (*quasi ad sg.* -tum, -i *pertinens, sc. per retrogr. q. v. deriv. ex plur. [v. l. 27] formatum*): *v. l. 28.* -a, -ae *f.*: *nom. sg.*: ORIBAS. *l. 29. 33 sqq.* GLOSS. III 596, 10 arania ersipela minor milio similis in cute. V 568, 33 -pila putredo vel sanies. *cf.* CASS. FEL. *l. 25 (dub. f. an m.?).* *acc. sg.* -a*?*: *v.* CASS. FEL. *l. 26 (vix neutr.).* *acc. pl.*: ORIBAS. *l. 30 sqq.* *masc.?*: *v.* CASS. FEL. *l. 25, cf. l. 16.*

i. q. genus quoddam morbi cutem afficientis (*cf. l. 20 sq.*): CELS. 5, 26, 31^{B} modo super inflammationem rubor ulcus ambit, isque cum dolore procedit, -s (errisi- *J*, elysi- *FVP*) Graeci nominant (5, 26, 33 id autem quod -s [*V*, -isy- *J*, -pilas *F*, erisipila *P*] vocari dixi. CASS. FEL. 24 p. 40, 6 ignis sacer ab invadendo a Graecis -s [erisipi- *g(c)p*] appellatur [ISID. orig. 4, 8, 4 GLOSS.]). 5, 28, 11 in -te. CASS. FEL. 24 p. 40, 14 si grandis fuerit -s (erisipi- *g* [-pila *cp*]). 25 p. 42, 13 similiter ut -ta (erisipi- *gc* [-pilā *p*]) curabis. ALEX. TRALL. 1, 124 *parotides* erigipilatīs similes fiunt (*gr. 2 p. 107$^{init.}$ P.*). 1, 128 tumor ... erisipilato similis (*gr. 2 p. 119$^{extr.}$; v. l. 12 sq.*). ORIBAS. syn. 1, 19 quibus ... interioribus partibus eresipela (*Aa*, ulcera *La*) sit generata (*gr. p. 32, 9 ἐρυσιπελατώδη*). 8, 15$^{tit.}$ ad eresipelas (*Aa*, -pi- *La*) in cerebro (eup. 2, 1 A 6 herisipelas [*Aa*, aerisipilas *La; gr. p. 599, 23 πρὸς ἐρυσιπέλατα*]. *ibid.* T 5 heresipelas [*La deest*]). syn. 8, 15 fit ... in cerebro erisipela (*Aa*, eresipelas *La*). *ibid.* ut extrahatur -a ... si foris transeat -a. eup. 2, 1 C 23 inflammationes ... erisipelatodes (*Aa*, aerisipi- *La; v. l. 43 sq.*) et erisipelata (*Aa*, aerisipi- *La*) flegmonodes curat (*gr. p. 621, 28 φλεγμονάς τε ... τὰς ἐρυσιπελατώδεις καὶ ἐρυσιπέλατα φλεγμονώδη*).

erysipelatōdēs, -es, (*n. l. 41*), *ἐρυσιπελατώδης. i. q. naturam morbi qui est erysipelas habens*: CASS. FEL. 22 p. 39, 3 sin vero -es (heresipe- *g*, casipi- *c*, erisipi- *p*) fuerint carbunculi. 37 p. 82, 6 tumor ... cum rubore igni sacro simulante, quod Graeci -es (erisipi- *p* [-pa- *c*], herisipe- *g*) vocant. ALEX. TRALL. 1, 114 maxime erisipilatoydes in auribus flegmones sanat (*gr. p. 81$^{init.}$ P.*). ORIBAS. eup. 2, 1 C 23 *v. l. 34* (*cf. et l. 30*).

erysiscēptron (-um), -ī *n.*, *ἐρυσίσκηπτρον. scribitur*: erycis-: *l. 50.* erytri-: *l. 52.* emerysi-: *l. 52.* syri-, siri-: *l. 51* (syri(s), yris: *l. 54*). eri- (iri-): *l. 55. 58. 59.* aeri-: *l. 55* (aeris: *l. 53. 56*). -i- (-si-) *saepius omittitur: l. 53. 54. 55. 56. 58. 59. 61.* **1** *i. q. genus fruticis qui et 'aspalathos' vocatur* (*v. vol. II 798, 48*): PLIN. nat. 1, 12, 52 aspalathos sive -on ([*R*, -tro R^{a}, -trum $F^{a}dT$, erycissceptro *M*]. 1, 24, 68 [syri-, siri- *FRE*]. *cf.* 12, 110 quam [*aspalathum*] -um [R^{s}(*?*), erytri- *M*, emerysi- *DFEa*] vocant. DIOSC. 1, 20 asphalatrum multi aeris sceptron aut spagnum vocaberunt; *gr. 1, 20*]. 24, 112 [syri(s), yris sc- *trad.*]). 29, 56 (*cf. gr. Diosc. 2, 76, 13*) additis -o (-strept- *d*, erisceptro V^{2}, aerisc- *E*, *om.* R^{1}), xylobalsamo *eqs.* (DIOSC. 2, 57 et addas ... aeris sceptru *eqs.*). **2** *i. q. herba 'verbenaca'*: PS. APVL. herb. 3, 50 H.-S. *herba verbenaca*: Pythagoras -on (irisc- *L*, erisc- *HaV*; *ἐρυσίσκηπτρον Ps. Diosc. Vind. 3, 60 p. 214, 30*), Itali verbenaca (GLOSS. III 561, 75 eris sceptron verbena). **3** *i. q. arbor q. e.* '*cyperos*' (*v. vol. IV 1592, 78*): DIOSC. 1, 4 quiperu multi erisceptron vocant (*gr. 1, 4 κύπερος οἱ δὲ ἐρυσίσκηπτρον ... καλοῦσιν*).

erysithales, *cf.* erithales. PLIN. nat. 1, 25, 102 *v. p. 796, 23 sq.* 1, 26, 85 -es. 25, 160 (*v. p. 796, 24 sqq.*) -es (*Vf*, erisist- *Rd*, chrysot- *E*[*?*]). 26, 137.

erythallis. *nomen gemmae*: PLIN. nat. 1, 37, 58 -is (F^{a}, -ta- *B*, -alis *E*, chrystallis *F*). 37, 160 -is (*Sillig. ex ind.*, eryta- B^{2} [-ut- B^{1}], erysta- *L*, crysta- *F*), cum sit candida, ad inclinationes rubescere videtur.

erythīnus, -ī *m.*, *ἐρυθῖνος. i. q. piscis quidam marinus coloris rubri*: OV. hal. 104 caerulea ... rubens -us in unda (*inde* PLIN. nat. 32, 152; *B*, acynum [-in- *b*] *VRdf*). PLIN. nat. 1, 32, 31 -is. 9, 56 in quodam genere omnino non sunt mares, sicut -is (*v; ex Arist., cf. gener. anim. 2, 5 p. 741^{a}, 36;* erosth- *R*, aresth- E^{2}, arasth- *DF*), channis (9, 166 -i [eri- *F*, erinth- *a*] et channae *eqs.*). 32, 101 -i (32, 139; -inni *V*, erith- *R*). 32, 148. [*cf. neap.* lutrine. *M.-L.*]

erythraeus, -a, -um (*cf. ἐρυθραῖος*). *i. q. rutilus: adhibetur fere pro t. t. ad certum genus ovium denotandum*: COLVM. 7, 2, 4 Asia *praebet arietes* rutilos, quos vocant -os. 7, 2, 6 -o vel pullo numquam generatur albus. 7, 3, 2 una eademque ratio est in -is et nigris arietibus *eqs.* *v. Onom.*

PLIN. nat. 1, 26, 33 satyrion **erythraïcon** (26, 97 aliud genus satyrii -on [*Gelen. ex Ps. Diosc. Vind. 3, 128 σατύριον ἐρυθραϊκόν*, -th(r)econ *codd.*] appellant). *v. Onom.*

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

erythranos, -um. *significat genus hederae*: PLIN. nat. 1, 24, 49 cisso -o (24, 82 cissos -os [-tr- *X*, -tya- *V*]). 16, 147 *Graeci* duo genera huius (*hederae*) faciunt a colore acinorum, -um et chrysocarpum.

erythrecon *v.* erythraïcon *p. 852, 84.*

PLIN. nat. 13, 113 (*de genere Punici mali*) Samia et Aegyptia distinguntur **erythrocomis** (*M*, egrithoc- *rell.; i.* ἐρυθροκομίς) et leucocomis.

erythrodanos, -ī *f.* (*acc.* -um *v. p. 750, 4; n.* -on*?, v. l. 13 sq.*). *i. q. herba* '*rubia*': PLIN. nat. 1, 24, 56 -o. 24, 94 (*v. p. 750, 4. cf.* CAEL. AVR. acut. 3, 5, 76 rubea, quam Graeci -on vocant. ALEX. TRALL. 2, 67 eritridatum, quam *eqs.* [*gr. 2 p. 395 P.* ἐρυθροδάνου]). 26, 89 foliis -i. MARCELL. med. 21, 5 herbae -i, id est caulis purpurei hoc est marini ... sucum. DIOSC. 3, 155 de eritrodano. eritrodanon aut tescrion (*i.* teferion = *gr. 3, 143* τεύθριον) vocant plurimi.

erythronion. PS. APVL. herb. 15, 14 H.-S. herba priapiscus ... a Graecis dicitur satirion, alii entaticon, alii eritronion (*Ps. Diosc. Vind. 3, 128 p. 138, 14* σατύριον τὸ ἐρυθρόνιον).

PLIN. nat. 21, 179 hoc est venenum, quod ... auctores ... dorcynion appellavere ... *aut* **erythron** aut neurada. *cf.* erythros.

erythros, (-on), ἐρυθρός. *i. q. ruber* (*non nisi in gr. locutione* 'rhus -os'): **1** *de morbo mulierum*: SCRIB. LARG. 121 rhun -on (*cf. P. Jourdan, Notes de critique verb. sur Scrib. Larg., Diss. Paris 1919, p. 95 sqq.*). **2** *de frutice quodam*: PLIN. nat. 1, 24, 55 rhu -o (24, 93 rhus, qui -os appellatur, semen est huius fruticis, *q. e. rhus*). *v. l. 19.*

esa *v.* era. [**esarōrum** *v. Onom.* Isaurus.] *K.-M.*

✠**esca,** -ae *f.* [ē-*? sic fere viri docti; ad anal. v. q. e.* pōsca, *ut vid., nullis praeterea allatis testimoniis. L. cf. lituan.* ėskà '*Esslust*'.] *de originatione*: VARRO ling. 6, 84 *v. p. 97, 81 sqq.* CASSIOD. in psalm. 77, 33 p. 563^{B} ab edendo. ISID. orig. 20, 2, 1 -a quia eam os capit. *de formis: gen. sing.* -as: LIV. ANDR. carm frg. 12 (*cf.* PRISC. gramm. II 198, 11). *de* isca *v. p. 855, 72. de notione*: GLOSS.^{L} II Philox. ES 1 -a δέλεαρ, τροφή. GLOSS. βρῶμα, βρῶσις, δέλος, ἔδεσμα (*dub.*: III 587, 42 *al.* -a frigida *batrachion*). NOT. Tir. 102, 85. *legitur inde a* LIV. ANDR., PLAVTO, CATONE. [*val.* iască, *it.* esca, *francog.* aiche, *hisp.* yesca. *M.-L.*]

[*in loco mendoso*: CIC. nat. deor. 2, 123. *ex coni. satis certa*: PLAVT. Cas. 221 *v. p. 854, 22.* SALL. hist. frg. 3, 86 *v. l. 53.*]

i. q. estur: **I** *de animantium cibo*: **A** *proprie*: **1** *hominum* (*cf. et p. 855, 2. 19 sqq.*): **a** *i. q. cibus, alimentum, victus* (*in universum*): *α loci generales*: Ⓘ *sing.* (*sensu collect.*): LIV. ANDR. carm. frg. 12 atque -as (*v. l. 31*) habemus mentionem (*cf. Hom. Od.*: *μνησώμεθα*: *δόρπου* [*4, 213*], *βρώμης* [*10, 177*], *δαιτός* [*20, 246*]). PLAVT. Men. 88 ne aufugiat ... -a atque potione vinciri decet ([*cf. 90*]. VARRO Men. 22 quibus seges praebeat domum -am p. CELS. 1, 2, 8 in p.... in -a. *al. v. infra l. 71 sqq. cf.* HIER. c. Ioh. 34 p. 387^{A} -a et potu [VVLG. Rom. 14, 17; *βρῶσις καὶ πόσις. al.*]. AVELL. p. 260, 6 potationem. COMM. instr. 2, 34, 3 vinum; *v. p. 802, 45.* VITAE patr. 3, 66 p. 772^{A} -am et aquam. *al. cf. p. 854, 26*). PLAVT. Men. 100 ipsus -ae maximae (*gen. qualitat. cf.* cibus *vol. III 1041, 62 sqq.*). CIC. nat. deor. 2, 160 sus ... quid habet praeter -am (*seq. pecus* ad vescendum hominibus apta). SALL. hist. frg. 3, 86 multa nefanda -a (*Bernays ex* SVLP. SEV. chron. 2, 30, 3; nefandae casu *codd.; Thuc. 2, 70 βρώσεως περὶ eqs. cont. Usener*) super ausi atque passi. PRIAP. 78, 1. OV. am. 2, 19, 26 stomacho dulcis ut -a nocet (*cf.* SCRIB. LARG. 186. MARCELL. med. 20, 48 fastidientem -am). LIV. 41, 20, 3 puerilia ut -ae aut lusus munera. PAVL. FEST. p. 271 devoratur. CELS. 1, 3, 28 ea genera -ae quae *eqs. al.* TERT. ieiun. 8 p. 284, 2 diabolo ... per -am temptare quaerenti. *al.* ITALA Hab. 3, 17 (Aug. civ. 18, 32 p. 303, 7 D.) campi non facient -am (*βρῶσιν*, VVLG. cibum). Rom. 14, 15 (Ps. Cypr. singul. cler. 11 p. 185, 27 *al.*) propter -am (*διὰ βρῶμα*. VVLG. cibum. *al.*). *al.* SOL. 30, 7 *Pamphagis* -a est quicquid mandi potest. VVLG. I Macc. 6, 57 -a nobis modica est (*τροφή*). *al.* PRVD. psych. 624 vitae dator et dator -ae est (*cf.* AVELL. p. 497, 11 *hominibus contentiosis* et vita et -a est sacerdotum dei ... separatio). AVG. c. Faust. 21, 13 p. 585, 1 cotidiana -a nostra (*i. panis*). *al.* BARNAB. 10, 4 (*τροφήν*). ENNOD. epist. 8, 41, 1 p. 226, 15 (*in imag.*) *absentium litterae* ieiunas desiderantum animas pascunt -a conloquii. *et al.* Ⓘⓘ *plur.* (*nonnulli loci etiam ad b α, p. 854, 21 referri possunt*): PLAVT. Persa 337 -is alienis studes (*cf. 58* quasi mures semper edere alienum cibum). CIC. div. 1, 115 temperatis -is modicisque potionibus (fin. 2, 90 tenuissimo victu, id est contemptissimis -is et p. *al. cf.* COLVM. 12, 1, 3 a vino, ab -is ... remotissima sit *villica* [TERT. ieiun. 6 p. 280, 8 *corpus* -is stipatum, vinis inundatum]. *al. v. et supra l. 44*). nat. deor. 2, 134. CVLEX 241 nectareas divum. MANIL. 4, 112 dulcibus. VVLG. I Macc. 6, 53 (*βρώματα*). *al.* PRVD. cath. 4, 87 *al.* OROS. hist. 5, 23, 14 Calagurrim (*oppidum*) ... ad infames -as miseranda inopia coactam (*cf.* SIDON. carm. 7, 477). *et al.*

β structurae selectae: Ⓘ ad, in -am (*res edenda significatur [cf. dat. l. 81. p. 854, 2]. v. p. 854, 73*): ad: COLVM. 3, 2, 1 vitis ... ad -am ... deponitur. *ibid.* 5, 8, 4 baca ... potius -ae (*v. l. 80*) quam oleo est idonea (*cf. ibid.* melius ad -am ... maior fere ad -am, minor *eqs.*). 11, 2, 72 faseolus ad -am seritur (*cf.* PALLAD. 10 tit. *al.*). *al.* ITALA gen. 2, 9 ([Aug. gen. ad litt. 6, 3 p. 173, 29 *al.*] = 3, 6 [Aug. civ. 14, 17 p. 39, 23 D. *al.*], *ubi* in [*v. l. 6*]) lignum ... bonum ad -am ([*εἰς βρῶσιν*, VVLG. ad vescendum]. ITALA gen. 2, 16 *c.* AVG. *in h. l. adnot. v. p. 104, 16 sqq.*). COMM. apol. 73 *v. p. 855, 57.* RVFIN. Orig. in gen. 1, 17 p. 22, 7 B. quae nobis ad -am data sunt, non faciamus -as porcorum vel canum (*v. infra l. 63*). MARCELL. med. 27, 137 (*opp.* ad perunctionem). *et al.* in: ITALA gen. 3, 6 *v. l. 1. al.* VVLG. psalm. 68, 22 dederunt in -am meam fel. *al.* AVG. quaest. hept. 3, 21 p. 252, 28 *al.* *per metaph.*: ENNOD. opusc. 2, 83 p. 313, 13 praevidens ... quod ... cito in -am discidii toxica vestra subriperent. *cf. p. 855, 7. 60.* Ⓘⓘ *gen. explicat.* -arum (-ae *infra l. 14. 16*) *pendet ex subst.*: VITR. 8 praef. 3 terrenus fructus, -arum praestans copiis .. alit et nutrit animales. 8, 3, 28 aut carne aut ... qualibet ex his reliquis rebus -arum. ITALA Ezech. 47, 12 (Weing.) lignum -arum ([*ξύλον βρώσιμον*, VVLG. l. pomiferum]. AVG. loc. hept. 1, 7 p. 508, 10 -ae). IVST. 2, 13, 12 ut viae cadaveribus implerentur alitesque et bestiae (*v. infra l. 63*) -ae inlecebris sollicitatae exercitum sequerentur ([*inde* OROS. hist. 2, 10, 11 -arum]. HIER. hom. Orig. in Ezech. 7, 3 p. 393, 9 B.). VVLG. psalm. 43, 12 oves -arum. AVG. c. Faust. 6, 5 p. 291, 25 vivas -arum victimas offerri.

b *i. q. cibus singularis, ferculum, epulum sim.* (*cf. p. 853, 69*): *α generaliter*: PLAVT. Cas. 221 ubi amor condimentum inierit cuivis placituram ⟨-am⟩ (*add. Seyffert*) credo (Pseud. 830 qui essitabunt -as quas condivero). Cas. 492 obsona ... molliculas -as. Men. 457 *v. p. 102, 2.* Most. 691 melius ... mihi ... *nihil* fuit ... nec quod una -a me iuverit magis. Truc. 609 tantilli doni causa, holerum atque -arum et poscarum. FAV. or. frg. Gell. 15, 8, 2 MORET. 54 HOR. sat. 2, 2, 72. 2, 8, 5. APVL. met. 10, 16 *v. p. 867, 64.* TERT. ieiun. 1 p. 274, 15 per nullas ... vel seras vel aridas -as (resurr. 8 p. 37, 7 ieiunia et s. et a. -as. *cf.* VICTRIC. 28 p. 37 [*Tert. verbis utitur ad significandum ordinem eremitarum*]. *al.*). *al.* ITALA gen. 27, 4 (Lugd.); *ἐδέσματα*, VVLG. pulmentum. *al.* SOL. 1, 64 salsiores. AMBR. epist. 1, 36, 4 p. 1082^{D} novit ... bonus medicus quae -a cui apta sit infirmitati (*cf.* MARCELL. med. 20, 9 *al.* VINDIC. epist. ad Valent. 5 PLIN. VAL. 5, 14). VVLG. Hebr. 12, 16 *Esau* propter unam -am vendidit primitiva sua (*ἀντὶ βρώσεως μιᾶς*). *al. et al.* *β significantius de cibis quibus res aliqua est cum religione aut ritu sollemni*: Ⓘ *de cibis immundis: Iudaeorum*: ITALA I Macc. 1, 65 (Lucif. non parc. 12 p. 234, 27) susceperunt mori, ut non polluerentur -is (*τοῖς βρώμασιν*, VVLG. immundis). VVLG. Tob. 1, 12. Hebr. 13, 9 optimum est ... gratia stabilire cor, non -is (*i. observantia legis -arum; gr. βρώμασιν*). PS. AVG. quaest. test. I 69, 4 p. 120, 25 neumeniae, sabbata, lex -arum. *al.* BARNAB. 10, 9 de -is (*περὶ τῶν βρωμάτων*) ergo Moyses ... sic locutus est (*cf. et sqq.*). *Manichaeorum*: AVG. c. Adim. 15 p. 154, 27. Ⓘⓘ *de vetitis cibis deliciosis*: FILASTR. 72, 2 *Encratitae* -as abominantur quas deus ... *hominibus* tribuit (*cf.* 84, 6 *bis*). *al.* POMER. 2, 22, 1 p. 468^{A} abstinentes -arum non naturas sed concupiscentias *damnant.* Ⓘⓘⓘ *in immolando*: VVLG. I Cor. 8, 4 de -is ... quae idolis immolantur (*περὶ τῆς βρώσεως τῶν εἰδωλοθύτων*). HIER. c. Lucif. 24 p. 179^{A} apud angelum Thyatirorum (*cf. apoc. 2, 20*) ... simulacrorum -ae et fornicationes increpantur. Ⓘⓥ *de epulis in honorem manium paratis* (*sim. de deo Baal*: VVLG. Dan. 14, 10 tu rex pone -as): CORP. V 2090 C. Vettonius Fabia Maximus ... inque memoriam sui et colendae sepulturae rosis et -is ... HS n. DCCC dedit ... -as rosales et vindemiales omnibus annis poni sibi voluit (2176 hortos ... donavit, ut ex reditu eorum largius rosae et -ae ... sibi ponerentur. 2315). *γ per imag. et metaph.*: *fere i. q. res tamquam ad edendum exquisitissima, delectatio* (*cf.* epulae, *p. 701, 11 sqq.*): NOVIVS Atell. 70 supparum purum †belliensem interim (*codd.*; linteum *Munk*, *al. alit.*) -am meram. PERS. 1, 22 auriculis alienis colligis -as ([*at cf. et p. 855, 29*]. EVG. TOLET. carm. 33, 17 porrige, *philomela*, dulcisonas attentis auribus -as).

2 *bestiarum* (*v. supra l. 5. 16 sq. inde per similitudinem ferarum de diabolo [l. 81. p. 855, 9], de hominibus* [*p. 855, 2. 14. 20*]): **a** *in universum de cibo bestiarum*: *α mera nutrimenti notione*: Ⓘ *de alimento (medicina l. 69), quod bestiis ab hominibus praebetur*: SVEIVS carm. frg. 4 -am ... pullo da (CATO agr. 89 bis. VARRO rust. 3, 17, 3 COLVM. 6, 9, 1. NEMES. cyn. 176 fortem ... de frugibus. CHIRON 515 p. 168, 25 iecur canis coctum -am dato [*Veg. mulom. 2, 148, 1* ad manducandum]. *cf. supra l. 4*). CATO agr. 90 PAVL. FEST. p. 105 COLVM. 8, 7, 3. 8, 14, 2 *lactuca* pullis utilissima est -a (*al. cf.* PS. APVL. herb. 3, 56 H.-S. iucunda). PLIN. nat. 11, 78. OROS. hist. 5, 14, 1 *cibi* paucitatem ... vix ad -am canibus ... sufficere. BOETH. cons. 3 carm. 2, 24. *al.* Ⓘⓘ *loci ceteri*: VARRO ling. 5, 78 mergus ... mergendo in aquam captat -am. CIC. nat. deor. 2, 125. VERG. georg. 4, 17 ipsas ... volantis (*i. apes*) ore ferunt *aves* dulcem nidis inmitibus -am (Aen. 12, 475). PROP. 4, 8, 11 *serpens* sibi admotas a virgine corripit -as (*cf.* APVL. Socr. 18 p. 160). OV. am. 2, 6, 31 nux ... tibi (*sc. psittaco*). hal. 119 *v. p. 653, 19.* PHAEDR. 3, 12, 2 *al.* COLVM. 8, 17, 14. PLIN. nat. 9, 149 vivere -ā. *al.* PROSP. in psalm. 103, 27 p. 295^{D} est ... -a draconis (*i. diaboli*) terra (*i. homines terrenis cupiditatibus actibusque dediti*). SIDON. carm. 7, 179. *et al.*

β acced. feritatis foeditatisque notio, qua praeda proiectumve aliquid laniatur, devoratur (*in exsecrat. p. 855, 2. 4*): CVLEX 238 *Ti-*

[Mehmel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tyos iacet alitis -a. PROP. 3, 7, 8 piscibus -a natat *mortuus*. OV. Ib. 288. 516 digna feris, hominis sit caput -a tuum (*sicut caput Melanippi, quod -a Tydei factum est*). LIV. 25, 12, 6 (*e carminibus Marcii vatis*) piscibus atque avibus ferisque ... fuat -a caro tua. SEN. dial. 5, 40, 3 *puer murenis obici iussus* ut aliter periret *petivit*, ne -a fieret (AVG. civ. 1, 12 p. 23, 5 D. quibus bestiis *exercitus*). PLIN. nat. 22, 3. COMM. apol. 912 mactatos volucribus donat in -am ([*v. p. 854, 6*]. VVLG. deut. 28, 26 *al.* BACHIAR. repar. laps. 11 p. 1048^{A} nisi fuerit ad ... sepulchrum portatum, in cibum ei -amque proficeret [*alleg.; sc. diabolo. cf. I Petr. 5, 8*]. *cf.* ZACCH. 1, 24 p. 1092^{C} -is non sepulchris membra linquentes). ARNOB. nat. 7, 6 p. 242, 2. EXC. barb. chron. I p. 295, 286 ferarum *martyr. et al.* *iocose*: MART. 13, 87 *murices*: sanguine de nostro tinctas ... lacernas induis, et non est hoc satis: -a sumus. *per imag.*: IVVENC. 2, 604 quem (*hominem daemoniacum, cf. Matth. 12, 22*) daemonis horrida virtus ... propriis -am cruciatibus esse volebat. CARM. de alphab. 34 (*littera M loquitur*) in metris iugiter cum sim vocalibus -a.

b *speciatim de cibo, quo bestiae ab hominibus capiendae alliciuntur, gr. δέλεαρ* (*v. l. 27. hic afferuntur et ea exempla, quibus transl. de hominibus [v. infra l. 36] dicitur, cum exempla vix certo secerni possint. cf.* inescare): PLAVT. Asin. 221 auceps sum ego, -a est meretrix *eqs.* Mil. 581 numquam hercle ex ista nassa ego hodie -am petam. Rud. 1237 sq. in *transennas* -a imponitur: quam si quis avidus poscit -am *eqs.* CIC. Cato 44 Plato -am malorum appellat voluptatem, quod ea ... homines capiantur ut pisces (phil. frg. V 81 illecebrae esse atque -ae m. [*Plat. Tim. 69^{d} ἡδονὴν ... κακοῦ δέλεαρ*]. AMBR. bon. mort. 6, 24 p. 725, 11). OV. hal. 11 *scarus* pavet -am. 38. PETRON. 3, 4 eloquentiae magister nisi tanquam piscator eam imposuerit hamis -am quam scierit appetituros esse pisciculos (*cf.* AVSON. Mos. 249 inductos -is ... letalibus hamos. RVFIN. Greg. Naz. orat. 3, 13, 4 p. 124, 14 velut hamo -a adoperto. *al.*). PLIN. nat. 10, 194 non omnes *pisces* eadem -a capiuntur (*cf. l. 25*). 32, 12 *al.* SIL. 7, 501 MART. 4, 56, 6 COMM. instr. 2, 7, 13 *al.* AMBR. Hel. 1, 1 *diabolus* cibum velut -am laquei praetendit *eqs. al.* AVG. in psalm. 139, 12 p. 1810^{B}. *et al.*

B *translate et allegorice (cf. etiam supra l. 20): apud Christ. de cibo spiritali* (*significatur fides et doctrina Christiana, gratia dei sim. [opp. v. l. 40. 42. 44]. i. q. eucharistia l. 49 sqq.*): FILASTR. 59, 2 *Chiliontaetitae* ignorantes -am caelestem, id est inmortalitatis ... praemium adfuturum (134, 5; *opp.* terrestris. SERM. Arrian. frg. II 7 p. 634^{A} multam ac variam -am spiritalem et c. *al.*). 134, 8 (*opp.* carnali). VVLG. I Cor. 10, 3 omnes *patres nostri* eandem -am spiritalem manducaverunt ([*πνευματικὸν βρῶμα*]. HIER. hom. Orig. in Is. 2, 2 p. 251, 7 B. [*antea*: corporalibus cibis]. *al. v. l. 41*). RVFIN. Orig. princ. 2, 11, 3 p. 186, 11 sapientiae -is nutrita mens (*cf.* AVG. beat. vit. 8 p. 95, 2). AVG. serm. 47, 15, 28 p. 314^{C} circum os habent -am *haeretici*, sed non manducant ... ecce, -a posita est in vasculo *eqs.* 279, 9 p. 1280^{C} *fides* est -a, non ventris sed mentis. GREG. M. moral. 20, 40 p. 161^{A}. *et saepe.* *de eucharistia*: PROSP. in psalm. 110, 5 p. 322^{A} -am virtutis et vitae (*v. l. 54*) panem ... illum incorruptibilem, qui de caelo descendit, ut verbum dei esset -a hominum sicut cibus est angelorum. 135, 25 p. 390^{B} haec est -a de qua dominus dicit: caro mea vera est -a (*cf.* VVLG. Ioh. 6, 55 cibus). sent. 343 p. 481^{C} -am vitae accipit ... qui in Christo manet (*v. l. 50. cf.* INSCR. christ. Rossi II 244, 1^{a} clypeus hic vividam dabit postulantibus -am).

II *de* ***igni*** (*tam proprie quam in alleg.*): **A** *in universum: i. q. ignis materia* (*syn.* nutrimentum *l. 64. cf.* COMM. apol. 73 nemo petram subicit nisi solus ignis ad -am) *vel praeda*: VVLG. Is. 9, 19 erit populus quasi -a ignis. Ezech. 15, 4 *lignum vitis* (*i. populus Iudaeorum*) igni datum est in -am (*quod de gehennae igni sumunt*: TERT. cult. fem. 2, 13 p. 734 Oe. aurum ignis est -a. LVCIF. Athan. 2, 26 p. 195, 22 RVFIN. Orig. in gen. 1, 2 p. 5, 16 B. Orig. princ. 2, 10, 4 p. 177, 9 cuius ignis -a atque materia sunt nostra peccata *eqs. al.*). RVFIN. Orig. in num. 12, 2 p. 98, 26 B. bitumen -a et nutrimentum est ignis. PS. AVG. quaest. test. I 115, 36 p. 329, 24 igni si non des -am sopitur. MACR. Sat. 7, 16, 24. ENNOD. carm. 1, 17, 23 ministri dum cuperent nimis fornacis -ae tradere martyram. **B** *technice: i. q. nobis 'Zunder'* (*sunt qui statuant notionem ex ea fluxisse quae est sub I A 2 b l. 18 sqq. cf.* ISID. orig. 17, 10, 18 fungi, quod aridi ignem acceptum concipiant; *φῶς* enim ignis est; unde et -a [cessa *KN*, cesda *D*] vulgo dicitur, quod sit fomes ignis et nutrimentum. *attamen vox, quae saepe* iska *scribitur, omnino alterius originis esse videtur: cf. ἴσκα*: AET. 7, 91 init. ALEX. TRALL. 2 p. 535 P. PAVL. AEG. 6, 49. *v. M.-L. s. v.* iska [*germ.*]; GLOSS. V 367, 27 iska tyndrin [*anglosax. 'Zunder'*]. *cf. Rose, Ind. Theod. Prisc. p. 511* [*l. v.*: *ἴσκα*]; *Gundermann, Zeitschr. f. d. Wortfschg. VIII, 1906/7, 116 sqq.; Sofer, Lat. und Rom. aus den Et. des Isid. v. S. p. 129 sqq.*): VINDIC. epist. ad Valent. 8 palpebras incidi deberi, comburi etiam emicranium ... inponi etiam -as (THEOD. PRISC. log. 18 p. 117, 8 locis ... inpatienter dolentibus etiam -ae [-as *V*] ustiones impono [48 p. 149, 11]). THEOD. PRISC. log. 62 p. 164, 15 -as (iscas *B*) et cauteres partibus thoracis infigo.

deriv.: escalis, escarius, escatilis, escifer, esco(r). adesco, inesco.

escālis, -e. [*ab* esca. *W.*] *i. q ad escam (sc. ministrandam) pertinens* (*cf.* escarius *p. 856, 28*): MOD. dig. 33, 10, 8 argentum -e et potorium (*ibid.; opp.* supellectili). *pro subst.*: IVV. 12, 46 *l. v., v. infra l. 40* (*cf.* GLOSS. I p. 387 -a quas scutellas dicunt). *fere i. q. escā effectus*: ANTH. 181, 8 cattus in obscuro cepit pro sorice picam, ... poena ... praedonem plectit edacem, nam claudunt ... cornea labra gulam ... et ... -i vulnere raptor obit.

escara *v.* eschara. **escāria** *v.* escarius *l. 23 sqq.*

escāriola, -ae *f. ab* escaria *deminutive, v. l. 25 sqq.* (*vox ex gr. τρώξιμος versa,* -a *sc.* '*lactuca*': *Walde-Hofmann, Et. Wb. s. v.* esca): GLOSS. V 552, 51 intiba, quae vulgo scariola vocatur (504, 48 intiva cicoria scarola; *cf. et l. 16*). III 16, 37 *θρώξιμα* ae. [*it.* scariola. *M.-L.*] *nomen herbae, i. q. intibus* (*gr. θρίδαξ l. 13; v. et l. 19*): DIOSC. 3, 89 *opofilon* multi in -a (scar- *P*) comedunt pro eruca (*gr. 3, 80, 6 χρῶνται δὲ αὐτῷ καὶ μετὰ θριδάκων ἐσθίοντες ἀντὶ εὐξώμιον*).

escārius, -a, -um. [*ab* esca. *W.*] NON. p. 108, 19 esculentum et -um ab escis et ab edendo dictum. scar- (*cf. l. 9 sq.*): *infra l. 19. 31.* NOT. Tir. 102, 86. *pro subst. v. infra l. 23 sqq. 40 sqq.* [-um (*v. l. 40 sqq.*) *sard.* iscarzu. *M.-L.*] **1** *quod edi potest, esculentus* (GLOSS. -a [scaria] *τρώξιμα*. -i⟨i⟩ asfaragi *κήπεια ἕλεια*): **a** *adi.*: MARCELL. med. 6, 3 nucis -ae, id est inglandis. *in imag. iocosa*: PLAVT. Men. 94 numquam ... fugiet (*servus, captivus*), dum eo vinclo (*i. datis escis et potionibus*) vincies, ita istaec nimis lenta vincla sunt -a *eqs.* **b** *pro subst.*: *genus quoddam uvarum*: PLIN. nat. 14, 42 in pergulis ... seruntur -ae appellatae e duracinis, albae, nigrae. *herba quaedam* (*v.* escariola, *l. 7; cf. et l. 19.* GLOSS. II 563, 20 iscaria seris): GARG. MART. med. 39 p. 177, 9 sq. de -a. -a virtutem habet medendi omnibus doloribus internis *eqs.* **2** *i. q. ad escam pertinens, sc. de rebus quae escis ministrandis serviunt*: **a** *adi.*: VARRO ling. 5, 118 mensam -am (*v. vol. III 1057, 48 sq.* 5, 120 PAVL. FEST. p. 77. *cf. p. 859, 71*). vasa, argentum *sim.* (GLOSS. -a [scaria] *σκεύη ἐν οἷς ἐσθίομεν.* V 656, 22 [*ad* IVV. *l. 40; cf.* GLOSS. I p. 387] -a dicuntur vasa minora in quibus esca datur *eqs.*): PLIN. nat. 36, 197 fit et tincturae genere obsianum ad -a vasa (37, 18. PAVL. sent. 3, 6, 61 [*opp.* pocularia. 3, 6, 67]. 3, 6, 86; *opp.* potaria. ISID. orig. 20, 4 tit.). CELS. dig. 33, 10, 7, 2 si -um argentum ... supellectili quis adscribere solitus sit (POMPON. dig. 34, 2, 21, 2. PAVL. dig. 34, 2, 32, 2 [*opp.* potorio]. *al.* TEST. Dasum. [Corp. VI 10229; *a. 108*] 38 ⟨argenti es⟩cari et potor⟨i⟩ ex meo quod e⟨legerit⟩. *al.*). CORP. VI 8732 praep(ositus) auri -i. **b** *pro subst.*: IVV. 12, 46 bascaudas et mille -a (*l. v.*: escalia, esclaria [*v. l. 2*]. SCHOL. *ad l.*: cac⟨c⟩abos), multum caelati. VLP. dig. 34, 2, 19, 12 si caccabos argenteos habeat vel ... aliud vas ad coquendum, dubitari poterit, an -o (*collective*) contineatur. PAVL. dig. 33, 10, 3, 3 vitrea -a et potoria.

escarus *v.* scarus.

escātilis, -e. *ab* esca (*cont.* potilis, *Leumann, Die lat. Adj. auf -lis, p. 59. at cf.* aquatilis *l. 49*). *quod edi potest* (*cf.* escarius *supra l. 18,* esculentus *p. 859, 40*): TERT. patient. 5 p. 9, 22 post mannae -em pluviam, post petrae aquatilem sequellam desperant *Iudaei* de domino. adv. Marc. 1, 1 p. 291, 7 parentum cadavera cum pecudibus caesa convivio convorant. qui non ita decesserint, ut -es fuerint, maledicta mors est. *Mehmel.*

***escendo,** -ī, -ēnsum, -ere. *ab* ex *et* scandere. *de scriptura: scribitur* exc- *e. g.* CAES. Gall. 7, 27, 2 *β*. LIV. 30, 15, 11 *H*; exsc-: LIV. 29, 11, 5 *G.* *de formis: perf.* escidit *legitur in* ACT. Arv. a. 87 II 36; *non neglegentem script., sed formam vulgarem e confusione c. verbo q. e.* scindo, scidi *natam in causa esse docet Löfstedt, Eran. 13, 1913, 74.* *de significatu*: PAVL. FEST. p. 79 -ere egredi (*v. p. 858, 20*). ISID. diff. app. 168 inter -ere, ascendere, conscendere hoc interest, quod ascendimus excelsa vel locum honoris; -imus, cum aliquid altius scandimus; conscendimus, cum equo vehimur. GLOSS.^{L} II Philox. ES 2 -it *συμβαίνει.* *legitur inde a* PLAVTO, *rarescit post* SEN. philos. *mutatur in libb. mss. saepe in* asc- *vel* consc- (*v. Th. Stangl, Berl. phil. Woch. 32, 1912, 1525; Rh. Mus. 70, 1915, 226*); *in varr. lectt.* esc- *utpote minus vulgare illis fere praeferendum est* (*aliter fort. iudicandum de* LVCAN. 2, 499 [*v. Housman ad l.*]: asc- *Ω*, -ite *P[C]; v. p. 857, 19*). *praeterea confunditur c.* desc- *e. g. l. 79. p. 857, 11. 15; c.* extendere: *p. 857, 51. 66; c.* excedere: *p. 857, 11. 81.* [*dub. trad.*: PLAVT. Merc. 259 inscendo in (*A*, ascendi in *CD*, -endum *B*) lembum. *e coni. dub.*: CIC. Vatin. 34 quaero ... numquis reus in tribunal ... -erit (*Gulielm.*, exciderit *Schol. Bob.*, ascenderit *codd.*). TAC. Agr. 42 (*Lipsius*, excedere *trad.*).]

I *fere i. q. scandendo sursum niti*: **A** *proprie de animantibus*: **1** *additur quo aliquis -it*: **a** *in locos sive natura altius sitos sive ope humana exstructos*: *α generalia quaedam* (*intrans. c.* in, ad *vel adv. ex. gr. l. 79 sqq.* [*c. sentent. relat.* LIV. 38, 22, 1]; *transit. p. 857, 3. 5. 15 sqq.*): PLAVT. Amph. 1000 illuc (*sc. in tectum*) sursum -ero (Mil. 1150 ex alto puteo sursum ad summum [desc- *P*]). Trin. 942 an etiam in caelum -isti? (CIC. parad. 11 Tusc. 1, 71 LACT. inst. 1, 10, 9 [*R*]. 1, 18, 23 [*R*^{1} *V*]). VARRO Men. 209 non animadvertis cetarios ... -ere in mālum alte? (LIV. 30, 25, 11 [asc- *RF*]). ling. 5, 43 unde -bant ad ⟨in⟩fimam novam viam, locus sacellum ⟨Ve⟩labrum (*si quidem* -bant *c. seqq. coniung.; si minus, ad 2 referendum*). CIC. Verr. II 4, 51 -it (asc- *R*^{2}*Q*) in oppi-

[Friedrich]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dum (*sc. Haluntium*) Archagathus. de orat. 2, 100 lex peregrinum vetat in murum -ere; -it ([*v. adn.*]. LIV. 26, 48, 13. *cf.* CAES. Gall. 7, 27, 2 qui primi murum -issent [exc- *β*, asc- *α*]. OROS. hist. 3, 19, 7 [asc- *PRD*]). LIV. 1, 10, 5 *Romulus* in Capitolium ([asc- *l. v.*]. 37, 3, 7 *al.* CAPITOL. Max. Balb. 3, 2 Capitolium). 8, 10, 12 ubi illud signum defossum erit, eo magistratum Romanum -ere (asc-, desc-, excedere *l. v.*) fas non esse (*aut fodiendo tumulus fit, in quem eum -ere nefas est, aut -ere hic idem fere valet atque 'ingredi'* [*cf. Gell. 10, 15, 24 flamen Dialis* locum in quo bustum est numquam ingreditur]). 29, 37, 12 cum *Claudius* . . . in aerarium -isset *eqs.* (*v. adn.*). 36, 24, 9 consul ab urbe -surus (*Gronov.*, desc- *B*, excess- *M*, asc- *rell.*) in arcem (*cf. supra l. 4*). 36, 30, 2 Acilius . . . Oetam (*B*, desc- *codd. recc.*). 42, 15, 5 ad templum *Delphicum* a Cirrha (IVL. VAL. 1, 12 p. 23, 11 -so templo [*Ps. Callisth. 1, 19 ἀναβαίνει*]). *al.* VAL. MAX. 1, 1, 10 clivum, qui ducit ad Ianiculum, -ere (*Lipsius*, desc- *LA*, asc- *dett. pauci*) incipientes. SEN. Phoen. 112 funebrem -am (asc- *A*) struem (*cf.* AMM. 29, 1, 39 -so rogo). CVRT. 3, 8, 22 in iugum editi montis (*cf.* LACT. inst. 4, 15, 16 *Iesus* -it [*Stangl*, desc- *R*, asc- *S*] in montem desertum). LVCAN. 2, 499 ruiturum -ite (*v. p. 856, 66*) pontem. ACT. ARV. a. 87 II 25 *fratres Arvales* lucum deae Diae ad summotum -erunt. INSCR. Rev. arch. 16, 1910, 354 (*a. 94*) -entium scalas secundas (GELL. 10, 15, 29). SIDON. epist. 4, 15, 3 in . . . castellum . . . difficilius -itur (*L*, asc- *rell.*). 4, 25, 5 in *monasteria*.

β notabiliora: adhibetur in certis quibusdam locutionibus: Ⓘ *in rostra, tribunal sim.* (*transit. infra l. 34. 36 sq.*): CIC. Manil. 55 non pudebat magistratus populi Romani in hunc ipsum locum (*sc. in rostra*) -ere (*H*, asc- *Δ*; *v. infra l. 32*). p. red. in sen. 12 in contionem -it (*P*, asc- *rell.*) eaque dixit, quae *eqs.* (or. frg. A XII 4. Att. 4, 2, 3 [asc-, desc- *l. v.*]. ad Q. fr. 1, 2, 15 [asc-, desc- *l. v.*]. LIV. 2, 7, 7 [asc- *l. v.*]. *al. cf.* LIV. 24, 22, 13 in aram Concordiae, ex qua pridie Polyaenus contionatus erat, -it [asc- *l. v.*]). off. 3, 80 constituerunt . . ., ut omnes simul in rostra -rent ([*v. adn.*]. LIV. 23, 23, 1 [scendit, scindit, asc- *l. v.*]. 30, 17, 3 *al. cf.* TAC. ann. 15, 59 rostra. *v. supra l. 27*). LIV. 2, 28, 6 consules in tribunal -unt ([asc-, desc- *l. v.*; *v. Drakenborch ad l.*]. 3, 47, 4 *al. cf.* AMM. 26, 6, 18 tribunal [27, 3, 1 tribunali -so. *al.*]. *v. p. 856, 71*). TAC. ann. 13, 5 suggestum imperatoris. Ⓘⓘ *in (ad) urbes*: CIC. Verr. II 4, 51 *v. p. 856, 84*. LIV. 29, 11, 5 legati . . . Delphos cum -issent (adsc- [asc-] *l. v.*), oraculum adierunt (41, 22, 5 *al.*). 35, 13, 6 inde (*sc. Elaeā*) Pergamum . . . -erunt (ex[s]c- *2 codd. recc.*, desc- *B*, *v. supra l. 11*). 35, 43, 3 Ilium a mari (37, 9, 7. *cf.* 37, 37, 2 in urbem *Ilium* arcemque). 42, 38, 1 ad Gitana (*v. Kraschenninikov, Hermes 37, 1902, 493*). 45, 28, 5 *Paulus Lacedaemone* per Megalopolim Olympiam -it (*Liv. aut Olympiam alte sitam putavit aut* esc- *per imag. dici potest de migrantibus a regione meridiana ad septentriones* [*cf. Stürenburg, Relat. Ortsbezeichnung, Leipz. 1932, p. 22 sqq.*]).

b *in vehicula, sc. naves currus equos sim.* (*plerumque transit.; c.* in *infra l. 48 sqq. 54*): PLAVT. Merc. 931 iam in currum -i (CIC. Pis. 61 [*T*, asc- *rell.*]. *cf.* LVCR. 5, 1301 falciferos armatum -ere currus. SEN. dial. 6, 16, 2 pulvinum [*i. currum pulvino ornatum*]. 7, 23, 4 vehiculum). CAECIL. com. 33 -e (ext- *trad.*) huc in (in *om. cod. R*) meam navem (NEP. Them. 8, 6 Epam. 4, 5. *cf.* TER. Ad. 703 abiit, navem -it [*A*, asc- *rell.*]. DICT. 6, 11. IVL. VAL. 1, 10 p. 21, 5 -sa navi [*ἐπενέβη Ps. Callisth. 1, 18*. AMM. 26, 8, 12]. CVRT. 8, 13, 26 in rates [STAT. Ach. 2, 11 *trans.*]. AMM. 16, 12, 58 -sis navigiis [SIDON. epist. 1, 5, 3 Ticini cursoriam — sic navigio nomen — -i; *L*, asc- *l. v.*]. 21, 9, 2 lembis -sis [30, 3, 5]. OROS. hist. 6, 15, 34 Caesar . . . scapham [*L*, exsc- P^1, asc- *al.*]). SALL. Iug. 97, 5 equos (*v. p. 733, 73 sq.* LIV. 37, 20, 12 *al.*).

2 *absolute* (*quo aliquis -endo perveniat, ex antecedentibus facile colligitur infra l. 62. 68*): CIC. Phil. 2, 85 sedebat in rostris conlega tuus *eqs.* -is (asc- *D*), accedis ad sellam. SALL. Iug. 94, 1 illi, qui -suri (*v. adn.*) erant (*sc. per ardua*) . . . arma ornatumque mutaverunt. 94, 2. LIV. 28, 19, 16 *Scipio* ferri scalas iubet et se ipsum . . . -surum (ostens- *V*, asc- *al.*) minatur. 45, 1, 6 Licinio consuli ad quadrigas mittendas -enti (*Turneb.*, extend- *V*) tabellarius . . . litteras *reddidit* (*cf.* ACT. ARV. a. 87 II 36 *magister* sup⟨r⟩a carcares escidit [*v. p. 856, 55*] et signum quadrigis . . . mi⟨s⟩it). SEN. contr. 2, 5, 1 '-e' (*sc. in arcem*) inquit *uxor* 'occide tyrannum' (*sim. infra compluriens*). SEN. Herc. f. 21 (*verba Iunonis*) -at (asc- *A*) licet (*sc. in caelum*) meumque victrix teneat Alcmene locum. dial. 1, 5, 11 placet, inquit *Phaethon*, via: -o.

B *in imagine et translate*: **1** *de hominum studiis virtutibus fortunis sim.* (*subi. personae vel res personatae; transit. infra l. 79 sq., absol. l. 83. p. 858, 4*): RHET. Her. 4, 25, 34 gradatio est, in qua non ante ad consequens verbum descenditur, quam ad superius -sum (*Marx*, superiores consensum *M*, superius asc- *E*) est. CIC. Tusc. 5, 24 *Theophrastus dicit* in rotam . . . beatam vitam non -ere (asc- *K*). MEMM. carm. frg. 1 † ne ardua nitens fortunae -ere cliva. RVT. LVP. 1, 13 ⟨h⟩a⟨u⟩t mihi mirum videtur, quod tam excelsum boni gradum homo summi laboris -erit ([*Ruhnken*, exced- *trad.*]. LACT. inst. 6, 13, 7 primum *eqs.* [*R*, ascendit *PV*]). SEN. dial. 1, 1, 6 *vides* bonos viros . . . laborare, sudare, per arduum -ere (*Bongars.*, exced- A^1, excend- A^2). 1, 5, 10 quam alte (*v. p. 858, 3*) -ere debeat virtus (7, 15, 5). 6, 22, 4 *Cordus* tacitus ferre non potuerat Seianum in cervices nostras ne inponi quidem, sed -ere. 7, 15, 5. 7, 20, 2 non -unt in altum (*v. p. 857, 84*) ardua adgressi. epist. 118, 6 adhuc quaerit -ere (aesc- *A*). AMM. 27, 6, 2 *Rusticus tyrannidis* arbitrio . . . ad id -erat columen (*sc. praefecturam urbanam*). *sensu latiore fere i. q. crescere, vetustiorem fieri*: CARM. epigr. 1220, 2 Maximus hic recubo . . . bimulus in tertium (*sc. annum*) -ens. 1540, 3 vixi annis VI, in VII -ens animam deposui meam.

2 *de rebus corporeis fere i. q. in altum efferri, attolli*: VARRO rust. 1, 8, 7 ideo (*sc. quia solem quaerit*) . . . primum e vinea in arbores -it vitis. 1, 54, 2 alia *uva* quae in piscinam in amphoram picatam descendat, alia quae in ar⟨e⟩a⟨m⟩ in carnarium -at (*i. suspendatur*). VAL. FL. 1, 206 *v. l. 18*.

II *fere i. q. scandendo aliquid transgredi, ultra certum modum ascendere vel crescere* (*nonnisi translate de rebus*): VARRO rust. 3, 16, 27 *aqua liquida* in aliquem lacum (*Keil*, locum *trad.*) influat ita, ut ne altitudine -at duo aut tres digitos. VAL. FL. 1, 206 protulit . . . crinem . . . ignis et -it (aesc- *V*, a[d]sc- *SM*) salientia viscera tauri (*fort. ad IB 2*).

III *fere i. q. exire, egredi* (*v. p. 856, 58*): FEST. p. 154 ait Verrius ⟨neque *matronarum* viros⟩ sedentes cum uxoribus de essedo (essequo *F*) escen⟨dere coac⟩tos a magistratibus (*Paul. Fest.* nec viri . . . descendere cogebantur). CLAVD. DON. Aen. 10, 660 p. 377, 1 si . . . paulatim navis in altum duceretur, et -endi et exiliendi repperisse Turnus remedium posset.

escēnsio, -ōnis *f.* *ab* escendere. *scribitur* exc-: LIV. 8, 17, 9 *A al.* CVRT. 9, 4, 4 *A*. exsc-: LIV. 27, 29, 7 *G*. 28, 8, 8 *SF*. [*e coni. dub.*: DARES 19 Palamedes suadet . . . *Tenedo* luce in Troiam -em fieri oportere (*F. Meister*, excess- *LG*; *sed v. Schol. Stat. Theb. 4, 599* in excessione classis).]

-em (*plur. l. 38*) facere *technice in re militari i. q. expeditionis causa copias e navibus exponere*: LIV. 8, 17, 9 *Samnites et Lucani* adversus regem *Alexandrum* -em (excurs- D^3A^3, ascens- *Up*) facientem . . . pugnaverunt. 21, 51, 5 consuli -o hostium in agrum Vibonensium facta nuntiatur (27, 5, 8 in a. Vticensem. 29, 28, 5 in agros maritimos. *cf.* 43, 10, 11 ad a. Pallenensem). 22, 20, 4 -o (asc- C^1RDA) ab navibus in terram facta. 22, 31, 2 priusquam in continentem -es (asc-, desc- *l. v.*) faceret *eqs.* 27, 29, 7 (excurs- $VRF\varphi$, essens- *λ*). 28, 8, 8. 37, 17, 3 in Bargylietico sinu -em (desc- *B*) ad Iasum fecerunt. CVRT. 9, 4, 4 hinc (*sc. qua Acesines per Sibos fluit*) -e facta . . . excessit *eqs.*

escēnsus, -ūs *m.* *ab* escendere. [*dub. trad.*: CAES. Gall. 7, 46, 1 oppidi murus a planitie atque initio ascensus (*απ*, esc- *ρ*) . . . mille passus aberat. *cf.* 7, 86, 4 loca praerupta ex ascensu (exscensu *Madvig*, atque ex asc- *β*, atque ex⟨pedita⟩ asc- *A. Klotz*) temptant.] *i. q. actus escendendi*: TAC. ann. 13, 39 capta -u munimenta omnesque puberes trucidati *sunt a militibus*. *Friedrich*.

eschara, -ae *f.*, *ἐσχάρα*. **1** *legitur, ut vid., vox gr., i. q. basis*: VITR. 10, 11, 9 basis (*ballistae*) quae appellatur -*α* (schara *x*). 10, 14, 1 basis (*testudinis*) . . . quae graece -*α* (*Iocundus, ἐσχάριον Ath.*; thera *x*). **2** *i. q. crusta sive per oculorum (faucium) ulcus sive per ustionem cauterio factam in cutis superficie nata* (*scribitur*: -a: CAEL. AVR. *ter.* escara: RVF. podagr. *bis* [*et v. l. 66*]. eschamra: *infra l. 56. praeterea fere* scara *vel* schara [icaram *l. 69*]): CELS. 5, 26, 33[D] post ustionem . . . superponenda sunt, quae crustas a vivo resolvant; eas -as (*FJ*, eschamr- *P*, schāras *praeposita* e V^1) Graeci nominant (SCRIB. LARG. 25 ad sordida ulcera oculorum crustasque habentia, quas *ἐσχάρας* vocant [= MARCELL. med. 8, 116 *ubi* -as *cd.*]. CASS. FEL. 67 p. 164, 11 scara [*c*, schara *g*] *v. vol. IV 1253, 17*. 68 p. 167, 10 scara [*cp*]). MARCELL. med. 7, 21 -as (*Cornarius*, scharadas *trad.*). THEOD. PRISC. eup. faen. 62 p. 64, 5 quamdiu -ae (scara *r*, ira *B*, sordes eius vulneris *b Gel.*) cadant (CAEL. AVR. chron. 5, 1, 22 donec ulceris cadat -a). CAEL. AVR. chron. 5, 1, 17 -as patientibus ingesserunt partibus (*sc. cauteriis applicatis. cf.* RVF. podagr. 31[tit.] de cauteriis aut escaras . . . imponendas. 31 sed escaras [*Mørland*, et scaras *cod.*] . . . imponendas [*gr. Aet. 12, 25 ἐσχάρας τοίνυν ἐμβλητέον*]). 5, 1, 18 altiora inusta putrescunt et, ut Graeci appellant, -am faciunt (CASS. FEL. 22 p. 37, 17 scaram [*g p*, icaram *c*]. ORIBAS. eup. 2, 1 T 11 scaram). CASS. FEL. 22 p. 38, 6 scaram (*g*). 32 p. 68, 6 ad omnes putredines et scaras (*c*, ascaras *p*). 36 p. 78, 11 ulceratio faucium . . . exitialis ostenditur, si grandis et scara (& scara *gp*, ex scara *c*) fuerit nata (36 p. 79, 4 grandis cum scara). ALEX. TRALL. 1, 89[extr.] ad staphilomata . . . et scarras et ad omnes passiones oculorum (*gr. 2 p. 23 P. ἐσχάρας*). RVF. podagr. 31 escaras. [*it.* aschero, *francog. vet.* ascre '*taedium*'. *M.-L.*] *cf. etiam* 1. ascra *vol. II 772, 27*.

escharōsis *f.*, *ἐσχάρωσις*. *i. q. adustio quaedam, qua eschara efficitur*: CAEL. AVR. chron. 1, 4, 118 dehinc scarosin medicamine sive ignis ustura.

escharōticus, -a, -um, *ἐσχαρωτικός*. *scribitur* escha- *p. 859, 4; praeterea* sca- DIOSC. *ubique* (*gr. Diosc. ἐσχαρωτικός, ἐσχαροῦν*). *i. q. crustam faciens* (*subst. n. pl. de medicamentis p. 859, 4*): DIOSC. 2, 50 (*gr. 2, 73 de lana*) combuste virtutem habent termantica et -a ([*sic*]. 5, 96 [*gr. 5, 15, 12*] virtus est omni ponfolinge [*πομφόλυξ*]

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

stiptica ... et -a. 5, 123 [*gr. 5, 98, 4*]. 5, 134 [*gr. 5, 109, 2*]. 5, 143 [*gr. 5, 117*] -is virtutibus). 2, 161 (*gr. 2, 175, 2*) omnes cum folia et radicibus vulneraticia scaroticia. 4, 49 creticus quinus ... semen -um habet (*gr. 4, 52 deest*). CAEL. AVR. chron. 1, 1, 50 utitur etiam -is (*v. p. 858, 80*), hoc est quae cutem extendere vel corrumpere (*sc. urendo*) valeant.

MART. 2, 6, 3 lectis vix tibi paginis duabus spectas **eschatocollion** (*i. ἐσχατοκόλλιον, cf. Liddell-Scott s. v.*).

escia *v.* isc-.

escifer, -a, -um. *ab* esca *et* fero. *i. q. cibum ferens*: PAVL. NOL. carm. 15, 223 ut Elian ... pascere posset, -as volucres ... mittens *eqs.* *? i. q. cibum devorans*: ANTH. 230, 4 aethera quod pontusque, altrix quod terra creavit, cernimus -um paulatim sumere ventrem (*an ad scnt. rel. sc. eo sensu q. e. l. 9 pertinens?*).

escirrōmenos *v.* scirr-. **escito** *v.* exc-.

1. esco *v.* sum. *K.-M.*

2. esco, -āre. [*ab* esca. *W.* (*cf. c.* cibare; *aliter l. 19.*] *i. q. alere* (*nota dupl. acc.*): ITALA num. **11**, 18 (Lugd. *al.*) quis nos -bit carnem (*ψωμιεῖ κρέα*, VVLG. dabit ... escas carnium. *cf. ibid. 11, 4* cibabit). **escor,** -ārī. *ab* esca, *cf.* epulari (*aliter l. 16*). *ex coni.: l. 22.* *i. q. edere*: SOL. 40, 27 *ciconiae* serpentes ... -andi gratia insectantur. CHIRON 270 p. 80, 25 male -atur et ambulans vacillat (*cf.* 493 p. 162, 6 cum -atur [*Buecheler*, eum esca tritus *cod.*], tussit ... ambulans concidet). *Mehmel.*

escola *v.* schola. **escoliōmenos** *v.* scol-.

escor *v.* 2. esco. **escotōmaticus** *v.* scot-.

[**esculandus** *ab* esculo(r) *iuxta* poculandus *v. l. 48 sq.*] *K.-M.*

esculentia, -ae *f.* *ab* esculentus. GLOSS. -a pinguedo. *fere i. q. cibus pinguis, delicatior* (*cf.* esculentus *infra l. 50*): HIER. epist. 79, 7, 6 nec ideo te carnibus vesci non putes, si suum, leporum ... et quadrupedum animantium -as (-a *L*, exculentias *B*, sculercias *W*) reprobes *eqs.* AVELL. p. 28, 17 *Macarius* erat ... presbyter mirae continentiae, non vino stomachum relevans, non carnis -a (esco- φ, exco- χ) corpus curans, sed oleo solo escas asperiores mitigans.

✖**esculentus,** -a, -um. [*ab* esca. *W.*] *de etym.*: VARRO ling. 6, 84 *v. p. 97, 81 sq.* NON. p. 108, 19 *v. p. 856, 15.* *scribitur* esco-: VARRO frg. Char. gramm. p. 73, 5 B. exco(-u-)-: *v. infra l. 55, cf. supra l. 30. 33.* esquilentum: NOT. Tir. 102, 87 (*K*, escu- L^2). *comp.* -ior *inde a* TERT. (*v. l. 52*); *superl. deest.* *legitur inde a* Q. SCAEV., CIC., VARRONE.

A *adi.*: **1** *quod edi potest*: **a** *spectat ad cibos cuiuslibet generis*: Q. SCAEV. Gell. 4, 1, 17 penus est quod -um aut poscu-lentum (postu- *P*, pocu- *recc.*) est (VLP. dig. 33, 9, 3, 2 penus -a [33, 9, 3, 3]). VARRO frg. Non. p. 108, 22 quid ... -um. CIC. nat. deor. 2, 124 *avem* eligere ex his (*sc. conchis*) quae sunt -a. COLVM. 11, 3, 50 si -ae merci praeparabis *cucurbitas* (*cf.* ARNOB. nat. 1, 2 p. 4, 26 frugibus). PLIN. nat. 8, 219 innocua et -a animalia (TERT. cult. fem. 2, 9 p. 727 Oe. vino et a. -is [*A*; exolentes, exulantes *rell.*]). 10, 28 MART. 7, 20, 18. TERT. apol. 9, 13 *v. p. 701, 61.* DON. Ter. Ad. 552 p. 115, 3 rebus -is (esculandis *V*) et poculentis (posc- *C*, poculandis *V. cf. l. 74 sqq.*).

b *spectantur tam cibi largi quam delicatiores et exquisiti* (*primitus per comparat., posit. l. 57*): TERT. ieiun. 5 p. 279, 27 *Iudaeis* ingratis gratiora et -iora quaeque detracta sunt (*cf. p. 854, 37 sqq.*). HIER. epist. 22, 11, 1 non posse a vino et -ioribus cibis abstinere ([PS. HIER. epist. 18, 3 p. 185[C]]. CASSIAN. inst. 5, 7 p. 86, 22 -iores cibi ... castitatis non adimunt puritatem *eqs.*). 5, 23, 1 p. 101, 1. HIER. adv. Iovin. 2, 6 p. 294[A] si ... parvulus es (*sc. in Christo, cf. I Cor. 3, 1*) et cocorum iura te delectant, nemo rapit faucibus tuis -as (*v. l. 51*) dapes.

2 *praevalet notio plenitatis et multitudinis* (*cf.* vinolentus, suculentus, potulentus *sim.*): **a** *ciborum, conviviorum nimietas et luxuria respici videtur*: CIC. Phil. 2, 63 vomens frustis -is vinum redolentibus gremium suum et totum tribunal implevit (SIDON. epist. 3, 13, 6 -a ructatio de dapibus hesternis). SIDON. carm. 9, 110 nec -am fletus pingimus ad dapem Thyestae (*cf. Mohr, praef. ed. p. XLV*).

b *fere i. q. cibis refertus, edax*: PLIN. nat. 8, 90 *crocodilum* saturum cibo piscium et semper -o ore ... parva avis ... invitat ad hiandum pabuli sui gratia. SIDON. epist. 4, 7, 2 cum apud crudos caeparumque crapulis -os hic agat Vulgas (*cf. Engelbrecht, Wien. Stud. 20, 303*). epist. 6, 1, 5 quis -us abstemium competenter arguerit. carm. 12, 6 quod Burgundio cantat -us.

B *subst.*: **1** *fem.: i. q. mensa escaria* (*cf.* VARRO ling. 5, 118 *p. 856, 29 sq.*): VARRO frg. Char. gramm. p. 73, 5 B. *v. p. 124, 32 sqq.*

2 *neutr.*: **a** *fere i. q. cibus* (*plur. praeter l. 78. 79 [collect.]; cf.* edulia): CIC. nat. deor. 2, 141 in ea parte oris, qua -is et poscu-lentis iter natura patefecit (PAVL. FEST. p. 253 omnia -a, poscu-lenta. *cf.* GELL. 17, 11, 2 [*verba Erasistrati; item* MACR. Sat. 7, 15, 4] -a omnia et poculenta [pot- *NQ*]. APVL. Plat. 1, 15. MOD. dig. 1, 18, 18 -um potulentumve). COLVM. 9, 14, 3 *al.* PLIN. nat. 11, 278 grano Assyrii mali ... in -a addito (*cf.* 12, 16). 18, 365 vasa quibus -um additur. *al.* FRONTIN. strat. 2, 5, 14. VLP. dig. 33, 9, 3, 3 -a (*om. F*[1]). TERT. resurr. 1 p. 25, 7 *vulgus* defunctis parentat, et quidem impensissimo officio, pro moribus eorum, pro temporibus -orum (*l. v.* sepultorum). **b** *i. q. vas escarium* (*cf. p. 856, 40*): PLIN. nat. 34, 7 vasa ... Corinthia, quae isti elegantiores modo ad -a transferunt, modo in lucernas aut trulleos. 35, 160 Samia etiam nunc in -is (siculentis *R*) laudantur. 36, 159 vasa ... ad -orum (-os *B*) usus. *Mehmel.*

[**ēsculētum** *v.* aesculetum (*cf. vol. I 1082, 51; ubi addas* SCHOL. Hor. carm. 2, 9, 7 pineta et esculeta). **ēsculus** *v.* aesculus. *scribitur* esc- (*cf. vol. I 1082, 51 et infra l. 78*): VERS. inc. Mar. Victorin. gramm. VI 97, 8 acuta falce si virentes -os. PS. APVL. herb. 77, 6 H.-S. ISID. orig. 17, 7, 28.]

esculat *sim. v.* excolo. [**escylu** (*i.* efc-) *v.* euchylus.]

ēseco, ēsectio *v.* exse-. **eser** *v. Onom.*

✖**ēsibilis,** -e. *ab* ēsus (edere), *cf.* edibilis. *i. q. ad edendum aptus* (*saepius in alleg.*): HESYCH. in lev. 6, 21 p. 852[A] dominicam carnem -em hominibus reddidit. 6, 30 p. 856[C] *hostia* non est -is hominibus, sed igne consumitur. 7, 23 p. 866[C] *boum sim.* carnes mundas et -es (*opp.* comedi ... vetuit). 19, 23 p. 1034[A] cur ... triennio fructum eis omnis ligni non esse -em dicebat? (*cf. ibid.* p. 1035[A] legis. p. 1035[B] testamenti veteris). *ibid.* p. 1034[C] lignum. *al.*

2 *non localiter, sc. cogitatione, mente sim.* (*dicitur tam de homine quam de eius animo, affectibus sim.* [*v. l. 48 sqq.*]): **a** *in universum*: SEN. dial. 7, 4, 3 licet, si -ari velis, idem in aliam ... faciem ... transferre (*antea*: finitio summi boni alias diffundi potest et exporrigi, alias colligi et in se cogi). epist. 88, 3 grammaticus circa curam sermonis versatur et, si latius -ari vult, circa historias, iam ut longissime fines suos proferat, circa carmina. 117, 19 si quid -ari libet, amplos habet illa (*sc. sapientia*) ... secessus (*sim.* PS. VARRO sent. 79). MIN. FEL. 5, 6 ultra humilitatis nostrae terminos -amur (*cf. Hor. carm. 1, 22, 11* vagor). HIL. trin. 9, 42 p. 315[A] ne quo licentia liberae intelligentiae -eris (*cf.* PS. PROSP. vocat. gent. 1, 12 p. 664[B] ne in diversum intellectum nostro -emus [*v. p. 992, 67*] arbitrio). RVFIN. Orig. in exod. 12, 2 p. 263, 18 B. qui ... vultu atque oculis intentus, corde tamen et cogitationibus -atur, aversus est (*cf.* in num. 11, 9 p. 93, 2 [*ibid.* evolet]. hist. mon. 1 p. 396[B] [*opp.*: corpore stare]). AVG. bapt. 3, 14, 19 quis ... homo non per phantasmata sui cordis -etur? BOETH. c. Eut. 5, 2 *Eutyches* cum a veterum orbitis esset -tus, in contrarium cucurrit errorem. *et al.* *de mente sim.*: ARNOB. nat. 2, 44 perpessus est *deus* -andi ... *animas* habere ius liberum ([*antea*: abscedere]. AVG. gen. ad litt. 10, 25 p. 329, 10 *anima* cum iacentibus ... uno loco membris corporis sui ipsa per varias imagines -atur [OP. imperf. in Matth. 13 p. 708[init.] per vanas cogitationes]). LACT. inst. 7, 2, 8 mens hominis ... ⌊neque liberius -ari⌋ (⌊ ⌋ *om. P*) neque clarius perspicere veritatem potest. PROSP. in psalm. 100, 2 p. 277[C] *conscientia* in appetitus non -atur alienos. GREG. M. moral. 26, 61 p. 385[D] cum per pravas cogitationes spargitur, a nobis cor nostrum longius -atur. *et al.*

b *speciatim de oratore, scriptore (de sermone l. 66, de pagina l. 78) fere i. q. a proposito decedere* (*vi praep. abolita fere i. q. decurrere: v. e. g. l. 66. al.*): VAL. MAX. 9, 12 pr. ne longius -er (-are A^1, -ari A^2), eorum mentionem faciam *eqs.* (HIER. hom. Orig. in Luc. 35 p. 294[C]. *cf.* LACT. inst. 5, 4, 8 longius quam volebam. HIER. epist. 53, 6, 1 [vagari *P*]. *al.*). COLVM. 2, 2, 2 per species, quae sunt innumerabiles ([*ibid.* ingredi per genera]. 3, 12, 1. TERT. nat. 2, 12, 38 p. 120, 21 per singulos. adv. Prax. 28 p. 285, 3 per omnia. AVG. c. Petil. 3, 33, 38 p. 192, 26 per nostras contumelias inaniter. EVSTATH. Bas. hex. 7, 6 p. 944[C] *sermo* per creaturae tramites latius -atur [*gr. p. 164*[4] *τρέχοντος τοῦ λόγου διὰ τῆς κτίσεως*]. *al. cf.* TERT. patient. 11 p. 16, 24 post has principales ... materias ... regestas quid inter ceteras -emur? HIER. c. Ioh. 9 p. 362[C] in laudes ceteras -aris. AVG. c. Gaud. 2, 13, 14 p. 274, 6 in supervacaneis). QVINT. inst. 2, 4, 32. 3, 6, 3 ne *iudices* Demostheni permittant -ari, sed *eqs.* 3, 11, 25. TERT. apol. 19, 8 diutius (MAXIMIN. c. Ambr. 10). adv. Marc. 1, 9 p. 301, 6. SYMM. or. 3, 9 si mihi ... altius -ari poetico liceret eloquio *eqs.* AMM. 27, 3, 7 CLAVD. DON. Aen. prooem. p. 4, 17 *al.* AMBR. in psalm. 36, 38 p. 101, 7 prolixius (*cf.* RVFIN. Orig. in num. 11, 4 p. 85, 23 B.). HIER. in Is. lib. 5 praef. p. 154[C] liberis allegoriae spatiis (*cf.* 18, 2 p. 179[B]. in Hab. 1, 6 p. 1281[D] historia stricta est et -andi non habet facultatem). PAVL. PELL. 587 *pagina* spatiis prolixior amplis -ta diu claudi se iam prope poscat. *et al.*

B *quasi vagando certos fines vel certum modum excedere* (*fere i. q. licentius agere e. g. infra l. 84*): **1** *transitive: i. q. transgredi*: HOR. carm. 4, 15, 10 ordinem rectum -anti (Ⓘ *π Porph.*, et vaganti [*deest* δ^1] Ⓘⓘ) frena licentiae iniecit. **2** *intransitive*: SPART. Hadr. 3, 9 procuratores latius -antes coercuit. SYMM. rel. 31, 3 *v. infra l. 13.* AMM. 16, 7, 2 Iulianum ut procacem insimulat, iamque ad -andum altius validiores sibi pinnas aptare. 28, 1, 10 (*proverb.*) supra plantam, ut dicitur, -tus tartareus cognitor (*i. 'supra sibi datam potestatem'; v. Otto, Sprichw. s. v.* crepida). AVG. doctr. christ. 3, 19, 28 p. 76[med.] qui effrenata libidine, vel per multa stupra diffluentes -antur, vel in ipsa una coniuge ... excedunt ad liberorum procreationem pertinentem modum.

C *significantius c. notione effugiendi, evadendi*: IORD. Get. 118 quamvis velocitas eorum (*sc. Elurorum*) ab aliis crebro bellantibus -ret (*plerique codd.* [*v. p. 992, 66*], -retur *A*, evacuaret [-retur *B*] *O*), Gothorum tamen stabilitate (-i *l. v.*) subiacuit et tarditati (*i. 'quamvis velocitas alios ... bellantes effugeret'*). *transl. de reo se iudici subducente*: SYMM. rel. 31, 3 quaeso ... ut ... -ari ulterius frustratorem tot iudicum non sinatis (*an ad B?; v. p. 993, 84*).

II *vi vagandi abolita fere i. q. latius se pandendo extendi, diffundi*: **A** *de variis rebus naturae*: SEN. nat. 3, 11, 4 fluminum ... vis ex intimo manat ultraque concipitur quam radicibus (*sc. arborum*) -ari licet (*cf. de herbis*: COLVM. 4, 19, 2 laetitia vitium patitur se [partitur se (sed *vel* sic *R*) *codd.*; patitur *edd.*] celsius -ari [*R*, evaciri *SA*, evocari *edd.*]. 5, 6, 25 vitis praevalens in luxuriam -atur. PLIN. nat. 19, 163 *capparis* alias -atur [*d*, alia sevatur *GF*, alia servatur *E*] per agros). PLIN. nat. 10, 94 molem ... nidorum -anti Nilo ... opponunt (18, 167. *cf.* 13, 71. AMM. 18, 7, 9 Euphraten ... late fusis gurgitibus -ari *cognoscunt.* 24, 1, 11 amne repente extra margines -to. 24, 3, 10. *in imag.*: STAT. silv. 2, 7, 12 docti largius -entur amnes [*fere i. q. fluant*]). SEV. Vlp. coll. Mos. 12, 7, 6 propter ignem, ⟨qui⟩ .. -tus agrum tuum ... depopulatus est (VLP. coll. Mos. 12, 7, 4. 7 [= dig. 9, 2, 27, 9]. PAVL. dig. 9, 2, 30, 3). CHALC. comm. 239 p. 274, 21 angulus acutus, si ... inmutata qualitate positionis erit acutior et procerior factus, longius -tus cuncta quae retro nos sunt in speculo videri facit.

B *de rebus incorporeis*: ACC. trag. 643 nobilitas late (lata *codd.*) ex stirpe praeclara -at (*v. p. 992, 66*). CIC. off. 1, 102 appetitus longius -antur et tamquam exultantes ... non satis a ratione retinentur (*cf. de vitiis*: VELL. 2, 3, 4 exempla *mala*, ... quamlibet in tenuem recepta tramitem latissime -andi sibi viam faciunt [SEN. benef. 3, 16, 4 horum delictorum iam evanuit pudor, postquam res latius -ta est. AMM. 30, 4, 1 potentium tumor. COD. Theod. 9, 1, 12; *ca. a. 374* periclitantium furor]. LACT. inst. 6, 16, 9 libido ... extra legitimum torum). SEN. contr. 7 praef. 1 illa intempestiva in declamationibus eius philosophia sine modo tunc et sine fine -batur.

structurae: additur unde: inde: *p. 993, 15.* ab: *p. 993, 16. al.* de: *p. 993, 23.* ex: *l. 32. ubi*: per: *p. 993, 62. saepe.* inter: *p. 993, 68.* in *c. abl.: p. 993, 70. quo*: in *c. acc.: l. 20. p. 993, 69. al.* ultra: *p. 993, 39.* extra: *l. 38. al.* quo: *p. 993, 40.* supra: *l. 3.* ad: *p. 993, 3. deriv.*: evagatio (*cf.* 1. evaginatio).

[**?evala.** GARG. MART. cur. boum 14 (*in incantam.*) si tuber, si panus -a subula neceris nec radices agas. *ad* evallare (*i.* evalla *sc. te*) *refert Heim, incant. mag. p. 493; cf. p. 995, 45.*]

ēvaleo, (-uī), -ēre. *ad perf.* -ui *i. 'potui' (v. p. 995, 16) retrograde formatum, ut vid.; cf. Norden, Die germ. Urgesch. in Tac. Germ. p. 319, 1. i. q. valere, posse* (*syn.* queant *l. 54*): VINCENT. LER. 5, 7 quis ille tam demens est, qui eos (*sc. martyres et confessores*), etsi adsequi non -eat, non exoptet sequi? SEDVL. epist. 2 p. 173, 1 spatia divinae legis inmensa ... nullis terminari sensibus queant, nullis explicari linguis -eant (/// eva- [s *eras.*] *P*, /// va- *H*). PRISC. periheg. 146 *colles* gurgite tanto distantes quantum ternis transire diebus -eat navis (*gr. 155 ἐοῦσαι ... ὅσον ὀλκὰς ἐπὶ τρίτον ἦμαρ ἀνύσσαι*).

ēvalēsco, -uī, -ere. *ab* ex *et* valescere *vel* valere. *nonnumquam dubites, utrum perf. ad inchoat. an ad* evaleo *(v. supra l. 49) pertineat (cf. e. g. p. 995, 29). legitur inde a* VERG. (*v. p. 995, 18*). **I** *i. q. vigescere, validum esse*: **A** *proprie*: **1** *de uiventibus (saepius fere i. q. crescere): de herbis sim.*: PLIN. nat. 15, 121 *myrtus plebeia* postquam -uit flavescente patriciā. 16, 125 ramorum aliqui caeci, qui non germinant; quod natura fit, si non -uere (*cf. Theophr. hist. plant. 1, 8, 4 ὅταν ... μὴ λυθῇ καὶ ἐκβιάζηται sc. ὁ βλαστός*). 17, 116 cum -uissent flagella (*d*, -elli *rell.*) pedes binos. DON. vita Verg. p. 2, 17 Br. virga populea ... ita brevi -uit (*v. adn. crit.*), ut multo ante satas populos adaequavisset. *de bestia*: SOL. 32, 22 *crocodilus* plerumque ad viginti ulnas magnitudinis -it. *de hominibus fere i. q. a morbo recreari, firmiorem fieri* (*cf.* convalesco): ITALA Hebr. 11, 34 (Ambr. parad. 3, 21 p. 278, 17) -erunt de infirmitate ([conva-, p̃ua-, va- *ll. vv.*]. *ἐδυναμώθησαν*, VVLG. convaluerunt). **2** *de litterae sono*: QVINT. inst. 1, 11, 5 cum c ac similiter g non -erunt (va- *BP*), in t ac d molliuntur (g *et* t *transpos. Baiter*).

B *translate*: **1** *servata notione vigescendi* (*crescendi*): **a** *de rebus incorporeis*: *α ponitur nude*: SEN. dial. 4, 9, 1 adeo ... nequitia ... in omnium pectoribus -uit, ut innocentia ... nulla sit (*cf.* QVINT. inst. 10, 2, 10 tantam ... difficultatem habet similitudo, ut ne ipsa quidem natura in hoc ita -uerit, ut non res ... discrimine aliquo discernantur. *cf. p. 995, 3*). epist. 94, 31 *indoles naturalis* adiuta praeceptis -it (*cf.* QVINT. inst. 2, 8, 5 in eo, quo quisque eminet, provehatur, quod ... adiuta cura natura magis -at). *de usu dicendi, sententia sim. fere i. q. in consuetudinem venire, per-*

[Burckhardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vincere (*v. l. 5*): QVINT. inst. 1, 5, 57 plurima Gallica *verba* -uerunt, ut 'raeda' *eqs.* 8, 6, 32. 9, 3, 13 iam -uit 'rebus agentibus'. TAC. Germ. 2 ita nationis nomen, non gentis, -uisse paulatim, ut omnes ... Germani vocarentur (*cf. Norden, Die germ. Urgesch. in Tac. Germ. p. 314, 1. 318 sq., qui vocabulum 'ἐχνιχᾶν' in Graecis respondere contendit*). VLP. dig. 8, 5, 6, 2 Gallus putat *eqs.* sed -uit Servi sententia. **β** *acced.* ad, in (*c. acc.*) *fere i. q. crescere, intendi in aliquam rem*: TAC. hist. 1, 80 tempus in suspicionem, causa in crimen, affectatio quietis in tumultum -uit. ann. 14, 58 multa secutura, quae ad usque bellum -rent. **b** *de hominibus fere i. q. ad vim et potestatem pervenire*: TAC. Germ. 28 ut quaeque gens -uerat. CYPR. GALL. iud. 153 multos Iudaea per annos -uit nullique fuit obnoxia fraudi. CASSIOD. var. 5, 3, 3 tali ... omine (*sc. nominis sui*) Decoratus -uit: -uit, inquam, ac se honoribus palatinis ... immiscuit (*cf. de eodem* 5, 4, 6 qui nascendi ordine primus -uit).

2 *notione debilitata (nonnisi perf.; cf. p. 994, 49) i. q. posse* (*pro obi. est infinit. l. 18. 19. 20 al., acc. l. 25*): VERG. Aen. 7, 757 sed non ... medicari cuspidis ictum -uit. HOR. epist. 2, 1, 201 quae pervincere voces -uere sonum, referunt quem nostra theatra? LVCAN. 1, 505. 4, 84 *nives*, quas numquam solvere Titan -uit. STAT. Theb. 6, 877 silv. 5, 79 CLAVD. 28, 81. 303 rapt. Pros. 3, 92. AVG. conf. 7, 17, 23 aciem figere non -ui (va- *l. v.*). c. Faust. 32, 38 p. 632, 14 *ecclesiam* correptioni suae subdere ... non -uit (*spiritaliter explicatur Vulg. gen. 20, 1 sqq. cf.* CYPR. GALL. gen. 686 [va- *G*]). catech. rud. 2, 3 quod ubi minus ... -ero, contristor. civ. 3, 15 p. 118, 27 D. epist. 149, 2 p. 349, 8 (va- *HM* [eva- m^1]). PS. PROSP. carm. de prov. 38 CYPR. GALL. num. 415.

II *i. q. valere, pretium habere*: MACR. Sat. 3, 17, 17 cum ... margarita centies sestertium sine contentione -uisset (*an ad* evaleo*?*, *v. p. 994, 59*).

ēvalidus, -a, -um. *ab* ex *et* validus. *compar. l. 35. i. q. validus*: CIC. Arat. 154 haec (*sc. Vincla*) una stella nectuntur, quam iacit ex se Pistricis spina -a (spinae valida *DH, corr. Grotius*) cum luce refulgens ([*ex Arat. 366. cf. 244*]; *opp. 155* tenui cum lumine). *dub.*: PLIN. nat. 18, 104 sicut -iora esse corpora, quae fermentato pane alantur (*v. adn. crit.*).

1. ēvallo, -āvī, -āre. [*ab* ex *et* vallum. *W.* (*cf. Thurneysen, IF 39, 1921, 200*).] NON. p. 102, 1 -aro (*Mercerus*; -are, -ere *trad.*; evallavero *Quich.*) dictum excludam et quasi extra vallum mittam (*seq. exempla infra allata*). GLOSS. eicere. [*portug.* aballar. *M.-L.*] *i. q. expellere*: TITIN. com. 77 quia (*Lipsius*, qua *codd.*, quam *Bothe*) ego hodie extorrem hanc (hac *Bothe*) domo faciam pilatricem ⌊palli, -vero⌋ (⌊ ⌋ *Lipsius*, paliae vallavit o *codd.*, pallae -vero *Buecheler; at v. Leo, Plautin. Forsch.*^{2} *354, 2. alii al.*) pulchre. VARRO Men. 109 donec foras nos intus -vĕrunt. *cf. et p. 994, 46.*

2. ēvallo, -ere. [*ab* ex *et* vallus. *cf.* evannere. *W.* (*v. Thurneysen, IF 39, 1921, 200*).] *i. q. vannendo purgare, vanno agitanda excernere* (*de re v. Blümner, Röm. Privataltert. p. 571, ubi perperam* evallare): PLIN. nat. 18, 98 triticum ante perfundi aqua multa iubet, postea ⌊-i, dein⌋ (⌊ ⌋ *DGF*^{1}, evelli dein *F*^{2}*E*, validae in *P*, -de in *dT*) sole siccatum ⟨in⟩ pila repeti. 18, 99 ipsa ..., quae -untur (*Gelen.*, valluntu // *P*, evaliuntur *rell.*), variam pistrinarum (*v. adn. crit.*) rationem habent.

[*?* **evam:** CORP. I^2 1, 6. *v. varia interpretamenta ad l.; Leifer u. Goldmann, Foruminschrift, Klio Beih. 17, N. F. 14, 1932, p. 53, 1. 84, 4.*]

euanadotus, (-a, -um), *εὐανάδοτος. i. q. bene, facile per corpus divisibilis* (*sc. digestione; cf. syn.* digestibilis *l. 59, opp. l. 60*): PHILVM. med. 3 p. 141, 15 cibi ... his ministrandi sunt ..., qui styptici et bene satis sunt digestibiles et -i ([even-, -oditi *al. trad.*]. ALEX. TRALL. 3, 39 non tantum ... cibos dare bene digestibiles, sed bene coctos et -os [*gr. 1 p. 345, 2 P. εὐαναδότους*]). *Burckhardt.*

***ēvānēsco,** -uī, -itūrus, -ere. *ab* ex *et* vanus. *part. fut.* -iturus: LACT. inst. 5, 4, 8. NOT. Tir. 74, 58 -uit. 74, 59 -it. *de notione*: GREG. M. moral. 10, 20 p. 932^C vana ... agimus quotiens transitoria cogitamus. unde et -ere dicitur quod repente ab intuentium oculis aufertur. GLOSS.^{L} I Ansil. EV 15 -uit sensim se subtraxit. 16 elanguit, subtractus est. II Philox. EV 1 -it: *ματαιοῦται.* 2 *κενοῦται, ἀφανίζει* (*cf.* GLOSS. -o *ἐκκενοῦμαι. κενῶ*). *legitur inde a* TER., VARRONE; *deest e. g.* CAES., HOR.; TAC. *substituit* vanescere *praeter* hist. 2, 32 (*p. 996, 45; cf. Steele, AJPh. 17, 1896, 52*). [*it.* svanire, *francog.* évanouir, *port.* esvahir. *M.-L.*] [*variat in codd. c.* vanesco: AVG. conf. 9, 4, 10 volentes ... gaudere forinsecus facile vanescunt (*codd. praeter πσ*: -unt). *v. et p. 996, 12.*]

A *i. q. in nihilum redigi (incipere), e conspectu abire, non comparere, ἀφανίζεσθαι* (*plerumque c. notione q. e.* '*paulatim*', '*sensim*', *e. g. p. 996, 22* [*cf. supra l. 66; van der Vliet, Mnemos. N. S. 22, 1894, 284*]): **1** *notione sensili, i. q. non iam cerni vel alio sensu percipi*: **a** *de rebus* (*in imag. p. 996, 10*): VARRO rust. 2, 4, 6 pruina -uit ac conliquefacta est glacies. CIC. rep. 5, 2 picturam ... -entem vetustate. LVCR. 2, 828 -ere paulatim stinguique colorem. 3, 221 Bacchi cum flos -uit (*syn.* diffugit in auras). OV. met. 2, 117 vidit cornua ... velut -ere lunae. 6, 47 notavit ora rubor rursusque -uit (13, 888). VITR. 7, 3, 9 tectoria. GERM. 386 tenuis ... iam paene -uit ardor. SEN. nat. 1, 2, 8 coronae cum dilapsae sunt ... et in semet ipsae -uerunt. epist. 79, 2 ignis. 86, 13 ne -at in corpore *unguentum*. PLIN. nat. 7, 32 momento. 9, 162. 13, 7 odor (*syn.* defluit). 17, 14 animam terrae -entem exhalatione. 28, 144. 37, 125 fulgor. TERT. adv. Marc. 3, 24 p. 420, 2. SER. SAMM. 490 *ovorum* testa ... -at aceto. ARNOB. nat. 2, 12 p. 57, 10. MAR. VICTORIN. ad Iust. 13 p. 1007^A *umbra* -it ac deperit. AMM. 23, 6, 16. 25, 2, 4 HIER. epist. 1, 2, 1. AVG. c. Parm. 1, 2, 3 fumus ... -at in ventos (serm. 22, 8, 8 [*syn.* disperit]. *al. cf. infra l. 12*). SVLP. SEV. Mart. 23, 10. MACR. Sat. 7, 4, 23 per occultos meatus (7, 6, 18). somn. 1, 3, 5. INSCR. christ. Diehl 1232, 8 nitor. *in imag.*: AVG. civ. 4, 5 p. 151, 26 D. *beneficium* vice vaporis (serm. 40, 5, 7). c. Faust. 2, 3 p. 256, 19 mendacia tamquam fumus ([*syn.* deficiunt]. SVLP. SEV. Mart. 24, 8. PASS. Petr. 12 [vanescerent *f*]. *cf. supra l. 7*). VAL. CEM. hom. 4, 3 p. 703^C otiosis dei auribus hominum preces -unt. *al.* **b** *de animantibus* (*cf. Bonnet, Le Latin de Grég. de Tours p. 254, 8*): VERG. Aen. 4, 278 *Cyllenius* in tenuem ex oculis (*cf. l. 19*) -uit auram (9, 655 OV. fast. 2, 509. *cf.* met. 14, 432 in ... leves paulatim -uit auras. SIL. 8, 184 SEDVL. carm. pasch. 4, 89). FLOR. epit. 3, 3, 18. 4, 7, 8 *imago* sub oculis mirantis -uit (*cf.* ex o.: HIER. vita Pauli 7 p. 23^A VVLG. iud. 6, 21. Luc. 24, 31 [*ἄφαντος ἐγένετο. cf. l. 25*]. PASS. Paul. 19 [ab *l. v.*]. *al. cf. l. 16*). APVL. met. 5, 6 de manibus. MIN. FEL. 27, 7 *daemones adiurati* vel exiliunt statim vel -unt gradatim. IVL. VAL. 3, 15 p. 124, 27 e ... [in]conspectu (*secl. Volkmann. cf.* p. 125, 7 de c. [SVLP. SEV. Mart. 6, 2]). AMM. 15, 7, 5 *al.* COD. Iust. 6, 51, 1, 10^d aliquis *heres*. PALLAD. hist. mon. I 11 p. 288^C (*gr. p. 76, 19 γέγονεν ἄφαντος. cf. l. 20*).

2 *sensu magis abstracto, fere i. q. perire, minui, decrescere* (*saepe i. q. abolescere, oblivione obrui, e. g. l. 29 sqq.; fere i. q. irritum reddi l. 46. 49 sqq.*): **a** *generatim*: TER. Hec. 13 novas ... exactas feci ut inveterascerent, ne cum poeta scriptura (*aliter infra l. 68*) -ret. VARRO ling. 7, 31 verbum. CIC. de orat. 2, 95 eorum memoria sensim obscurata est et -uit (SEN. benef. 1, 12, 1). Brut. 106 orationes. 323 Hortensius. leg. 2, 24 animi labes ... diuturnitate. 2, 33 ars augurum ... vetustate et neglegentia. Tusc. 5, 85 *sententia*. div. 1, 38 potest ... vis illa ... -uisse vetustate, ut quosdam -uisse et exaruisse amnes ... videmus (2, 117 [*cf. infra l. 75*]. LVCR. 5, 625 vires *solis* [*syn.* imminui]. SCRIB. LARG. 269). CIC. div. 2, 118 (*syn.* extinctum esse). Att. 3, 10, 1. 3, 13, 3 spem (*syn.* extenuari). BRVT. (*?*) Cic. ad Brut. 1, 16, 11 praeterita. LVCR. 5, 535 paulatim (*syn.* decrescere). OV. met. 14, 356 herbarum virtus (VAL. MAX. 8, 8 pr. *otio* [*opp.* recreatur]). Ib. 133 dolor ... spatio (*cf.* QVINT. inst. 6, 1, 28). LIV. 28, 25, 1 rumor (44, 31, 12). 33, 8, 5 fama. 44, 41, 4 nova commenta ... sine ullo effectu (*cf. infra l. 67*) -unt. 45, 1, 4 gaudium. SEN. benef. 3, 16, 4 pudor. dial. 3, 8, 6 ira (*syn.* decedit). 5, 12, 4. nat. 1, 2, 2 impetus. 7, 15, 1 paulatim. QVINT. inst. 1, 7, 6. 12, 10, 75 (*syn.* emoriuntur). TAC. hist. 2, 32 multa bella impetu valida per taedia et moras -uisse (*v. supra l. 28*). TERT. nat. 1, 10 p. 78, 6 deierandi periculum. ARNOB. nat. 7, 43 p. 276, 26 statim morbus -uit. LACT. inst. 7, 12, 12 p. 621, 2 si visus -uit, si lingua torpuit, si auditus obsurduit. FIRM. err. 20, 7. AMM. 22, 6, 4 propositum. 26, 4, 4 hoc -uit facile. 26, 8, 9 missilium ictus. 27, 12, 18 legatio. 30, 1, 12. MAXIMIN. c. Ambr. 97 p. 82, 26 factio. RVFIN. Orig. in cant. 3 (4) p. 225, 26 B. vitia ... in semetipsa resoluta -unt atque in nihilum rediguntur. hist. 4, 7, 13 sectis ... -entibus (*ὑποῤῥευσῶν*). 5, 1, 27 tyrannica -uere supplicia (*καταργηθέντων*). PS. RVFIN. in Am. 5, 25—27 p. 1084^B ultio. AVG. c. Parm. 3, 1, 3 p. 104, 2. epist. 130, 20 p. 62, 11 ne ... per productas moras -at atque hebetetur intentio (GREG. M. moral. 13, 29 p. 1031^A foras). conf. 2, 1, 1 colligens me a dispersione, in qua ... discissus sum, dum ab uno te aversus in multa -ui. CONSVLT. Zacch. 1, 13 p. 17, 6 M. VAL. CEM. hom. 20, 10 p. 756^B. SALVIAN. eccl. 4, 9 (*syn.* solvantur, intereant). FAVST. REI. epist. 3 p. 176, 25 (*syn.* pereuntibus, *opp.* perdurat). **b** *speciatim apud Ictos, i. q. valere desinere, infirmari, solvi* (*v. V. i. R.; Ind. cod. Iust.*): GAIVS dig. 39, 4, 5 actio ([*opp.* duret]. *al.*). inst. 2, 244 legatum (*al.*). 3, 159 mandatum. MARCELL. dig. 45, 1, 98 stipulatio (COD. Iust. 5, 13, 1, 1^a [*opp.* adiuvari]. *al.*). VLP. dig. 28, 6, 2 testamentum ([*syn.* ruptum sit]. *al.*). 30, 93 fideicommissum (*al.*). EPIST. imp. Constant. Migne 13 p. 566^B id quod fuerit usurpatum, irrito -et effectu (*cf. supra l. 42*). COD. Theod. 2, 24, 1 (*a. 321*) scripturae (COD. Iust. 9, 22, 17 [*a. 294*]; *aliter supra l. 29*). COD. Iust. 1, 3, 24 (*a. 455; opp.* ratum firmumque consistat). 3, 31, 12, 2^a libertates (*opp.* effectum habeant). INST. Iust. 3, 8, 2 adsignatio. *et al.*

B *i. q. inanem et vacuum fieri (incipere), propriam vim et quasi florem amittere, corripi*: **1** *proprie de rebus naturae* (*vino, condimentis sim.*): CIC. div. 2, 117 de vino et salsamento putes loqui, quae -unt vetustate (*cf. supra l. 34*). SEN. nat. 3, 24, 1 aquae *fervidae*. LVCAN. 10, 166 quod nondum -uit aura cinnamon externae nec perdidit aera terrae (*v. Housman ad l.*). PLIN. nat. 13, 26 *fructus palmae*. 18, 150 *granum avenae* adflatu noxio cassum et inane in spica -it quodam abortu. 18, 196 semen. 19, 103 *cepae* caulem emittunt ... ipsaeque -unt (19, 115). 25, 31 *panaces*. 28, 158 lac asininum. VVLG. Matth. 5, 13 si sal -uerit ([*μωρανθῇ*]. Luc. 14, 34. *cf. Roensch, Coll. phil. p. 94; Sem. Beitr. III p. 35*). **2** *fere in imag. de homine (ingenio p. 997, 1; sententia p. 997, 2), i. q. marcescere, infirmum vel insipientem fieri*: LIV. 2, 48, 3 nimia glo-

[Rehm]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ria luxuriare et -ere vividum quondam illud Caesonis ingenium. SEN. contr. 9, 2 (25), 24 in tam mollem compositionem sententia. MIN. FEL. 39, 1 magnitudine admirationis -ui. COMM. apol. 527 infatuant stultos magis -ere dictis (*i. ut -ant; cf. p. 1001, 31*). COMMENT. Lucan. 8, 570 vis ... erat ... circa sensus omnium, ut quamquam intellegerent mortem Pompei omnes, tamen -rent nec retinerent. VVLG. Rom. 1, 21 -uerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum ([ἐματαιώθησαν]. AVG. vera relig. 10, 19 *al.* PALLAD. hist. mon. I 36 p. 324[C]. *cf.* PELAG. in Rom. 1, 21 p. 15, 1 S. -uerunt a naturali sapore). AVG. c. Parm. 3, 5, 7 p. 134, 10 typho superbiae. trin. 1, 1, 2 p. 821[init.] perniciosius et inanius -unt, qui *eqs.* serm. 199, 1, 2 gen. ad litt. 1, 20 p. 30, 13. TAB. devot. Audollent 250[b], 6 in omni certamine -at ruat.

indicatur causa -endi: abl.: p. 996, 3. 4. 33; vetustate: *p. 995, 80. 996, 33 sq. 75; cf. p. 996, 32. 40.* per: *p. 996, 45. 55. accedunt praepos.:* ab: *l. 9; cf. p. 996, 20.* de: *p. 996, 21. 23.* ex: *p. 996, 19. 23.* per: *p. 996, 8.* in: *supra l. 2. p. 995, 84. 996, 7. 58. al. adverbia:* paulatim: *p. 995, 80. 996, 17. 38. 44; cf.* gradatim: *p. 996, 22*; sensim: *p. 996, 31.* statim: *p. 996, 47; cf.* subito: PASS. Andr. long. 7; momento: *p. 996, 2.* foras: *p. 996, 57. alia: p. 996, 49. 997, 11.* *Rehm.*

euangelia, -ae *f. v. s.* euangelium *p. 998, 36.*

NOT. Tir. **119**, 48 **euangelicat** (*i.* '*euangelizat*'. *cf. p. 999, 75*).

euangelicē *v.* euangelicus *p. 998, 1.*

euangelicus, -a, -um, εὐαγγελικός. *de scriptura:* euu- PRISCILL. *et passim in varr. codd. cf. p. 998, 5 et p. 998, 38. pro subst.: v. infra l. 72 sqq. ap. poetas* (eu-, *in longa sc. syll.*): *v. l. 58. 71. adv.* -ē: *v. p. 998, 1.* [*l. v.:* RVFIN. Orig. in Ios. 7, 6 p. 333, 3 B. (-lium *falso P*). *sim. al. perperam pro* euangelium: CYPR. eleem. 15 p. 384, 23 *G.*]

1 *ad doctrinam christianam pertinens: i. q. christianus* (*inde audacius fere i. q. ecclesiasticus* [*v. infra l. 43*] *vel catholicus* [*v. infra l. 46*]): TERT. adv. Marc. 3, 22 p. 415, 8 cum legis (*opp.*) obligamenta et onera -ā iam libertate mutarent. 5, 20 p. 647, 16 praedicationem -am *interpretari* (CYPR. epist. 73, 22 p. 795, 16 praedicationis -ae veritatem. CONC. Araus. a. 529 p. 48, 12 salutari id est -ae p. consentire. *al.*). PS. TERT. haer. 8 p. 225, 4 gratia (*al.*). CYPR. epist. 58, 7 p. 662, 19 -is exhortationibus. HIL. coll. antiar. p. 142, 14 turbare -am veritatem (*al.*). in Matth. 10, 17 p. 972[C] profundum doctrinae -ae secretum. 12, 4 p. 985[C] -a fides (*al.*). AVG. epist. 36, 10, 24 p. 53, 22 milites -i. c. Pelag. 4, 7, 18 p. 541, 12 sanctos et -os et antiquos (*opp.*) ... iustos fuisse non dubium est. SVLP. SEV. Mart. 5, 6 ingressus ... -am disputationem. *et al. fere i. q. ecclesiasticus* (*v. supra l. 32*): CYPR. epist. 46, 1 p. 604, 11 contra -am legem ... alium episcopum fieri. 55, 6 p. 627, 21 nec tamen rursus censura -a (*i. ab ecclesia data*) solveretur. *fere i. q. catholicus:* EPIST. Merov. 5 p. 444, 4 vir ille -us (*i. Augustinus*) ... se ... in omnibus prope libris ... correxit.

2 *ad* '*euangelia*' *pertinens* (*tam de sententiis, dictis sim. in euang. obviis vel de personis ibi nominatis quam periphrastice de ipsis euang. scriptis* [*v. infra l. 57. 64*]): **a** *stricto sensu* (*c. respectu codicis euangelii infra l. 80*): TERT. resurr. 41 p. 85, 9 meminerat -ae definitionis (*seq. Matth. 5, 10*). adv. Marc. 2, 25 p. 370, 22 tunc initiaretur -a doctrina (*seq. Matth. 12, 37; cf. supra l. 40*). 4, 2 p. 426, 6 constituimus ... -um instrumentum apostolos auctores habere. 4, 39 p. 556, 24 decursum scripturae -ae (*al. cf.* praescr. 36, 6 legem et prophetas cum -is et apostolicis [*opp.*] litteris miscet [*al.* PRVD. apoth. 15 -i ... libelli; *i.* '*eu. Ioh.*' AVG. civ. 20, 24 p. 467, 28 D. in -is et a. libris legitur]. AVG. c. Faust. 32, 18 p. 778, 26 scripta). CYPR. domin. orat. 1 p. 267, 2 praecepta (*al.*). epist. 4, 1 p. 473, 6 ab -is et apostolicis traditionibus non recedere (*al. cf.* PS. AVG. quaest. test. I 107, 1 p. 246, 14 convenit et -ae auctoritati et apostolicae traditioni [*al.*]). epist. 39, 4 p. 584, 5 -a lectio (*al.*). *al.* HIL. in psalm. 118 gimel 15 p. 386, 6 -us ille pharisaeus (*item de personis*: vau 8 p. 415, 7 secundum -um divitem [*al.*]. AMBR. Cain et Ab. 1, 9, 35 mulier illa -a [*al.*]. PAVL. NOL. epist. 23, 24 p. 182, 1 iuxta illam -am peccatricem. AVG. civ. 11, 28 p. 502, 7 D. minor ille -us filius [*al.*]. *et al.*). RVFIN. hist. 1, 8, 16 historia. Orig. princ. 2, 4, 4 p. 131, 28 in -is parabolis (*al. cf.* AVG. nupt. et concup. 2, 26, 43 p. 297, 15 similitudo illa -a [*al.*]). PRVD. apoth. 427 vox -a (*init. hex.; sic*: VEN. FORT. carm. 5, 2, 53). *et al. inde subst.* euangelicum, -ī *n., subaudita q. d. voce* 'dictum' *sim.* (*cf.* AMBR. epist. 15, 9 p 958[A] pulchre convenit dictum illud -um): IREN. 1, 3, 6 ex -is et apostolicis (*sc. scriptis*) tentant ostensiones facere (*gr. ἐκ τῶν εὐαγγελικῶν καὶ τῶν ἀποστολικῶν πειρῶνται κτλ.*). HIER. in Ier. 1, 94, 2 p. 67, 3 iuxta illud -um ([*sc.* '*dictum*' *vel* '*verbum*'; *cf. l. 73*]. 4, 12, 3 p. 233, 2. RVFIN. Orig. in Ios. 7, 6 p. 333, 3 B. neque illud -um implere student ut *eqs.* AVG. serm. 124, 1 p. 687[init.] i. propheticum et -um. *al.*). *nota* (*v. supra l. 52*): AVG. epist. 55, 20, 37 p. 212, 3 hi vero qui de paginis -is sortes legunt (*cf. et p. 999, 40 sqq.*).

b *latiore sensu ad quemlibet librum N. T. referendus* (*cf. p. 999, 52 sqq.*): AVG. civ. 18, 53 p. 341, 8 D. haec quia -a sententia est (*alludit ad act. 1, 7*).

adv. **euangelicē.** *i. q. secundum doctrinam christianam:* HESYCH. in lev. 13, 18 p. 941[A] ipse prius legaliter (*opp.*) circumcisus ...-e postea conversatus.

euangelista, -ae *et* **euangelistēs,** -ae *m.*, εὐαγγελιστής. *scribitur:* euuang-: PRVD. cath. 6, 77 *O. al. cf. et infra l. 38. forma* -es: *v. infra l. 23. de notione:* AVG. serm. 351, 4, 8 p. 1544[med.] -ae 'boni nuntii' possunt interpretari. *v. l. 44.*

1 *i. q. nuntius qui aliquid prosperi nuntiat:* VVLG. Is. 41, 27 Ierusalem -am dabo (*gr. aliter, hebr.* מְבַשֵּׂר). *v. et l. 7.*

2 *is qui euangelium praedicat* (*de locorum allatorum ordine v. infra l. 44 sq.*): VVLG. act. 21, 8 intrantes domum Philippi -ae (AMBROSIAST. in Eph. 4, 11 p. 387[C]. AVG. serm. 266, 4 p. 1226[med.] Philippus ... propter promptum praedicationis eloquium -a proprie meruit appellari. *al.*). Eph. 4, 11 apostolos, ... prophetas, ... -as, ... pastores et doctores. II Tim. 4, 5 opus fac -ae (*cf.* RVFIN. hist. 3, 37, 3 p. 283, 13 -arum fungebantur officio). FILASTR. 153, 5 apostoli pariter ⟨et⟩ -ae praedicantes meruerunt consequi angelicam dignitatem. *al.* AMBR. off. 1, 1, 3 p. 24[A] spir. 1, 2, 29. *et al.*

3 *qui librum q. d.* '*euangelium*' *scripsit* (*substituitur -a pro ipso scripto -ae: l. 29 sqq.*): TERT. adv. Iud. 8 p. 718, 19 Oe. et merito -a (*i. Matthaeus*) *eqs.* (*al.*). PRAEF. bibl. monarch. in Ioh. p. 13, 13 hic est Iohannes -a unus ex discipulis dei (MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 36 p. 1068[C] I. ... primus apostolus et -es [INSCR. christ. Diehl 20[e]]. *al.*). in Marc. p. 15, 21 Marcus -a dei (*al.*). PS. HIL. libell. 3 p. 735[B] *angelus* ita loquitur sicut -a (*i. Lucas*) testatur (*al.*). HIER. praef. Vulg. Is. non tam propheta dicendus sit *Isaias* quam -a (AVG. civ. 18, 29 p. 294, 19 D. *al.*). RVFIN. Adamant. 1, 6 p. 11, 36 -ae quatuor sunt (*al.*). PAVL. NOL. epist. 32, 10 p. 286, 21 AVG. c. Faust. 3, 1 p. 261, 29. *et al. nota* (*v. supra l. 20*): HIER. epist. 57, 8, 3 p. 516, 17 in eodem -a (*i. Matth.*) legimus (in psalm. 6 p. 15, 5 utrumque ... in diversis -is legitur). ALC. AVIT. c. Arr. 7 p. 4, 25 sicut ipse in Iohanne -a testatur. *al.*

euangelium, -ī *n.*, εὐαγγέλιον. *inter voces ut* 'ieiunium' *declinandas:* PS. ASPER gramm. suppl. 42, 1 GRAMM. suppl. 106, 15. NOT. Tir. 55, 42[a]. 60, 33—35. **119**, 47. *graecis litteris scribitur apud* CIC. (*v. l. 46 sqq.*). *forma* -a, -ae *f.:* BENED. reg. 11 l. 19 (*ST*). 12 l. 8 (*T*). *scribitur* euguangsl-: INSCR. *p. 999, 33.* euuan-: PRISCILL. *passim et in multis variorum script. codd. cf. et p. 999, 11. de notione:* PELAG. in Rom. 1, 1 p. 8, 13 S. -um latine bona adnuntiatio (AVG. civ. 18, 35 p. 309, 7 D. b. nuntiatio. c. Faust. 2, 6 p. 261, 9 -um b. nuntium ... interpretantur [*al.* GLOSS.[L] III Abol. EV 18 *al.*]. *cf. et infra l. 52*). *tritissimi usus (s. II A 1 et III A 1 a) paucissima exempla dedi, rariora afferre malui. praemittuntur loci biblici, ut quatenus inde pendeant eccl., satis illustretur (similiter supra l. 10. p. 1000, 2)*

I *i. q. bonus nuntius* (*cf.* CIC. Att. 2, 3, 1 primum ut opinor εὐαγγέλια: Valerius absolutus est. 2, 12, 1 quibus *epistulis tuis* εὐαγγέλια quae reddam nescio. 13, 40, 1): VVLG. apoc. 14, 6 angelum ... habentem -um aeternum ut euangelizaret (εὐαγγέλιον αἰώνιον εὐαγγελίσαι). AVG. serm. 45, 5 p. 226[a. med.] apostolis a mulieribus -um (*i. nuntius resurgentis Christi*) annuntiatum est ... -um enim latine 'bonus nuntius' (*v. supra l. 41 sq.*) est. *ibid.* p. 226[med.] quare femina nuntiavit -um?

II *i. q. doctrina christiana* (*notione scilicet* '*boni nuntii*' *non plane abolita; cf. Theolog. Wörterbuch z. N. T. s. v.* εὐαγγελίζομαι, εὐαγγέλιον, *p. 705 sqq.*): **A** *stricto sensu i. q. catholica doctrina:* **1** *de doctrina ipsa* (*inde per meton. de orthodoxis christ. l. 71*): VVLG. Matth. 4, 23 praedicans -um regni ([τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας]. Marc. 1, 14. *al.*). Marc. 10, 29. I Cor. 9, 12 ne quod offendiculum demus -o Christi (II Cor. 2, 12 *al.*). II Cor. 4, 4 illuminatio -i gloriae Christi. 11, 7 gratis -um dei euangelizavi vobis (*al.*). Gal. 2, 14 ad veritatem -i (TERT. adv. Marc. 1, 20 p. 315, 21 *al.*). Eph. 6, 19 notum facere mysterium -i. Phil. 1, 7 in defensione et confirmatione -i (1, 16 in defensionem -i. *cf.* 1, 12 ad profectum ...-i). Col. 1, 23 -i ... minister. *al.* (*v. et infra l. 75*). TERT. orat. 1 p. 181, 19 in oratione breviarium totius -i. anim. 49 p. 380, 22 in terminos orbis -o coruscante (AVG. c. Pelag. 3, 4, 9 p. 495, 26 usque ad t. terrae -o diffamato). adv. Marc. 3, 15 p. 401, 16 abscidit -um a lege (*cf.* 4, 6 p. 433, 5 inter legem et -um, ... inter iudaismum et christianismum. *al.*). PS. TERT. haer. 3 p. 219, 19 ad excludendum -um et vindicandum iudaismum (*cf. l. 69*). *meton.* (*v. supra l. 57*): RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 116, 32 proficiente ...-o et paganis atque haereticis (*opp.*) minuentibus.

2 *i. q. praedicatio doctrinae christ.:* VVLG. I Cor. 9, 14 dominus ordinavit iis, qui -um (*v. supra l. 65*) annuntiant, de -o vivere (TERT. adv. Marc. 5, 7 p. 595, 19 de -o viventibus *patrocinari*). Gal. 2, 7 creditum est mihi -um praeputii (*i. praedicatio in gentes*) sicut et Petro circumcisionis (I Thess. 2, 4 *al.*). Phil. 2, 22 mecum servivit in -o (*cf.* 4, 3 laboraverunt in -o. II Tim. 1, 8 collabora -o). 4, 15 in principio -i (*cf.* TERT. adv. Prax. 2 p. 229, 14 ab initio -i). II Thess. 2, 13 (14) vocavit vos per -um nostrum in acquisitionem gloriae domini. TERT. idol. 9 p. 38, 24 scientia ista (*i. mathesis vel astrologia*) usque ad -um fuit concessa. *al.*

B *latiore sensu de qualibet doctrina vel praedicatione:* VVLG.

[Junod]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

II Cor. 11, 4 aliud -um (Gal. 1, 6 transferemini ... in aliud -um [*inde* TERT. adv. Marc. 1, 20 p. 316, 6. 5, 2 p. 572, 23 *al.*]). *al.*

III *i. q. liber q. d.* '*euangelium*': **A** *stricto sensu*: **1** *respiciuntur dicta vel facta in lbb. euangelicis allata*: **a** *i. q. unus ex 4 illis canonicis -is liber*: *α nominatur -i auctor*: TERT. adv. Prax. 26 p. 277, 10 Iohannis -um (*sim. c. gen.*: adv. Marc. 4, 5 p. 430, 24 -um Lucae. 4, 34 p. 534, 24 in -o Mathei. *al.* [*v. et l. 15. 16. 17*]). adv. Marc. 4, 4 p. 429, 20 id -um quod Lucae refertur penes nos. IREN. 1, 26, 2 p. 255 init. solo ... eo quod est secundum Matthaeum -o utuntur *Ebionaei* (*al.* INSCR. christ. Diehl 1961 C euangeliun secun. Matheun. -un secun. Lucan. -un secun. Ioanne. -un secun. Marcun. *al.*). CYPR. testim. 1, 18 p. 51, 12 in -o cata Iohannem (ITIN. [Silv.] 33, 2 in -o in cata Matheo. *al. v. vol. III 585, 19 sqq.*). HIER. epist. 55, 1, 1 in -o iuxta Mattheum (*al.*). Ps. AVG. quaest. test. I 98 tit. p. 187, 10 de -o Iohanne ([Iohannis *CNX*]. I 100 tit. p. 191, 17 de -o Matheo [Mathei *NX*]. I 104 tit. p. 227, 17 de -o Luca [Lucae *PX*]). *et al.*

β adhibetur sine auctore: TERT. orat. 28 p. 198, 24 quae ... quaesierit deus, -um docet (*citatur Ioh. 4, 23*). ieiun. 2 p. 276, 14 dominum in -o ... respondisse (*alluditur ad Marc. 7, 15*). anim. 7 p. 308, 2 (*ad Luc. 16, 23 sqq.*). 58 p. 395, 25 quod -um demonstrat (*ad Matth. 5, 25 sqq.*). adv. Prax. 14 p. 252, 4 sicut legimus in -o (AVG. civ. 14, 8 p. 17, 14 D. in graeco -o, unde in latinum translatum est, non legitur 'bona', sed *eqs.* BENED. reg. 11 l. 19 legat abbas lectionem de -a [*v. p. 998, 36*]). 15 p. 253, 10 et in -is et in apostolis (*opp.*) visibilem et invisibilem deum deprehendo ([SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 95, 20 *al.*]. *cf.* castit. 4 p. 743, 13 Oe. neque in -o neque in ipsius Pauli epistolis. RVFIN. Orig. in iud. 2, 3 p. 475, 8 B. neque ... in historiis vel in -is vel in aliis quibuslibet scripturis). adv. Marc. 2, 15 p. 355, 23 -um veritatis. 4, 5 p. 431, 5 ceteris ... -is (*opp.* Lucae digestum). IREN. 3, 11, 8 dedit nobis quadriforme -um quod uno spiritu continetur. CYPR. epist. 73, 10 p. 785, 20 -is quattuor (INSCR. christ. Diehl 3856, 8 sca Xρi puatuor [*i. quatuor*] euguangelia. *al.*). *et al.*

b *i. q. liber ab haereticis retractatus vel scriptus*: TERT. adv. Marc. 3, 17 p. 405, 17 Marcionis -um (*i. -um Lucae a Marcione retractatum. al.*). 3, 19 p. 408, 18 in -o ... vestro (5, 3 p. 576, 10 in -i vestri retractatu). 5, 1 p. 571, 9 forma ... haeretici -i. *al.* IREN. 1, 31, 1. PRISCILL. tract. 1, 38 p. 31, 21. 22 extra quattuor (*cf. supra l. 32*) -a quintum aliquod -um vel fingunt vel confitentur. *al.*

2 *i. q. ipse codex sive exemplar libri q. d. -um*: HIER. in Matth. 23, 6 p. 168 C in parvulis -is. AVG. epist. 250, 1 p. 594, ? per -a peierando adiutorium violandae fidei ... requirebant (*cf.* OROS. hist. 3, 23, 67 fidem adhibita in sacramenta servant -a [CONC. Aurel. a. 511 p. 3, 1]. COD. Iust. 2, 58, 2 pr. sacrosanctis -is propositis [*antea*: tactis sacrosanctis scripturis]. *ibid.* ante iudicem positis. 3, 1, 14, 4 -is tactis iuramentum praestent quod *eqs. al.* GREG. M. epist. 12, 7 p. 354, 14 iuratus dico per ... haec sancta quattuor -a, quae in meis manibus teneo). AVG. in euang. Ioh. 7, 12 p. 1443 med. cum caput tibi dolet, laudamus si -um ad caput tibi posueris. serm. 133, 6 p. 740 med. ne forte, cum dico -um, codicem attendas, membranam et atramentum cogites. *al.*

B *latiore sensu aut de qualibet parte N. T. (v. l. 54) aut de ipso N. T. (v. l. 55 sqq.)*: HIER. tract. in psalm. 73 p. 49, 10 denique quid dicit ipse in -o 'veniam', inquit, '*eqs.*' (*seq. apoc. 3, 20*). in Ier. 6, 26, 4 p. 404, 25 dicunt ... novum testamentum, hoc est -um, successisse veteri testamento (*cf.* AVG. serm. coll. Morin p. 293, 1 -um, quod t. n. apertissime dicitur).

euangelizātio, -ōnis *f.* *ab* euangelizare. *fere i. q. praedicatio*: OP. imperf. in Matth. 8 p. 678 mod. *Christus* illis beatitudinem euangelizabat caelestem *eqs.* ... ut ... esset ... -o propter denuntiationem futurorum bonorum in ipso.

euangelizātor, -ōris *m.* *ab* euangelizare. [*falso trad. pro* -atur: TERT. adv. Marc. 5, 5 p. 584, 19 *corr. Engelbr.*).] **1** *qui euangelium sim. praedicat, i. q. praedicator* (*cf. p. 998, 10 sqq.*): TERT. adv. Marc. 4, 4 p. 430, 6 etiam si angelus Marcion, citius anathema dicendus quam -r, qui aliter euangelizavit. 5, 7 p. 595, 21. 5, 19 p. 644, 7 si haec pseudoapostoli nostri et Iudaici -es de suo intulerint (praescr. 4, 4 qui 'pseudoapostoli' *sunt* nisi adulteri -es?). coron. 9 p. 437, 14 Oe. apostolus aut -r aut episcopus (*v. q. anteced. cf.* HIER. in Tit. 3, 14 p. 599 C apostolicis viris et -bus Christi). HIER. in Matth. 10, 9—10 p. 62 C veritatis. **2** *qui librum q. d.* '*euangelium*' *scribit* (*cf. p. 998, 19*): TERT. adv. Prax. 21 p. 263, 22 praefatio Iohannis -is 23 p. 273, 5).

***euangelizo,** -āvī, -ātum, -āre *et* **euangelizor,** -ātus sum, -ārī (*v. l. 83*), εὐαγγελίζομαι (εὐαγγελίζω). NOT. Tir. 60, 33 a -at. *scribitur* euuang- *passim* (*cf. p. 998, 38*). *de notione*: AVG. serm. 163, 5, 5 p. 891 p med. 'bene nuntiate', quod est graece -ate (*cf. p. 1000, 4 sqq.*). GREG. M. moral. 24, 2, 2 p. 287 B graeca lingua -are 'denuntiare' dicitur. Ps. PRIMAS. in Eph. 3 p. 615 B '-are' annuntiare (GLOSS. L I Ansil. EV 14 *al.*). *de formis*: -asse: VICTORIN. POETOV. fabr. mund. 9 p. 8, 11 AVG. epist. 93, 11, 47 p. 490, 15. -turus: TERT. adv. Marc. 5, 2 p. 573, 17 *al.* *de usu*: *pro depon.*: TERT. (*ex coni., v. l. 63*) *p. 1000, 45*; ITALA *p. 1000, 42*; RVSTIC. *p. 1000, 12*; *pass. impers.*: *v. e. g. p. 1000, 27. 33.* -o *c. vi passiva v. infra l. 38.* *part. pro subst.*: TERT. adv. Marc. 4, 13 p. 457, 14 Ps. PROSP. vocat. gent. 1, 8 p. 656 B. *de locorum afferendorum ratione cf. p. 998, 44.* [*ex correct.*: TERT. *v. p. 999, 63.*]

1 *fere i. q. bonum nuntium apportare, nuntiare* (*tam alqm. [v. l. 9] et alci. [v. l. 7. 11. 12. 18] quam alqd. alci. [v. l. 14. 15 sq. et cf. l. 36]. abundanter: l. 7; sensu* '*iubendi*': *l. 20. cf. Theol. Wtb. z. N. T. II 705 sqq.*): ITALA II reg. 18, 31 (Legion.) bene -o tibi, domine mi rex (εὐαγγελισθήτω ὁ κύριός μου, VVLG. bonum apporto nuntium). ITALA Luc. 1, 28 (cod. b) ingressus angelus -vit eam et dixit illi *eqs.* ([*om.* VVLG.; *gr. codd. nonnulli* εὐηγγελίσατο αὐτήν]. *inde* IREN. 3, 16, 3 angelus -ans Mariae. VICTORIN. POETOV. fabr. mund. 9 p. 8, 11. RVSTIC. Conc.S I 4 p. 164, 18 -tus est sanctae virgini angelus. CONC.S I 5 p. 269, 36). VVLG. psalm. 67, 12. Is. 40, 9 qui -as Sion ... qui -as Ierusalem. Luc. 1, 19 missus sum loqui ad te et haec tibi -are (εὐαγγελίσασθαι, ITALA [cod. e] bene nuntiare). 2, 10 -o vobis gaudium magnum (ITALA [cod. e] annuntio. *inde* CONC.S I 5 p. 206, 6 angeli pastoribus -bant. LEO M. serm. 34, 1 p. 245 C caelo ... -ante). apoc. 10, 7 *al.* RVSTIC. Conc.S I 4 p. 80, 30 -amus serenitati vestrae ... quia omnes ... populi ... perseverant in fide. Ps. FVLG. RVSP. serm. 53 p. 922 B sicut tibi -verat (*i.* '*imperaverat*') angelus. *al.*

2 *fere i. q. praedicare, docere sim.* (*saepe acced. dat. pers.; aliter s. b β*): **a** *absolute*: VVLG. Luc. 9, 6 -antes et curantes ubique (εὐαγγελιζόμενοι, ITALA [cod. e] bene nuntiantes). act. 8, 25 multis regionibus ... -bant. 14, 6 ibi -antes erant (εὐαγγελιζόμενοι ἦσαν). Rom. 1, 15 vobis qui Romae estis -are. I Cor. 1, 17 (*opp.* baptizare. *sic*: AMBROSIAST. in I Cor. 1, 17 AVG. epist. 93, 11, 47 p. 490, 15 *al.*). 9, 16 *bis.* I Petr. 4, 6 mortuis -tum est ([καὶ νεκροῖς εὐηγγελίσθη]. AVG. epist. 164, 4, 10 p. 531, 4 mortuis dicit -tum). *al.* TERT. adv. Marc. 4, 2 p. 427, 6 *ne Paulus* non secundum illos -ret. 4, 4 p. 430, 7 qui aliter -vit (*al. cf.* praescr. 29, 3 perperam). *al.* MAR. VICTORIN. in Eph. 3, 13 p. 1267 C ille qui praedicat, qui -at. *al.* RVFIN. hist. 5, 8, 2 cum Paulus et Petrus in urbe Roma -rent (*gr.* εὐαγγελιζομένων). AVG. serm. 56, 1, 1 p. 377 fin. qui nolebant -ari gentibus. *al.* Ps. PROSP. vocat. gent. 1, 8 p. 656 B -antis officium. *al.* *v. et p. 998, 49.*

b *c. obiecto*: *α obi. est id quod praedicatur* (*fere i. q. confiteri v. l. 53. alqd. alci. [cf. l. 5. 21]: l. 41. 44. 46. 56; per nom. c. inf.: l. 52*): ITALA Luc. 16, 16 (cod. d) *Iohannes* a quo regnum dei -at ([*nota vim pass., v. p. 999, 84*]. εὐαγγελίζεται, ITALA [cod. e] adnuntiatur, VVLG. -atur. *cf. infra l. 69.* CLEM. ad Cor. 42 *apostoli* exierunt -are regnum dei incipere venire). ITALA act. 14, 15 (Iren. 3, 12, 9) -antes vobis deum (VVLG. annuntiantes). ITALA Rom. 10, 15 (Epiphan. in cant. 186 p. 77) speciosi pedes -antur pacem ([VVLG. quam speciosi pedes -antium pacem, -antium bona]. VVLG. Eph. 2, 17 vobis. TERT. adv. Marc. 4, 13 p. 456, 24 pacem et bona. 5, 5 p. 584, 19 -atur [*v. p. 999, 83*] ... bonorum id est gratiae dei pacem). ITALA I Cor. 15, 1 (Rufin. Adamant. 5, 6) *euangelium* quod -avi vobis ([VVLG. praedicavi]. VVLG. II Cor. 11, 7. Gal. 1, 11 e. quod -tum est a me). PSALT. Cas. 95, 2 -antes ... salutare eius (VVLG. annuntiate). VVLG. act. 5, 42 -antes Christum (TERT. resurr. 50 p. 104, 22 ad -andum eum [*sc. Christum*] in nationibus. IREN. 1, 23, 1 ab ipsis -atur Christus. *cf.* AVG. gen. c. Manich. 1, 17, 27 p. 186 med. ad dexteram dei patris sedere -atur filius [*v. l. 37*]. serm. 202, 3, 4 p. 1035 med. superest ut eum [*sc. Christum*] -antes novam viam carpamus [*v. l. 35*]). 8, 4 verbum dei (15, 35 domini. I Petr. 1, 25 v. quod -tum est in vos). Gal. 1, 23 fidem (TYCON. 3 p. 17, 19 *al.*). Eph. 3, 8 investigabiles divitias Christi. HIER. in Gal. 1, 21 p. 331 C ei vocationem paenitentiae. *al.* *v. et p. 999, 60.*

β obi. est is qui docetur (*c. dupl. acc. l. 61*): ITALA Luc. 3, 18 (cod. d) -bat populum (εὐηγγελίζετο τὸν λαόν, VVLG. populo). ITALA act. 8, 40 (cod. e) civitates omnes (τὰς πόλεις πάσας, VVLG. civitatibus cunctis). ITALA act. 13, 32 (cod. d) nos vos -amus eam ... promissionem (ὑμᾶς εὐαγγελιζόμεθα τὴν ... ἐπαγγελίαν, VVLG. vobis adnuntiamus eam *eqs.*). ITALA Hebr. 4, 2 (Mutian. Chrysost. hom. 6, 2) sumus -ti (ἐσμεν εὐηγγελισμένοι, VVLG. nobis nuntiatum est). VVLG. Matth. 11, 5 pauperes -antur (Luc. 7, 22 HIER. epist. 121, 1, 3). CLEM. ad Cor. 42 apostoli nostri -ti sunt ab Ihesu. AVG. serm. 99, 10 p. 600 fin. -ti ... et baptizati ... a Philippo. *al.*

c *acced. praep.*: VVLG. act. 8, 12 credidissent Philippo -anti de regno dei (περὶ τῆς βασιλείας. *cf. supra l. 37 sqq.*).

deriv.: euangelizatio, euangelizator.

compos.: praeeuangelizare.

euangelus, -ī *m.*, εὐάγγελος. *i. q. euangelista*: AVELL. p. 164, 11 qui non erubescentes -orum (-iorum *B*) venerabilium characteres *eqs.* (*gr.* τοὺς τῶν σεπτῶν εὐαγγελιστῶν χαρακτῆρας). *v. et Onom. Junod.*

ēvānidus, -a, -um. *ab* evanescere. ae-: *p. 1001, 18. inde ab* OV. [*ex coni.*: CET. FAV. *p. 1001, 13* (van- *trad.*). CHIRON *p. 1001, 19. l. v.* van-: *p. 1001, 18* (*v. et l. 77*).] *i. q. evanescens*: **1** *c. vi abolitionis, interitus*: OV. rem. 653 in tenues -us exeat auras perque gradus molles emoriatur amor (*cf.* met. 5, 435 umeri tergusque latusque pectoraque [*sc. Cyanes*] in tenues abeunt -a rivos [*i.* '*in aquas dissolvuntur*']. *cf. p. 995, 74*).

2 *c. notione debilitatis, fragilitatis, languoris sim., fere i. q. caducus, inanis (syn. p. 1001, 9), absque vigore* (*syn. et*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

coniunct.: languidus *infra l. 17. 21* [languens *l. 16*]; exilis *l. 11*; levis *infra l. 15. 24.* *opp.*: acerrimus *infra l. 15*; vivus *l. 24 [cf. l. 25].* *fere i. q. infirmus: infra l. 19. cf. p. 996, 83*): **a** *corporaliter*: *α de rebus corporalibus, naturalibus* (*de parte corporis l. 19*): VITR. 2, 8, 2 cum ... abundarit copia calcis et harenae, paries plus habens umoris non cito fiet -us, sed ab his continetur. 2, 8, 3 vetustate -a facta materia (*cf.* PLIN. nat. 37, 70 quidam ex his [*smaragdis*] senescunt, paulatim viriditate -a). 2, 10, 1 *arbores* siccescendo propter raritatem (*v. l. 12*) fiunt inanes et -ae (*cf.* COLVM. arb. 17, 3 *oleae* in proceritatem *extensae* ... -ae fiunt *eqs.* 29, 2 -am [-um *SAR*] exilemque et humilem harundinem). 7, 2, 2 *calcem* -am et siticulosam (7, 3, 7 calx ... facta raritatibus [*v. l. 9*] -a. *cf.* CET. FAV. 8 p. 269, 17 *harenae* et terrosae et -ae [van- *codd. praeter S*: humidae] fiunt). SEN. nat. 1, 14, 2 quidam *ignes* ruboris acerrimi *sunt*, quidam -ae ac levis flammae (*cf.* 3, 13, 1 hunc *ignem* [*sc. elementum*] -um languentemque considĕre *eqs.* [*seq.* igne restincto]). PLIN. nat. 9, 141 anniculo grano (*sc. cocco*) languidus sucus, idem a quadrimo -us. 37, 77 (ae- *B*, van- *F*). CHIRON 562 p. 181, 15 labia eis (*sc. iumentis*) -a (-ta *trad.*) videtur esse (*cf. Veg. mulom. 2, 39, 1* infirma sunt l.). GLOSS. V 172, 9 blitea herba saporis -i. *β de homine*: SEN. epist. 122, 4 qui se tenebris dicaverunt ... languidi et -i albent et in vivis caro morticina est. **b** *incorporaliter*: SEN. epist. 35, 3 venit ad nos ex iis, quos amamus, etiam absentibus gaudium, sed id leve et -um (*opp.* vivae voluptatis). frg. 94 imago effingatur animo, notabilis et e vivo petita, non -a et muta.

[COMM. instr. 2, 16, 23 nec tali subolem **e(x)vānīre** licentia (*Domb.* [*in exempl. Thes. adnot.*, insanire l. *idem in ed.*]; *Martin* [-ire amentia]; et vani recurentia *C*, et vanire cur- *B*) curas (*cf. Martin, Commodianea, p. 14 et francog.* évanouir [*sed admodum dub.; nec quam substituunt notionem 'insolescendi' ratam putaveris, cum quod comparant*: apol. 527 *prorsus aliter se habeat; v. p. 997, 4*]).]

ēvannio *v.* evanno.

ēvanno, -ere (*? -āre, v. l. 37*). [ex *et* vannere. *W.*] vannio: *l. 40.* -vannuo*?: l. 45* (*cf. l. 35*). NON. p. 19, 20 -etur (*v. l. 48*) dictum est ventiletur vel moveatur, a vannu, in qua legumina ventilantur ([*seq.* POMPON., VARRO *l. 42. 46 sqq. quod Non.* -etur *Pomponii pro coni. praes. videtur accepisse, potius errori illius ascribendum est quam genuinae formae, sc.* -o, -are *I*[ae] *coniug.*]. *inde* GLOSS. V 650, 43 **-anitur**). GLOSS. II 289, 9 ἐκβράσσω -vannio ([evomo *Stephanus*]. 291, 29 ἐκλιχνίζω -io [-vanno *Steph.*]). [*port.* abanar. *M.-L.*] *i. q. vannendo purgare, excernere*: *proprie*: VARRO rust. 1, 52, 2 iis (*granis*) tritis oportet e terra subiectari vallis aut ventilabris ... ita fit ut quod levissimum est in eo atque appellatur acus ⟨ac palea⟩ -atur (*sic Non. p. 19, 29*; acus -vannuatur *trad.; recte?, cf. l. 34*). *trsl. (in vss. nondum sanatis): fere i. q. eiciendo extinguere*: POMPON. Atell. 92 dixi ... illud futurum: in prima (infirma *Buech.*) valva est, vix haeret †misera. -etur et mea †ocius opera ut fiat fecero.

euānus *v.* euhans.

ēvapōrātio, -ōnis *f.* *ab* evaporare (*cf.* vaporatio). GLOSS.[L] II Philox. EV 3 -o ἀναθυμίασις. *inde a* SEN. nat. (*cf. etiam p. 1002, 6*). [*l. v.* vap-: SEN. *infra l. 60.* GELL. *l. 66.* RVSTIC. *l. 79.* *falso trad.*: SEN. nat. 3, 24, 3 (e vaporario *Gronov, al. edd.*).]

1 *i. q. actio evaporandi*: **a** *sensu stricto: i. q. exspiratio, exhalatio* (*de naturali -e, qualis est aut terrae, aquae sim. aut corporis humani. acced. saepius gen. subi.* [*e. g. l. 57. 63. 68; cf. l. 84*]): SEN. nat. 1, 1, 7 nec mirum est, si terrae omnis generis et varia -o est, cum *eqs.* ([*antea*: expirat *terra*]. 4[b], 8 omnis terrarum -o. 5, 5, 1 hanc solam esse causam venti existimo, aquarum [*v. l. 63*] terrarumque -es [vap- *δ*]. *cf.* 6, 13, 1 [*ex Arist., Theophr.*] semper aliqua -o est e terra, quae modo arida est, modo humido mixta [*cf. Theophr. frg. 5, 3, 23* ὁ ἀὴρ ἢ ἡ ἀναθυμίασις]). 5, 4, 1 (*antea*: spirat). 5, 9, 1. 7, 4, 3 aquarum ... et omnis humidi -o ([*v. l. 59*]. *cf.* GELL. 19, 5, 6 [= *Arist. frg. 214; v. p. 1002, 15. item* MACR. Sat. 7, 12, 26] cum aqua frigore aeris duratur ... necessum est, fieri -em [vap- *NO*] et ... auram tenuissimam exprimi ex ea). PS. SORAN. quaest. med. (Archiv 14) p. 364, 4 stegnotes *est* constrictio naturalium fluxionum ... cum difficili -e corporis ([RVSTIC. c. aceph. p. 1183[A] *omnia* quae humani corporis -e nascuntur; *sc. cimices, pulices sim.*]. *cf.* DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 12 p. 363[A] in maerore compressis naturaliter totius corporis -um tramitibus *eqs.*). VINDIC. med. 9 vesica habet ... duos renulos ... ad respirationem vel -em. RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 157, 23 *v. l. 79.*

b *laxiore usu de actione producendi, promendi* (*v.* evaporo *p. 1002, 45*): *α lacrimarum, i. q. effusio* (*in mera imag. l. 78*): CASSIAN. conl. 9, 27 *compunctionem* digerere ... lacrimarum -e (*cf.* RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 157, 23 *Ieremias* lamentationes conscripsit, ut augustiam qua intus urebatur, efferret per lamentationum quasi per fumi [*v. l. 73*] -em [et vap- *M*]). *β verborum, i. q. eructatio* (*cf. et p. 1002, 47*): CASSIOD. in psalm. 118, 171 p. 898[A] (*ad* 'eructabunt labia mea hymnum') -o siquidem ista de imis mentibus venit (*v. p. 825, 5 sqq.*).

2 *i. q.* '*vaporatio*', *fomentatio* (*t. t. med.*): CAEL. AVR. chron. 1, 4, 90 spongiae -bus ... *epilepticos* recuramus. *v. p. 1002, 81.*

2 *de structura, materia:* **a** *de altera lingua in alteram vertenda: i. q. transferre* (*cf.* vertere; *aliter p. 1029, 12*): AVR. Fronto p. 10, 27 N. quos quidem versus (*sc. Hom. B 24*) orator egregius mire quondam -tit. **b** *corporaliter i. q. transformare* (*cf.* convertere; *syn. l. 49*): PSALT. Cas. 104, 29 -uit (*v. p. 1026, 74*) aquas eorum in sanguine (*μετέστρεψε*, VVLG. convertit).

B *vertere ita, ut quae stant aut ex una parte certo in loco stabilita sunt* ***proruant, concidant, collabantur,*** *i. q.* ***prosternere*** *sim.* (*[v. et s. II, p. 1030, 13]. cf.* TERT. anim. 45 p. 374, 25 aliud est concutere, aliud movere, aliud -ere, aliud agitare): **1** *latiore usu:* **a** *res corporales* (AMM. 31, 13, 6*?, v. p. 1028, 84*): ***α*** *c. solo obi.*: CIC. div. 2, 69 *simiam* urnam -isse, sortes dissipavisse (ROMVL. fab. Aesop. Thiele 87 [*recc. g., v.*] cornix [*seq.* movere; *Ps. Dosith. L*: convertere]). AETNA 606 -sis ... fornacibus. PROP. 4, 3, 14 *fax* traxit ab -so lumina nigra rogo. OV. met. 12, 222 -sae turbant convivia mensae (SEN. dial. 3, 19, 4. ITALA Ioh. 2, 15 [codd. a b q *al.*] *nummulariorum*; *ἀνέτρεψεν*, VVLG. sub-. *et al. v. et infra l. 66*). CVRT. 4, 15, 16 *equi* etiam currus -erant ([FIRM. math. 8, 13, 4 p. 308, 15 *al.*]. *cf.* SIL. 16, 407 Durius ... -sum propulit axem Atlantis. VLP. dig. 19, 2, 13 pr. *cisiarius* cisium). SIL. 10, 587. IVV. 3, 258 si procubuit qui saxa ... portat axis et -sum fudit super agmina montem (*sc. saxorum. aliter p. 1029, 69*). TAC. ann. 2, 31 illis ... -entibus adpositum ⟨cum⟩ (*v. app. cr.*) mensa (*v. supra l. 59*) lumen (MIN. FEL. 9, 7 [*seq.* extincto]. *et al. v. l. 76. p. 1024, 28. 1026, 6*). AMM. 15, 10, 5. VEG. mil. 4, 23 p. 144, 19 laqueis captos arietes ... in obliquum trahunt et cum ipsis testudinibus -unt (*ibid. l.* 21 [a- *P*]). *sim. al.* ***β*** *addito* '*quo*': *per praep.* in (*cf. et supra l. 31*), *i. q. deicere:* OV. met. 1, 231 ego vindice flamma in domino (-um *l. v.*) dignos -ti tecta penates. 11, 555 siquis Athon Pindumve revulsos sede sua totos in apertum -erit aequor (*aliter p. 1029, 69*). LVCAN. 5, 647 discordia ponti succurrit miseris fluctusque -ere puppim non valet in fluctum (*cf. p. 1028, 29*). VLP. dig. 9, 1, 1, 4 quadrupes in aliquem onus. super: PETRON. 64, 10 candelabrum ... super mensam -sum (*cf. l. 66*).

b *aliquem* (*?* equum: PROP. 4, 10, 8; *v. supra l. 9*): ***α*** *in universum* (*absol. infra l. 81; in imag. infra l. 84 sqq.* [*de deo quasi deiciendo p. 1028, 4*]): QVADRIG. hist. 10ᵇ, 6 ubi *Manlius* eum (*sc. Gallum*) -tit (*antea*: donec subvertit). SEN. benef. 6, 26, 1 nequitia est ut extrahas mergere, -ere ut suscites, ut emittas includere. PAVL. dig. 9, 2, 45, 3 si non intellegitur, uter *servus* ab utro -sus sit (*sc.* '*ut in flammam incideret*'). VVLG. psalm. 117, 13 impulsus -sus sum, ut caderem (דָּחֹה דְּחִיתַנִי). *inde per similitudinem* (*v. supra l. 78*): CIC. Mil. 56 *Mars* saepe spoliantem iam et exsultantem -tit et perculit ab abiecto. SEN. epist. 9, 9 florentes amicorum turba circumsedet: circa -sos solitudo est (*v. p. 1026, 83*). TERT. adv. Marc. 2, 16 p. 357, 23 *deus* exacerbabitur, sed non periclitabitur, movebitur, sed non -etur (*v. p. 1027, 78*).

β *notabilius: pass. (vice fere depon. fungens) i. q. labi, elabi, excidere sim.* (GLOSS. *v. p. 1026, 78; aliter p. 1030, 10*): Ⓘ *corporaliter: vehiculo, equo sim. delabi, excuti* (*p. p. p. pro subst.: infra l. 11 sqq.; acced.* de *[v. et infra l. 16]: infra l. 14. v. et p. 1024, 25*): SEN. epist. 103, 1 naufragium facere, vehiculo -i (*cf. l. 14*). -sus *pro subst.* (*v. supra l. 8*): PLIN. nat. 21, 133 *baccaris radix* spasticis, -is, convulsis, suspiriosis *salutaris est* (28, 238 ruptis convulsisque, -is). 26, 137 contusis et -is. 28, 62 -os ... ac iacentes. PS. MVSA herb. Vett. l. 132 -sis de vehiculo (*v. l. 10*). Ⓘⓘ *apud christ.: spiritu, fide sim. labi; religione cadere* ([*cf. syn. infra l. 20. 21. 25*]. *imag. servata: infra l. 24 sq.; acced.* de: *infra l. 26. cf. in verborum lusu*: AVG. conf. 4, 16, 31 quia inde [*sc. a te i. bono*] aversi sumus, perversi sumus. revertamur iam ... ut non -amur *eqs.* [*i.* '*labamur*']): TERT. carn. 6 p. 436 Oe. *Apelles* a disciplina Marcionis in mulierem carne lapsus, dehinc in virginem Philumenen (*A, abl. BC*) spiritu -sus est (*cf. praescr. 30, 5* lapsus in feminam *et 30, 6* in alteram f. impegit). praescr. 3, 4 (= PS. CYPR. ad Novat. 14 p. 64, 19) Saul, bonus prae ceteris, livore postea -itur. NOVATIAN. Cypr. epist. 30, 3 p. 551, 18 cum adhuc non tantum iaceant, sed et cadant -sorum (univers- *B*) fratrum ruinae (*seq.* eversionem; *v. p. 1024, 53*). *paulo aliter p. 1029, 16 sqq.* *pendet* de (*cf. etiam supra l. 9*): TERT. fug. 4 p. 469 Oe. cum quis in persecutione -itur de salute (*opp.* ex persecutione proficit in s.).

2 *usu strictiore:* **a** *de nave in naufragio -enda* (*inde de hominibus, qui naufragi deiciuntur vel excutiuntur [per imag. infra l. 39. 42]: infra l. 38 sqq. opp.* erigi: *infra l. 36. cf. et p. 1027, 74*): CIC. de orat. 1, 174 qui duorum scalmorum naviculam in portu -erit. parad. 20 navem ... gubernator (fin. 4, 76 *bis.* CVRT. 4, 1, 36 AMM. 22, 15, 16 *al.*). SEN. Ag. 1006 repletum ratibus -sis mare (PETRON. 114, 9 ratem fluctus). epist. 97, 11 non gaudet navigio gubernator -so (CVRT. 9, 9, 24 n. ... -sa fluctibus erigi. *al.*). IVV. 12, 31 iam alternum puppis latus -entibus undis (*i.* '*modo hoc modo illud l. iactantibus, ut navem plane subvertant*'). *homines* (*v. supra l. 30; syn.* eiecto *l. 40*): CIC. dom. 137 tu procella patriae ... quod in naufragio rei p. ... demerso populo R., -so atque eiecto senatu dirueris *eqs.* rep. 1, 51 (*post lac.*) si fortuito id faciet, tam cito -etur quam navis, si *eqs.* LVCAN. 5, 654 (*verba Caes.*) tantusne -ere ... me superis labor est parva ... puppe sedentem *eqs.*?

b *de arboribus, quae caedendo, eruendo sim. humi proiciuntur* (*vi ventorum: infra l. 51. 54. 55. cf. per imag.*: CIC. Tusc. 3, 83 *stirpes aegritudinis* ipso trunco -so omnes eligendae sunt [*aliter p. 1029, 73*]): VERG. georg. 1, 256 tempestivam silvis -ere pinum (Aen. 11, 136). 2, 208 nemora (*cf.* LACT. inst. 2, 7, 17 -so Aesculapii luco). VAL. MAX. 1, 1, 19 ut *Turullius* occisus ... -sis iam arboribus poenas lueret; *antea* succisum (SEN. dial. 6, 16, 7 -sis a. quas ... ventus radicitus evolsit *eqs.* SVET. Dom. 15, 2 [*opp.* surrexerat, *syn.* corruit]. PAVL. sent. 5, 22, 2 *al. cf.* SIL. 6, 196 arboris ... molem penitus ... revulsam -tit fundo [*seq.* eruit]). PHAEDR. 2, 4, 9 quercum (PLIN. nat. 16, 131 tempestatis vi). OBSEQ. 43 p. 165, 11 Nuceriae ulmus vento -sa (*opp.* erecta). *al.*

C *alio vertendo e sede, loco, condicione sim.; i. q.* ***avertere, amovere*** *sim.:* **1** *c. vi vel foras movendi vel depellendi:* **a** *homines loco, i. q. expellere, eicere, depellere:* ***α*** *acced. abl. separ. unde quis depellatur (possessione, bonis sim.) indicante* (*inde trsl. de statu quo quis publice utitur: infra l. 68*): PLAVT. Persa 566 -es tuo arbitratu homines fundis, familiis. Trin. 214 bonis ... hunc adulescentem ... suis ([omnibus *A*]. CIC. Quinct. 95. S. Rosc. 115 funditus [*opp.* convertit]. Verr. II 1, 93. 3, 100 aratores ... omnibus [II 3, 204]. *al.* LACT. mort. pers. 31, 6). Trin. 616 ut agro -at Lesbonicum, quando -tit aedibus. CIC. div. in Caec. 21 eos ... plane fortunis omnibus ([Verr. II 2, 43. 3, 16. 198 *aratores. al.*]. Verr. II 1, 135. Flacc. 11 omnes ... spoliatos, vexatos, f. -sos. *al.*). *cf. p. 1024, 43.* *translate (v. supra l. 60): quasi expellendo privare* (*v. p. 1026, 77*): CIC. Sull. 1 ita tulit casus ..., ut ... amplissimo honore ... invidiā ... *et* Autroni odio -retur. SALL. rep. 2, 4, 2 quein ... male faciundo ac dicundo dignitate alios, alios civitate -sum irent. ***β*** *acced.* ex (*nota lusum verb.; cf. l. 74*): AVG. civ. 2, 20 p. 78, 31 D. quisquis *felicitatem theatri* ... auferre temptaverit, eum ... multitudo avertat ab auribus, -at e sedibus, auferat a viventibus.

b *fores cardinibus, fere i. q. emovere (v. l. 79), effringere* (*de cardinibus mundi l. 78; pendet* a b: *infra l. 81*): SEN. Thy. 876 nos ... digni premeret quos -so cardine mundus? CLAVD. DON. Aen. 2, 490 p. 215, 30 (*ad* 'emoti ... cardine postes') cum Pyrrhus ... -endis foribus operam daret (*cf. ibid.* p. 216, 6. 7, 620 p. 92, 31 non solum ... *Iunonem* portas aperuisse, sed -isse postes ipsos a cardine [VERG.: 'cardine verso']. *cf. p. 1024, 45*).

2 *c. notione declinandi, deflectendi, detorquendi* (*huc pertinere vid.* AMM. 31, 13, 6 humus rivis operta sanguineis gressus

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

labiles -bat [*i. 'pedes gradientium declinabat' sc. e firmo vestigio et sic labiles reddebat; an ad I B 1 a, p. 1027, 54?*]. *cf. et p. 1026, 67*):
a *generatim*: *α corporali motu vel locali*: TER. Haut. 372 inversa verba, -sas cervices tuas, gemitus...abstine ([*v.* SCHOL. *ad l.*]. *cf.* FRONTO p. 234, 3 N. faciem defunctorum ... maeremus, os obseratum, oculos -sos, colorem undique deletum [*cf. et supra l. 1*]). TERT. anim. 17 p. 324, 16 (*de remo in aqua inflexo apparente*) teneritas ... substantiae ... prout icta seu mota est, ita et imaginem vibrans -it lineam recti. *β incorporali ratione: de translatione* (*opp.* vertere; *aliter p. 1027, 44*): HIER. adv. Rufin. 2, 19 p. 442^{c} conferte Origenis verba ... his, quae ab isto (*Rufino*) non versa sunt, sed -sa (*i. 'non accurate translata, immo detorta atque immutata'; opp* ad verbum transtuli). *de animo* (*syn.* declinare): VVLG. Dan. 13, 9 *senes* -erunt sensum suum et declinaverunt oculos suos (*aliter l. 33*).

b *speciatim ap. Eccl.: i. q. avertere a fide, religione, recta credendi via sim.; seducere* (*opp.* convertere *infra l. 21; i. q. seducendo decipere* [*acced.* seductione]: *infra l. 30. cf. Egger, Jahresh. österr. Arch. Inst. 18, 1915, Beibl. p. 258 adn. 3 et v. p. 1026, 41.* [*aliter p. 1028, 15*]): *α c. obi.*: Ⓘ *obi. sunt homines*: TERT. praescr. 42, 1 ethnicos; *opp.* convertendi ([*v. vol. IV 868, 63*]. PASS. Barth. 8 p. 148, 3 [a- *R*, ver- *P?*]; *gr. ἀπέστρεψα ... ὑπέ-*). ITALA Matth. 24, 24 (Tert. anim. 57 p. 393, 6) ad -endos ... electos (*πλανῆσαι*, VVLG. ut in errorem inducantur). HERM. Pal. mand. 6, 2, 4 servos dei (*καταστρέφοντα, item vulg.*). IREN. praef. 1 multos -unt attrahentes eos *eqs.* (*ἀνατρέπουσιν*). CYPR. epist. 60, 3 p. 694, 9. PRISCILL. tract. 1, 7 p. 8, 6 dubios; *syn.* deducunt (5, 84 p. 64, 4). *al.* CONC.^{S} I 3 p. 16, 18 corrigere -sos (*subst., v. p. 1026, 83; gr. τοὺς διεστραμμένους*). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 71, 21 Cyrillianos ... seductione ... ac muneribus omnes fere, ut ita dicamus, -isse (*gr. ἀπατήσαντας. cf. I 5 p. 378, 40* decepisse *et v. supra l. 18*). PASS. Barth. 8 p. 148, 3 (vert- *M, P?*; a- *R; gr. ἀποστρέψας*). PASS. Perp. 3 p. 64, 11 (a- *l. v.; gr. πείθειν*). *et al.* Ⓘⓘ *animum, mentem* (*aliter l. 14. p. 1031, 82*): ITALA Ezech. 13, 18 (Optat. 1, 2 p. 4, 12 *al.*) vae facientibus velamen ... ad -endas animas. animae -sae sunt populi mei *eqs.* ([*διαστρέφειν ... διεστράφησαν*, VVLG. ad capiendas ... caperent; *hebr. rad.* ץוד *'capere'. cf.* OPTAT. 1, 2 p. 4, 9 *ad h. l.* 2, 24 p. 61, 12 *al.*]. *v. et p. 1024, 55*). CYPR. epist. 52, 2 p. 618, 10 ad -endas fratrum mentes (OPTAT. 1, 2 p. 4, 7 [*ad Ezech. l. 34*] simplices. *al.*). ITALA Dan. 13, 56 (Lucif. Athan. 2, 10 p. 166, 9) concupiscentia -tit cor tuum ([*syn.* seduxit; *gr. deest verbum*, VVLG. sub-]. AVG. civ. 1, 27 p. 43, 7 D.). AVG. civ. 5, 23 p. 236, 9 D. *et al.*

β ad obi. acced. praep. ab: HERM. Pal. sim. 6, 2, 1 hic corrumpit mentes servorum dei -itque eos a veritate (*καταστρέφει ... ἀπό, vulg.* vertit). BARNAB. 2, 10 *nequam* nos a vita nostra (*ἐκσφενδονήσῃ ... ἀπό*).

D *motione saepius et tamquam imitus repetita vertere res, quae sub superficie quadam latent, infixae sunt sim.; i. q.* ***agitare, turbare, miscere,*** *sursum deorsum versare* (GLOSS. *v. p. 1026, 80. cf. et s. II, p. 1030, 13*): **1** *corporaliter sive localiter*: **a** *liquida* (*vi ventorum praeter infra l. 57 [de remigibus]; nota de peragitando decocto* [*c. praep.* ad]: *infra l. 63. cf. s. c [infra l. 79] et v.* PORPH. Hor. epod. 10, 5 [*ad* 'inverso mari'] quid est -so [in- *edd. a Fabricio*] mari? an contrariis fluctibus? ['*an* quid est ⟨inverso mari⟩? -so mari an contrariis fl.'*? Heraeus*]): VERG. Aen. 1, 43 *Pallas* disiecitque rates -titque aequora ventis (STAT. Theb. 5, 141 en validis spumant -sa lacertis aequora [*v. p. 1023, 27*]). OV. epist. 7, 42 adspice ut -sas (ad- *E*) concitet Eurus aquas ([*v. p. 1023, 27*]. PETRON. 123 v. 234 auster ... pulsas -tit aquas). SEN. Ag. 475 undique incumbunt simul rapiuntque pelagus infimo -sum solo (*sic A recte*, infimum -so polo *E*) *venti* (*cf. Soph. Ant. 590 κυλινδεῖ βυσσόθεν ... θῖνα κτλ. et v. infra l. 84*). epist. 4, 7 momento mare -itur (STAT. Theb. 5, 704). *nota* (*v. supra l. 52*): CHIRON 925 p. 277, 24 haec omnia ... decoques in cacabo novo, ad mellis grassitudinem -antur (*i. 'tamdiu peragitentur, dum mellis crassitudinem habeant'*).

b *solida, fere i. q. eruere, effodere*: *α versando, agitando aperire* (*arando l. 71*): ACC. trag. 400 Triton fuscina -ens specus *eqs.* ([*v. p. 844, 66*]. *cf. sim. de mole alqa. eruenda*: CATVLL. 66, 43 ille quoque -sus mons *Athos* est, quem maximum *eqs.* [*sc.* '*ferro effossus' per hyperbolen pro 'perfossus'; aliter p. 1027, 64. 72*]). VAL. FL. 7, 75 -so iacias (*Iason*) dum semina campo ([*v. l. 67*]. *cf.* AVIAN. fab. 28, 11 *bos* -sam pedibus dispergit harenam [*v. p. 1023, 27*]). *β versando egerere herbas* (*c. abl. instr.: l. 74; aliter p. 1028, 44*): PALLAD. 6, 4, 2 si quis lupinum stercorandi agri causa seminabit, aratro illum ... debebit -ere ([*Colum. 11, 2, 44* subvertit; *cf. Geopon. 3, 5, 7 σκάπτειν ... τέμνειν*]. *sim.* 9, 2. 10 tit., 9). PELAGON. 27 radicinas ipsas, quas plerumque aratrum -it (*gr. Hippiatr. II p. 88, 10 ἄγρωστιν ... οἱ γεωργοὶ τῷ ἀρότρῳ ἀποτέμνουσιν*).

c *de flexu corporis ab imo usque repetito* (*videtur imago ex usu q. e. sub a [supra l. 51] esse derivanda*): CVLEX 180 furit stridoribus *serpens*, ... flexibus -sis (-vex- *Γ*) torquentur corporis orbes (*ΓFS*, torquetur ... orbis *rell.; cf. Leo ad l.*).

2 *translate*: LVCR. 5, 163 dicere ... nec fas esse *a dis* ... fundatum *mundum* ... sollicitare ... nec verbis vexare et ab imo -ere summa ... desiperest (*i. 'ab i. usque ad s. vertere'; cf. Munro ad l. et v. p. 1029, 60. vix ad I A 1 b, p. 1027, 33*).

II *c.* ***delendi, perdendi, tollendi notione*** (*tam sensu plane destruendi [v. l. 25 sqq. p. 1031, 39. 1032, 42 al.; inde i. q. tollere, abolere: p. 1031, 60. 1032, 50 al.; extinguere: p. 1031, 43. 58 al.] quam funditus movendi, affligendi [syn. p. 1031, 35. 49. 1032, 22 al.], vexandi, perturbandi [v. p. 1031, 58. 82. 1032, 33] sim. [i. q. corrumpere, depravare: p. 1031, 45. 1032, 4. 13. 1033, 15]*). *audaciora: pass.* -i (*i. 'tolli'*) *fere i. q. 'desinere' p. 1032, 9 (pro dep. 'collabi' [aliter p. 1028, 6]: l. 52); alia v. p. 1031, 3. 1032, 12 (acced. dat. comm.). p. 1033, 20. ceterum monendum est propriam vel convertendi (commutandi; v. s. I A, p. 1027, 20) vel prosternendi et miscendi (v. s. I B. D, p. 1027, 50. 1029, 47) vim hic illic adhuc vigere* (*cf. e. g. infra l. 25 sqq. p. 1031, 36. 41. 1032, 18 sqq. 29 al. praeterea v. ea exempla, quibus opp. vocab. velut*: constituere [*l. 38. 78. p. 1031, 33. 76. 1032, 58. 83*], construere [*l. 59*], fundare [*p. 1032, 32*], stabilire [*p. 1032, 23*], stare [*l. 61. p. 1031, 68. 1032, 24*]; firmus [*p. 1032, 30. 71. 80*]. *al.*). *cf. et -ere alcis. rei* statum: CIC. rep. 1, 51 hunc optimum statum *rei p.* pravis hominum opinionibus -sum ([QVINT. inst 2, 16, 4 civitatium; *antea*: turbaverint]. TERT. anim. 17 p. 325, 12 totum vitae st. HIER. epist. 52, 11, 3 quidquid inebriat et st. mentis -it).

A ***proprie*** (*sc. corporali destructione*): **1** *c. plena vi delendi, i. q. excidere, demoliri, diruere, vastare sim.*: **a** *res*: *α urbes, aedificia, opera exstructa, arte vel manu facta sim.* (*nota* 'vasa baculis': *i. q. concutere infra l. 73. in imag. l. 75. cf. l. 70*): RHET. Her. 4, 27, 37 populus Romanus Numantiam delevit, Karthaginem sustulit, Corinthum disiecit, Fregellas -tit. CIC. Verr. II 2, 160 istius ... statuam (*ibid.* [*syn.* deiectae]. ad Brut. 1, 15 [9, 23], 9; *opp.* statuissemus [*ibid.*]. *et al.*). dom. 62 *villam* funditus. 101 domum meam (*ibid.* publicata ... et -sa [102]. 105. 147 [*opp.* aedificata]. har. resp. 39 *al.* OV. epist. 3, 36. *et al.* *cf.* FIRM. math. 3, 4, 17 p. 119, 16 numquam ... Mars d. suam -it [6, 31, 62 p. 165, 19; *opp.* tuetur. *cf. et p. 1031, 49*]). Sest. 35 urbem ... excisam et -sam (off. 1, 82 [*coni.* diripiendis]. *al.* VERG. Aen. 2, 746 OV. fast. 2, 689. LIV. 32, 33, 16 funditus -isse ac delesse. *al.* MANIL. 2, 596 *al.* SEN. contr. 10, 6, 2 [*opp.* servantur]. SEN. Tro. 41 ruinas urbis -sae. *al.* OROS. hist. 1, 16, 1 [*opp.* constituendo]. *et saepe*). har. resp. 6 *Carthaginem Scipio* (Tusc. 3, 54 *al.* PLIN. nat. 33, 57. *et al.*). Phil. 2, 107 bustum in foro. 4, 13 Numantiam; *syn.* exciderunt ([*cf.* fat. 27]. EVTR. 4, 17, 2 a solo. *et al.*). nat. deor. 1, 115 deorum ... templa et aras (t.: QVINT. decl. 323 p. 274, 10 -sis exustisque. SVLP. SEV. chron. 2, 30, 6 *al.* aras: SEN. dial. 7, 26, 5. ITALA iud. 6, 25 [Lugd.]; *καθελεῖς*, VVLG. destrues. AMM. 22, 11, 9 [*opp.* locatam]. *al.*). *al.* VERG. Aen. 9, 529 *turrem* Itali summa ... vi (LIV. 34, 29, 6. *et al.*). 10, 45 per -sae ... fumantia Troiae excidia (OV. fast. 1, 523 [*opp.* resurges]. SEN. Tro. 285. *et al.*). HOR. epist. 2, 2, 34 castellum ... praetor (*cf.* GREG. M. in Ezech. 1, 9, 9 p. 874^{A} urbes erutas, -sa castra). PROP. 2, 1, 29 -sos ... focos ... gentis Etruscae. LIV. 5, 53, 5 Romam (*opp.* restituere. *cf.* SIL. 17, 189 -sam ... excindere R.). 32, 16, 11 muri partem ... operibus hostium ([CVRT. 7, 2, 29. VVLG. Sirach 49, 15 qui erexit nobis m. -sos et stare fecit portas; *i.* '*collapsos*'. *gr. πεπτωκότα. v. l. 10. p. 1026, 83 al.*]. *cf.* VAL. MAX. 4, 1, 12 [*in compar.*] moenia nostrae urbis -sa sunt; *sc. Scipio interemptus* [SIL. 3, 2 Sagunti]). 31, 26, 12 diruere ... templa ac simulacra -ere (AVG. cons. euang. 1, 19, 27 p. 26, 9 -i ... -suiri [*B O*, aeversu∗ri, *eras.* i, *H*^{1}; *v. p. 1026, 75*]. *al.*). 35, 21, 5 Tiberis ... duos pontes, aedificia multa ... -tit. *al.* SEN. Herc. f. 998. Phoen. 557 Thebas (*antea*: erue. QVINT. inst. 5, 10, 111). dial. 5, 33, 1 civitates longo saeculorum labore constructas (*i.* '*urbes*'. *sic etiam*: ITALA iud. 9, 45 [Lugd.]; *τὴν πόλιν καθεῖλε*, VVLG. destructa. *al.* AVG. civ. 21, 24 p. 533, 29 D. [*opp.* stantibus ... moenibus]. *al. cf. p. 1032, 29*). *al.* LVCAN. 8, 490 -it ... arces respectus honesti ([*antea*: perit]. *cf.* SIL. 17, 375 *Scipio* servatas ... funditus arces *Carthaginis*). SIL. 6, 86 Sidonia tecta. INSCR. Notiz. archeol. 2 (1916) p. 155 (*in miliario imp Hadr., a. 118/19*) *Hadrianus* viam quae tumultu Iudaico -sa et corrupta erat, res(tituit) (CIL XII 107 [*a. 163*] vi torrentium e⟨v⟩ersas). CIL III 324 (*a. 285/305*) lavacrum thermarum Antoninianarum funditus -sum (IX 2338 [*ca. a. 350/60*]; *opp.* restituit). CAPITOL. Gord. 34, 5 *al.* AMM. 17, 7, 3 ... typhones suburbana funditus. *al.* VVLG. sap. 5, 24 (*alleg.*) malignitas ... sedes potentium. *al.* AVG. civ. 17, 23 p. 253, 29 D. Hierusalem (*al.*). *al.* COD. Theod. 16, 10, 18 (*a. 399*) aedes. *al.* PALLAD. hist. mon. I 42 p. 328^{B} (*gr. p. 148, 7 παρέδωκεν ἀπωλείᾳ*). *talia persaepe.* *nota* (*v. supra l. 26*): VEN. FORT. vita Pat. 5, 17 vasa ubi pulmentaria decoquebant, singula suis baculis -erunt. *per imag.* (*v. supra l. 26*): CIC. Catil. 4, 13 *Lentulus* ad -enda rei publicae fundamenta Gallos arcessit ([*sim.* Att. 1, 18, 3 ille annus duo firmamenta rei p. per me ... constituta -tit]. *cf.* SEN. Tro. 6 columen -sum occidit pollentis Asiae [*i. Troia*]. *al.*).

β loca culta, terras: i. q. vastare (*cf. et p. 1032, 17; aliter p. 1031, 9*): SEN. Herc. f. 934 nullus ... nive nutritus agros amnis -sos trahat (*cf.* COLVM. 1, 7, 6 *frumentarium fundum*; *syn.* vexant). VLP. dig. 2, 11, 2, 8 locum (*fort. et* QVEROL. p. 29, 4; *v. p. 1023, 43*). VVLG. Sirach 10, 19 terras gentium -tit dominus et perdidit ... us-

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

que ad fundamentum (*gr. 10, 16 κατέστρεψεν*). Oros. hist. 3, 8, 5 Atilius ... Liparam Melitamque insulas (6, 4, 2 Cretam).

b *aliquem* (*de bestia, i. q. discindere, dilacerare; nota opp.* convertere): Itala Matth. 7, 6 (Tert. uxor. 2, 5 p. 689 Oe.) ne *porci* conculcent ... *margaritas* et conversi vos quoque -ant (*στραφέντες ῥήξωσιν*, Vvlg. dirumpant).

2 *not. debilitata (latin. recentiore) i. q. damnum, detrimentum inferre, laedere* (*fere reparandum, restituendum. p. p. p. subst.: infra l. 14*): **a** *de bestiis agros, culturas sim. laedentibus* (*aliter p. 1030, 80*): Greg. Tvr. Franc. 7, 22 p. 305, 3 si expellebantur *equi* ab his, quorum -bant labores. Lex Burg. lib. const. 23, 5 ut quod porci -erint, componatur. 89, 1 ab animalibus et pecoribus *vineae. ibid.* ipsae vites. *al.* Lex Visig. 8, 3, 13 (*opp.* integer). *ibid.* quae a pecoribus -sa fuerint. *passim. inde* ēversum, -ī *n. pro subst. i. q. damnum* (*v. supra l. 9*): Svlp. Sev. chron. 1, 18, 6 si cuius pecora alterius sata depaverint, dominus pecoris -a restituet. **b** *de hominibus animalia domestica vexantibus*: Lex Burg. lib. const. 49, 4 caballos; *opp.* servatos (Lex Visig. 8, 3, 13 si quis caballum aut pecus [*v. l. 23*] alienum in vinea ... invenerit, non expellat iratus, ne ...-at. 8, 5, 7 c. suum vel animal [*v. l. 21*]. *al.*). 73, 1 aut periclitatum ... aut -sum animal aut debilitatum ([*anteced.*: damnum faciat; *cf. q. seqq.*]. Lex Visig. 8, 5, 7 errantia. *al.* [*v. et l. 20*]). Lex Visig. 8, 3, 13 si pecora, dum ... *iratus* expellit, -erit, domino ... damnum ... restituat (8, 4, 20 *al. v. et l. 19*). *talia passim.*

B ***translate*** (*c. respectu et rerum externarum velut condicionis, gradus, fortunae sim. et interiorum ut affectionis, animi, morum sim.*): **1** *latiore usu sc. quibuslibet modis perdere, affligere, conturbare sim.*: **a** *homines* (*deos infra l. 46*): *α singulos* (*refl. v. infra l. 49.* Avg. *v. p. 1026, 43*): Cic. Quinct. 74 per se adflictum atque -sum propinquum suum. Verr. II 2, 159. 3, 48 -sis funditus aratoribus (II 3, 77 [*seq.* adflicti, perditi]. II 3, 215; *opp.* sublevarat. *al.*). dom. 125 iura constituisti ... quibus in te conversis ... alios -re⟨s⟩. Phil. 14, 14 ego qui Catilinam haec molientem sustulerim, -erim, adflixerim. leg. 3, 24 Ti. Gracchum ... sublatus intercessor -tit (*seq.* perculit; *v. p. 1030, 14*). Cael. Cic. Att. 10, 9ª, 5. Cic. epist. 5, 2, 8 me ... non iudicio ... sed vi atque impressione. *al.* Val. Max. 5, 10, 3 se ... subrutum et -sum. *al.* Sen. Herc. f. 477 Euryti ... -si domus (*i. per hypallagen pro* '-sa d.'; *v. infra l. 49*). Tro. 416. 431 ne desit -sis metus (*pro subst.; v. p. 1026, 83*). Ivv. 10, 108 Crassos ... Pompeios, *Caesarem.* Tert. adv. Marc. 1, 22 p. 318, 18 funditus *antichristum.* Itala Ier. 17, 13 (Aug. c. Faust. 13, 16 p. 397, 18) -entur, quoniam dereliquerunt ... dominum (*i.* '*extinguentur*'; *ἐπὶ τῆς γῆς γραφήτωσαν*, Vvlg. in terra scribentur). Vvlg. Sirach 4, 35 (*aliter gr. 4, 30*). Avg. civ. 1, 33 p. 50, 13 D. (*syn.* corrumpi). cons. euang. 1, 27, 42 p. 42, 4 -sis dis aliis (1, 29, 45 p. 45, 3). *al.* Salv. gub. 6, 72. Prisc. Anast. 202 socios ... furtis. *et al. v. et l. 53.*

β hominum complexum, populum sim.: Cic. Deiot. 33 multos ... vexatos ..., multas adflictas et -sas domos (Liv. 40, 8, 11 se stirpemque suam, domos, regna funditus [*v. l. 30. p. 1032, 38*]. Phaedr. 3, 10, 50 a radicibus. Sen. Ag. 912 funditus [*seq.* occidunt]. *et al.* [*v. vol. V 1, 1985, 15 sqq. et cf. l. 39. p. 1030, 31*]). fin. 1, 43 cupiditates ... non modo singulos homines (*v. supra l. 30*), sed universas familias -unt (Sall. rep. 2, 3, 7 ab stirpe). Verg. georg. 1, 500 -so ... saeclo. Liv. 36, 34, 4 gentem (*al. v. infra l. 70*). Vell. 2, 115, 4 paene funditus *Delmatae* (*cf.* Sen. Tro. 532 Phrygibus ... -sis [863 *al.*]). Itala III reg. 18, 17 (Lucif. Athan. 1, 16 p. 95, 9) Israel (*ὁ διαστρέφων*, Vvlg. conturbas). Vvlg. I Macc. 7, 26 populum (*ἐξᾶραι*).

b *res*: *α varias incorporales* (*saepius i. q. tollere, auferre: v. l. 66. 72. 73. 79. p. 1032, 16 al.*): Enn. ann. 258 non semper vestra -it, nunc Iuppiter hac stat (*cf. Norden, Enn. u. Verg. p. 49*). Acc. trag. 366 summam gloriam -i sines tam desubito? Cic. leg. agr. 2, 50 hanc ... legem ad illius (*Pomp.*) opes -endas ... comparari (*cf.* Verg. Aen. 2, 603 divum inclementia ... has -tit opes [*sc. Troiae; cf. vs. 4* eruerint]. Cvrt. 8, 5, 6 regum. *al.*). Rab. perd. 2 in his rebus (*sc. auctoritate senatus sim.; cf. p. 1032, 63*) -endis (*cf.* off. 2, 3 utinam res p. stetisset ... nec in homines non tam commutandarum quam -endarum rerum cupidos incidisset! *al.* Verg. Aen. 3, 1 res Asiae Priamique ... gentem [*v. supra l. 55*]). Sest. 1 (*syn.* violarint, vexarint, perturbarint). Brut. 238 *Macri* si vita ... mores ... vultus ... non omnem commendationem ingeni -ret. fin. 2, 80. 3, 10 honestum ... quasi virtutis lumen extinxeris et virtutem penitus -eris (Sen. dial. 9, 15, 1). ac. 2, 31 totam vitam ... funditus (Tusc. 3, 58 Lact. inst. 3, 7, 3 *al.*). off. 3, 22 societas hominum et communitas -atur (3, 28 *a dis* constitutam. *cf.* Liv. 34, 31, 6; *syn.* violavi). Att. 11, 16, 2 (*opp.* correxit). ad Q. fr. 3, 2, 1 *al.* Lvcr. 3, 84 pietatem ([*F*, -e *rell.*]. Ps. Qvint. decl. 17, 2 p. 303, 4). Ov. met. 13, 623 non ...-sam ... cum *Troia* ... esse spem quoque (Qvint. decl. 267 p. 89, 20 adulescentiae ... cupiditatibus). Liv. 30, 30, 21 decora (30, 32, 4; *opp.* cumulaturi). 36, 15, 2 coeptă segnitiă (*cf.* Sen. nat. 4 praef. 15 propositum meum). Sen. contr. 1, 7, 17 quomodo animi magnis calamitatibus -rentur (*sim.* [*cf. p. 1030, 7*]: Tert. anim. 17 p. 325, 2 sensus. Dict. 3, 25 divinitus vobis -sa mens est [Avg. agon. 9, 10 p. 112, 22 ebrietas]. Vvlg. act. 15, 24 turbaverunt vos verbis -entes animas vestras [*ἀνασκευάζοντες*. Act. Petr. 15 non corrumpes a.... quas -bas et contristabas]. *al. aliter p. 1029, 14. 33*). Phaedr. 2, 4, 5. Sen. benef. 1, 10, 1 -sos mores (Tac. ann. 14, 20 abolitos paulatim patrios m. funditus). dial. 11, 13, 6 mala. *al.* Petron. 140, 6. Qvint. inst. 2, 17, 34 non -it opus rhetorice quod efficit ([*antea 30*: destruit; *seq.* solvit]. *cf.* Tert. adv. Marc. 3, 8 p. 389, 23 totum dei o.). Tert. pudic. 5 p. 227, 11 -endae pudicitiae. anim. 52 p. 385, 4 nihilo refert integram abire corporis navem an dissipatam, cum animae navigatio -atur (*v. p. 1030, 9*). adv. Prax. 29 p. 285, 12 ut *apostolus* duritiam pronuntiationis scripturarum auctoritate molliret et scandalum auditori -ret (*i.* '*demeret*', '*evitaret*'; *cf. p. 1030, 11*). adv. Marc. 4, 4 p. 429, 27 emendator ... evangelii a *Tiberio* usque ad *Antoninum* ... -si Marcion (*i.* '*corrupti*', '*adulterati*' *[v. p. 1030, 8]. sic etiam*: 4, 5 p. 432, 7 evangelii veritatem). *al.* Cael. Avr. chron. 4, 7, 96 bitumen ... saepe ... fastidium ingessit -so appetitu. *et passim.*

β rem publicam, imperium, territorium (*cf. p. 1030, 80*): Qvadrig. hist. 8 ad rem publicam -endam (Cic. Mil. 24. Phil. 10, 12; *opp.* conservandam. *al.* Qvint. inst. 8, 2, 9 [= Svet. Iul. 53; *verba Catonis*] Caesarem ... sobrium accessisse. *al.* Rhet. Her. 4, 28, 38 radicitus -isti [*seq.* deiecisti]. Cic. Verr. II 2, 132 leg. agr. 1, 19. Sest. 5 in ruinis -sae atque adflictae. 67; *opp.* servasset [*al.*]. Phil. 2, 52 [*syn.* deleri]. fin. 4, 65; *opp.* stabilire. off. 3, 4 plura brevi tempore -sa quam multis annis stante r. p. scripsimus [*cf.* Att. 15, 11, 4]. *al.* Liv. 23, 2, 4 [*opp.* incolumi]. *et passim* [*v. et p. 1030, 19. 76*]). Cic. div. in Caec. 7 populatae, vexatae, funditus -sae provinciae (Att. 5, 16, 2 in perditam et plane -sam in perpetuum pr. *al.* Bell. Afr. 26, 3 [*syn.* perire]. *et al.*). Verr. II 4, 76 funditus ... illam (*sc. Segestanorum*) civitatem (Pis. 57 [*syn.* perditae]. leg. 2, 39 totas. Lael. 23 quae tam firma c. est, quae non odiis ... funditus possit -i? *al.* Liv. 30, 16, 6 *al.* Ps. Qvint. decl. 12, 19 p. 235, 23; *opp.* servem. Plin. paneg. 34, 2 ne fundata legibus c. -sa legibus videretur. Pass. Theclae 9 p. 25, 1 [*Cabcd*; sub- *A*; commovet atque sollicitat *B*]. *al. et passim* [*v. et p. 1030, 59*]). off. 2, 80 Graeciam. Att. 9, 9, 2 perire melius esset in patria quam patriam servando -ere (Flor. epit. 2, 15, 9). Liv. 34, 4, 2 *luxuria* (*sim.*) omnia magna imperia -erunt (Val. Max. 2, 7, 13 Sen. epist. 91, 6. Tac. hist. 1, 30 vitia ... -ēre i. *al.* [*aliter infra l. 67*]). Octavia 816 *Achilles* regna -tit Priami (Sil. 3, 590. *v. et p. 1031, 50*). Tac. hist. 1, 50 prope -sum orbem ... sed mansisse ... imperium (Clavd. 5, 19). Clavd. 5, 424 -sis ... Rufinum divide terris. *et al.*

γ rem familiarem, pecunias (*aliter p. 1033, 20*): Cic. Quinct. 53 hominis propinqui fortunas funditus. Ps. Qvint. decl. 13, 12 p. 257, 23 credo depopulatos agros -sosque (vers- *BV*) reditus. Vlp. dig. 47, 6, 1 pr. ne ... *servi* -ant domini patrimonium (Amm. 16, 8, 8. Cod. Theod. 8, 5, 7 [*a. 354/360*]. *cf.* Cypr. eleem. 19 p. 388, 10 [*alleg.*] p. deo creditum ... *non* calumnia ... forensis -it). Lampr. Alex. 20, 4 aerarium (*fere i. q.* '*exhauriret*'). Cod. Theod. 12, 1, 14 (*a. 326/353*) decurio -ens fiscalia commoda (*v. adn. crit.*).

2 *strictiore usu*: **a** *i. q. vim, auctoritatem tollendo irritum reddere, resolvere, infringere*: *α in universum*: Ⓘ *incorporalia: varias res, quales ad instituta publ. vel privata (iure, legibus sim. sancta) pertinent*: Cic. Verr. II 2, 46 -e leges, testamenta (*v. infra l. 69*), voluntates mortuorum, iura (*v. infra l. 58*) vivorum (Catil. 1, 18; *syn.* perfringendas. prov. 46; *syn.* perditae. Phil. 1, 19 [*opp.* defenditis]. Liv. 3, 55, 4 consularem l. ... decemvirali potestate. *et al. cf.* Vlp. dig. 37, 14, 16 pr. legis praeceptum). Verr. II 3, 21 cum haec *iura* essent ita constituta *decumano*, Verres ... inventus est, qui haec non commutaret, sed -ret (*cf.* Qvint. decl. 341 p. 346, 8 publicum. Gaivs dig. 40, 9, 3 aut -ere aut minuere i. electionis. *v. l. 55*). dom. 41 pontifices et ... augures ... tribunatum tuum (*cf.* Sall. or. Lep. 23 tribuniciam potestatem [Liv. 4, 42, 6 *al.*]). Mil. 90 *curiam i. auctoritatem senatus* (*cf. p. 1031, 67*). Sall. rep. 2, 13, 3 utei libertatem -sam restituas. Liv. 8, 30, 11 maiestatem dictatoriam et disciplinam militarem a magistro equitum victam et -sam (8, 34, 3). Tac. ann. 16, 22 imperium (*i. dominationem imperat.; seq.* perverterint [*cf. supra l. 36*]). Gaivs dig. 38, 2, 7 iudicium; *opp.* comprobare (Vlp. dig. 29, 4, 4, 1). Cod. Iust. 3, 28, 35 pr. totam observationem testamentorum ([*opp.* tuetur]. *cf.* 6, 28, 4, 1 filius ... testamentum -bat [*ibid.* 6, 28, 4, 6]. *v. supra l. 54*). 8, 55, 10, 1 donationes (*opp. antea*: firmas illibatasque). Ⓘⓘ *vim corpoream* (*in re bell. de machinis ita tollendis, ut nil iam valeant*)· Vitr. 10, 16, 2 machinationes *oppugnatoriae hostium* ... ex tempore sollerti consiliorum celeritate sine machinis saepius -untur.

β peculiariter: adversariorum dicta, sententias, praecepta sim. argumentando, contra dicendo, disputando (inde ipsos adversarios p. 1033, 11); i. q. refutare, dissolvere sim.: Cic. Mur. 29 vestra responsa atque decreta ...-untur saepe dicendo (*opp.* firma esse). de orat. 2, 161 *Carneades* nullam umquam in ... disputationibus rem defendit, quam non probarit, nullam oppugnavit, quam non -erit. orat. 122 sua confirmare, adversaria -ere. fin. 1, 25. ac. 2, 15 Arcesilas ... constitutam philosophiam (*inde* Lact. inst. 3, 6, 7). 2, 18 ut retineamus eam definitionem, quam Philo voluit

[K.-M]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-ere. *al.* SEN. epist. 94, 21. QVINT. inst. 7, 2, 12 ita -so quo defendimur *eqs.* 7, 3, 23 *finitio* duobus generibus -itur, si *eqs. al.* TERT. anim. 24 p. 340, 7 totum illud pariter . . ., cui *eqs.* IREN. 1 praef. 2 *sententiam* (*gr.* *ἀνατρέπειν*). LACT. inst. 2, 8, 50 quia *Epicurus* nihil novi potuit reperire, ut . . . dissentire a ceteris videretur, vetera voluit -ere. 2, 8, 54 providentiam divinam (*syn. antea*: tollere). *al.* FIRM. math. 1, 1, 3 p. 5, 2 disputationum argumentis vim totam divinitatis (*cf.* AVG. civ. 5, 9 p. 202, 27 D.). AVG. civ. 10, 11 p. 418, 20 D. c. Cresc. 2, 33, 41 p. 400, 18 quid ingeram, quod vestrum -at et absumat errorem (c. Petil. 1, 26, 28 p. 22, 2 *al.*). *al.* BOETH. in top. Cic. 5 p. 356, 38 id quod praecesserat (*opp.* confirmetur). *et al.* *ipsum hominem* (*v. p. 1032, 77*): QVINT. decl. 388 p. 439, 5 dum -ere vis testem, alterum dedisti. AVG. c. Pelag. 4, 6, 15 p. 536, 26 nihil sic -it Pelagianos dicentes *eqs.*

b *t. t. med. de vitiando stomacho* (*cf. p. 1025, 72*): PHILVM. med. 1 p. 105, 8 *cholerico umore in ventre congregato* stomachus -itur *eqs.* CAEL. AVR. chron. 1, 4, 127. 132 *medicamen* quod st. -it. ORIBAS. syn. 4, 19 p. 22 (*Aa, La*) *de cacostomachis*: fenus grecus -it st. et sesamus similiter (*gr. p. 171, 11* *ἀνατρέπει*).

c *i. q. dilapidare (syn. l. 22), prodige uti* (*cf. p. 1026, 40; aliter p. 1032, 42*): COD. Theod. 12, 6, 1 (*a. 321*) siquem susceptorem -isse constiterit rationem *eqs.* (*syn. postea*: dilapidavit).

deriv.: eversio, everso, eversor, eversus; *?* evertibilis.

ēverv- *v.* everb-.

[GLOSS. V 499, 12 **ēvescor** excomedo (*v.* eviscero).]

ēvestīgiō *v. s.* ex *p. 1091, 53.*

ēvestīgo, (-āvī), -ātum, -āre. *ab* ex *et* vestigo. GLOSS. II 303, 45 *ἐξιχνεύω* exvestigo, indago, investigo. *i. q. investigare*: SEN. contr. 2, 1 (9), 7 *Crassus* post -ta illa fugitivorum arma urbis Romanae divitissimus. [OV. met. 15, 146 (e- *codd. aliquot recc.*) *v. s.* investigo.]

[**euēthēn** AMM. 22, 8, 33 (*trad.*) *nunc gr. εὐήθη ed.*]

PS. SORAN. quaest. med. 198 p. 267, 35 quid est **euexia**? (*i. εὐεξία*). bona aut proba valitudo vel habitudo corporis *eqs.* (*opp. 199* cachexia).

MART. CAP. 8, 816 sicubi . . . circulos perhibebo, ideali quadam prudentia . . . dispensetur. sicque habeatur, cum **ēvexum** (-im R^1, vex- L^1) devexumque (*opp.*) mundum dixero, cum similis cunctis suis partibus sit sublimeturque *eqs.* (*i.* '*rotunda specie sursum directum*'). [*var. l.: v. p. 1029, 81.*]

eufr- *v.* euphr-.

POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 544, 9 (*inter natantia*) corvus. pardus. delfin. **euga.** congres *eqs.* ('euca' *accipit Schuchardt, Zschr. Roman. Phil. 30, 1906, 720 et cft. c.* 'nüneuke' *i.* '*Neunauge*').

eugae *v.* euge.

PLIN. nat. 27, 82 glaux *herba* (*v. app. cr.*) antiquitus **eugalacton** (erg- *RE, i. εὐγάλακτον*) vocabatur, cytiso . . . similis *eqs.* *K.-M.*

✖**euge** *interiectio, εὖγε.* *producitur ultima syllaba: in arsi*: PLAVT. Most. 260 TER. Andr. 345. *in thesi*: PLAVT. Bacch. 1105, *ita ut Richter (Studemund Stud. I 516 sqq.) et Lindsay (ubique in edit. Plaut.) scripturam* eugae, *quam praebet Plauti cod. A sexies (v. l. 78. 84. p. 1034, 11 [ter]. 13), cod. B semel (v. p. 1034, 15), praeferant. at v. Walde-Hofmann, Et. Wb. s. v.* eu. *de notione*: GLOSS.^{L} III Abol. EV 16 -e: laetus (-tantis *?*); alibi 'va', sed hoc duabus partibus Donatus, sive in bona sive in mala (*v. adn.*). 19^{a} -e: laudatio sive salutatio (*cf.* IV Plac. E 5). V Aa E 607 -e: vox bona praeclara. GLOSS. bene. gaude. *al.* DIOM. gramm. I 419, 9 laudantem ut -e. GRAMM. suppl. 218, 15 SCHOL. Hor. Vind. ars 328, *v. p. 982, 24. cf. p. 1034, 17. 18. 28. 29.* NOT. Tir. 119, 43 -e. 119, 44 -e, -e. *legitur ap.* PLAVT., TER., PERS., MART., GRAMM., QVEROL., VVLG. (*inde ap. Eccl.*), MART. CAP., ENNOD., INSCR.

[*variat c.* fuge (-ae): *v. l. 84. p. 1034, 9. 13. falso trad. pro* fugae: PLAVT. Asin. 555 (*corr. Buecheler*). *probabiliter leg.* fige: ITALA Is. 54, 2 (Hesych. in lev. 25, 31 p. 1125^{C}) -e, non parcas (*πῆξον, μὴ φείσῃ*, VVLG. ne parcas); *cf. ibid.* (Hier. in Is. 54, 2 p. 516^{C}) pelles aulaeorum tuorum fige, ne parcas. CIL IV 1909 *suppl. Zangemeister* (*cf. p. 1034, 6*). PETRON. 58, 3 eug' euge *ex* geuge *coni. Thomas, Stud. z. lat. u. gr. Sprachg. 1912, p. 110* (*cf. vol. VI 2, 1973, 7*).]

interiectio gaudentis, approbantis sim.; fere i. q. eu, recte, bene (*fusius tractat Richter loco l. 50 allato. iteratur: v. infra l. 82. p. 1034, 9. 15. 31. 32. al. acced. adv.: v. infra l. 75. 82. 83 al. seq. vocat.: v. l. 78. 80 al.* [*fort. dat.: v. p. 1034, 32; ? acc. exclamat.: v. l. 76*]. super: *v. p. 1034, 34*): **1** *in universum* (*ironice e. g. p. 1034, 1*): **a** *absolute*: PLAVT. Amp. 802 quid postquam lavi? :: accubuisti. :: -e optime. nunc exquire. Bacch. 991 adero. :: ⌊-e (eu *CD*). litteras minutas!⌋ :: qui quidem videat parum; verum, qui satis videat, grandes satis sunt (⌊ ⌋ *sine distinctione Leo, Lindsay*) Epid. 356. Merc. 283 Lysimache, salve. :: -e (-ae *A*) Demipho, salveto (*cf. de salutantibus*: Most. 1076 Stich. 660. TER. Andr. 345 o Pamphile, te ipsum quaero. -e [*v. supra l. 49*], Charine! [*cf.* SCHOL. Ter. p. 84, 3 -e: salve, vox salutantis]). Mil. 241 apud ⟨te⟩ eos hic devortier dicam hospitio. :: -e, -e, lepide, laudo commentum tuom. 967. Most. 587 iam hercle ego illunc nominabo. :: -e strenue. Persa 557 (-ae *A*). Pseud. 323 (fuge *A*). 712 *al.* PERS. 1, 49 recti finem . . . esse recuso '-e' tuum et 'belle' (*cf.* PRISC. gramm. II 552, 9). 1, 75 -e poeta. 1, 111 -e omnes, ⟨omnes⟩ bene, mirae eritis res (*distinxit post* bene *Buecheler*). 5, 167. MART. 2, 27, 3 effecte! graviter! cito! nequiter! -e! beate! MART. CAP. 8, 809. ENNOD. carm. 2, 60, 7 -e vetustorum reparator, perge, novorum conditor. CIL IV 1590 (*Pompeiis*) -e Issa (1591. *cf.* 1592 ⟨G⟩enialis -e). XI 259, 3 -e, Simon Petre, et . . . suscipe munus (10). *et al.*

b *acced. sententia, qua quasi explicatur -e*: PLAVT. Aul. 677 -e, -e (fuge fuge *cod., corr. Camerarius*), di me salvom . . . volunt (*cf.* Rud. 1037). Bacch. 1105 -e (*v. p. 1033, 49*), socium aerumnae . . . video. Epid. 9 -e (-ae *A*), corpulentior videre. 493 -e, -e (-ae, -ae *A*), Epidice, frugi es. Mil. 213. Most. 312 Callidamates . . . incedit. -e, oculus meus, conveniunt manuplares eccos (*cf.* 686 [-ae *A*, fuge *P*]. Poen. 576 [ecce *P*]. Truc. 503 [*v. adn. crit.*]). 638. Persa 90 me dicit, -e (-ae *B*). 462 -e, -e, exornatu's basilice (*cf.* QVEROL. p. 9, 8). Rud. 164. Truc. 186 *al.* TER. Ad. 911 pater lepidissime. :: -e, iam lepidus vocor (*cf.* SCHOL. Ter. p. 121, 27 -e: secum. congratulantis est). Haut. 677 -e habeo optumam *rationem* (SCHOL. Ter. p. 121, 27 -e: exultat). TERT. adv. Marc. 4, 17 p. 474, 22 -e, Marcion, satis ingeniose detraxisti illi pluvias et soles, ne creator videretur. QVEROL. p. 21, 23. 24, 9. HIER. epist. ed. Morin (Bull. d'anc. litt. 3, 1913) p. 56, 73. VVLG. Matth. 25, 21 (= 25, 23) -e serve bone, . . . quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam *eqs.* ([*gr.* *εὖ*. Luc. 19, 17, *gr.* *εὖγε*]. *citant*: PAVL. NOL. epist. 34, 3 p. 305, 15 *al.* EPIST. pontif. 388 Conc.^{S} I 2 p. 94, 14. *et al.*). CYPR. GALL. gen. 615. ENNOD. epist. 2, 28, 2 p. 70, 3. *v. et Hofmann, Umgangsspr., p. 27.*

2 *spectat ad insultationem inimicorum* (*cf.* HIL. in psalm. 69, 3 p. 343, 8 -e -e . . . inridentium vox est *eqs.* CASSIOD. in psalm. 39, 20 p. 293^{C} -e verbum quidem praeconiale est; sed cum recto animo non profertur, ad derisionem trahitur inferendam): VVLG. psalm. 34, 21 dixerunt (*sc. adversarii*): -e, -e, viderunt oculi nostri (34, 25 non dicant in cordibus suis: -e, -e, animae nostrae [הֶאָח פִּשֵׁנוּ:; *dat.* *τῇ ψυχῇ LXX; v. p. 1033, 72*]. 39, 16. 69, 4. Ezech. 25, 3 dixisti: -e, -e super sanctuarium meum, quia pollutum est. 26, 2. 36, 2. *cf.* AVG. in psalm. 24, 3 p. 184$^{p.\,med.}$). *Burckhardt.*

GLOSS.^{L} V Aa E 604 **eugenēs** (*i. εὐγενής*) nobilis seu nobilitas eugenīa (*εὐγένεια. cf.* I Ansil. EV 127 nobilis Graece, Eugenia ergo nobilissima. *v. l. 51 et cf. Onom.*). Corp. E 333 -es nobiles (nobilis *leg.*).

eugeneus, -a, -um. *ab* **εὐγένειος* (*cf.* *εὐγενής, εὐγένεια*). -eus: CATO *l. 45* (*inde* VARRO *infra l. 46; at* PLIN. *in eiusdem loco afferendo* -i-; *v. l. 46*). -ius: COLVM. *l. 48.* PLIN. *l. 49. 50* (*cf. et l. 41*). *i. q. nobilis, generosus* (*nonnisi de vino, vite; cf. nominis explicationem*: PLIN. *l. 49*): CATO agr. 6, 4 Aminnium *vinum* minusculum et geminum -[a]eum, helvolum minusculum conserito (*inde* VARRO rust. 1, 25, 1. PLIN. nat. 14, 46 -ium; *v. l. 41*). COLVM. 3, 2, 16 frigidum ac roscidum solum . . . commodissime sustine⟨n⟩t -iae (-aginiae *SA; v. p. 992, 36*) *vites*, cum sunt in Albano colle (PLIN. nat. 14, 25 -iam *vitem* Tauromenitani colles cum generositatis cognomine [*v. l. 44*] misere Albano . . . agro *eqs.* 14, 26 -ia *v.*).

GLOSS.^{L} Corp. E 343 **eugenīa** (*εὐγένεια*) nobilitas (*v. et l. 37*). *K.-M.*

eugepae *interiectio. de origine v. Walde-Hofmann, Et. Wb. s. v.* eu. *fusius tractat Richter, Studemund Stud. I p. 526. exclamatio gaudentis, fere i. q. eu, euge* (*ironice e. g. l. 56. 59*): PLAVT. Amph. 1018 sed aedis occluserunt. -ae, pariter hoc fit atque ut alia facta sunt. Capt. 274 -ae, Thalem (euge petalem [*unde* euge potalem P^{E}] *cod.*) talento non emam Milesium. 823. Merc. 626 di sciunt culpam meam istanc non esse ullam. :: -ae (euge papae *B*), deos absentis testis memoras. Pseud 743 Rud. 170. 437 -ae, salvos sum. Stich. 381. *cf. Hofmann, Umgangsspr. p. 27.* *Burckhardt.*

eugīum, -ī *n.* *ab* **εὐγεῖον* (*εὔγειον, cf. Walde-Hofmann, Et. Wb. s. v.*). *de membro muliebri, vagina* (*cf.* NON. p. 107, 26 -um media pars inter naturalia muliebria [*inde* GLOSS. V 641, 24]. *v. Goldberger, Glotta 18, 1930, 58*): LVCIL. 940 (*in vs. corrupto*) Hymnis sine -o ac †destina (*cf. Marx ad l.*). LABER. mim. 25 quare tam arduum ascendas? †an concupisti -um scindere? 140 quae deleritas vos suppolitores facit †cum cano -o puellitari?

AMBR. in psalm. 118 serm. 16, 42, 2 p. 374, 20 *topazion lapis* est . . . quodam genitali opere naturae **euglyphus** (-f- *AGMPR*, -glif- *NOT; i. εὔγλυφος*), hoc est bene insignitus atque mirabilis.

euhagēs. *ab εὐαγής? (ab Amm. errore lectum pro οὐάτεις i.* 'vates' [*sc.* ΕΥΑΓΕΙC *pro* ΟΥΑΤΕΙC]). -is *nom. pl. (sic trad.*; -es *Clark): l. 79*; -is *acc. pl.: l. 78.* *de certis Gallorum iuxta bardos (v. l. 79) et druidas (? v. l. 78) viris venerabilibus* (*cf. Ihm, RE V 1737, 29 sqq.*): AMM. 15, 9, 8 (= TIMAG. frg. 3 II p. 320, 25 sqq. J.) viguere studia laudabilium doctrinarum, inchoata per bardos et -is et dry⟨si⟩das (*?*, dratis *cod.; cf. vol. V 1, 2070, 81*). *ibid.* bardi *eqs.*, -is . . . scrutantes †serviani et sublimia naturae pandere conabantur. *K.-M.*

euhān, *εὐάν* (*εὐ ἄν*). *vox bacchantium*: ENN. scaen. 125 pariter -n ⟨euhoe euhoe⟩ euhium . . . iuvenum coetus alterna vice inibat (*affert* CHAR. gramm. p. 314, 9 sqq. B. *propter* euhoe [*suppl. Fabricius*; pariter euchoe neucheum *C*]). NOT. Tir. 106, 3. *v. Onom. s. v.* Euhan. *[Burckhardt]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

euhāns, -ntis. [*ab* euhān *more participiorum formatum. W. (cf. Walde-Hofmann, Et. Wb. s. v.).*] *scribitur*: euan-: CATVLL. 64, 391, *v. l. 9.* SERV. Aen. 6, 517 *ASRH, v. l. 12. al.* (h)euuan-: OPT. PORF. 27, 6 *QWv, v. infra l. 17.* SERV. Aen. 6, 517 *C. al.* *?* heuan-: APVL. met. 8, 27, *v. adn. crit.* GLOSS.^{L} V Aa E 583 -is (-es): furientes vacantes (baccha-). [APVL. met. 4, 8 *coni. Heinsius.*] *i. q. gr. εὐάζων 'euhan' clamans (pendet acc.: l. 11 [i. fere 'orgia celebrantes', v. Norden ad l.]. latiore sensu fere i. q. furens v. l. 14)*: CATVLL. 64, 391 Liber ... Thyiadas effusis -īs crinibus egit (PROP. 2, 3, 18 -es [eufau-, eu *ex* en *F*] dux Ariadna [*v. adn. crit.*] choros). VERG. Aen. 6, 517 *Helena*, chorum simulans, -īs orgia circum ducebat Phrygias (SERV. *ad l.* -is Phrygias: aliter non stat versus. '-es' autem bacchantes a Libero, qui Euan dicitur [*cf.* PRISC. gramm. II 220, 1]). SIL. 1, 101 non ille (*Hannibal*) -is Massylae (*i. Libycae vatis*) palluit iras. APVL. met. 8, 27 *deae Syriae sacerdotes* -es exsiliunt incitante tibiae cantu lymphaticum tripudium. OPT. PORF. 27, 6 -īs Satyros.

CIL VI 180 Romuli, **euhēmerī** (*i. εὐημέρει, 'bonam vitam agas'. cf. Dessau 3703 adn. et v. p. 1005, 68. 73*).

CIL IX 686 Dianae **eu⟨h⟩ierō** (-miero *trad.; i. εὐιέρῳ 'sanctissimae'*) templum cum ara L. P(ublius) *eqs.*

euhius, (-um *et* -on, *v. l. 24*) *v. Onom. s. v.* Euhius. *acc. pro mera exclamatione bacchica adhibitus esse videtur*: ENN. scaen. 125 *v. p. 1034, 82.* NERO carm. frg. 3 M. -on ingeminat. *cf.* OV. ars 1, 563, *v. l. 44.*

euhoe, *εὐοῖ (εὐ οἱ).* *scribitur* euhe, euohe, heuhoe, euoe *al., v. l. 37. 39. 43 et cf. Neue-Wagener, Lat. Formenl. II^{3} 995.* PRISC. gramm. III 91, 4 sonituum illiteratorum imitationes, ut risus 'ha ha hae' et 'phy' et '-oe' et 'au'. 91, 27 proprie ... voces interiectionum primitivae sunt, ut 'papae, ... -oe, ohe'. GLOSS. *ἐπίφθεγμα εἰς Διόννσον.* *vox bacchantium (v. infra l. 38. 45.* PROB. inst. gramm. IV 146, 5 aut bacchamur, ut puta '-oe'. *extra verborum consecutionem ponitur: infra l. 36)*: ENN. scaen. 125 *v. p. 1034, 82.* PLAVT. Men. 835 -oe atque -oe (*Lindsay*; eubi [eum *B*^{1}] atque heu *cod.*; -oe, Bacche, *Richter, Leo*; euhan -oe *Heraeus in schedis*) Bromie. CATVLL. 64, 255 quae (qui *V*) ... furebant -oe bacchantes, -oe capita inflectentes (euche *codd. utroque loco*). VERG. Aen. 7, 389 -oe (euhie SCHOL. Hor. carm. 2, 11, 17) Bacche fremens ([SERV. *ad l.* vox bacchantum est]. OV. met. 4, 523 [euhe *fere codd.*]). HOR. carm. 2, 19, 5 *sqq.* -oe ... mens trepidat metu plenoque Bacchi pectore turbidum laetatur! -oe, parce Liber ([*inde* IVV. 7, 62 satur est cum dicit Horatius '-oe', *quem vers. citat* SIDON. epist. 8, 9, 1]. PRISC. gramm. III 73, 18 Horatius in carminibus: heu hoe Bacche precor). OV. ars 1, 563 pars clamant Euhion, '-oe' (3, 157). met. 6, 597 (*v. adn. crit.*). PAVL. NOL. carm. 19, 281 -oe, Bacchi sonum, ... imitantur. *Burckhardt.*

ēvibrisso, -āre. *ab* ex *et* vibrisso. TITIN. com. 169/170 si erit tibi cantandum, facito usque exvibrisses (*cf. Paul. Fest. p. 370* vibrissare est vocem in cantando crispare; *seq. vs. Titinii*).

ēvibro, (-āvī, -ātum), -āre. *ab* ex *et* vibro. **1** *proprie i. q. extra, foras vibrare, torquere*: AMM. 24, 4, 16 scorpiones ... rotundos lapides -bant. **2** *trslt. i. q. excitare (syn. l. 53), instigare, pellere (acced.* ad *l. 55)*: GELL. 1, 11, 1 Lacedaemonios ... *tibiis* ... in proeliis ... usos ... non ... ut excitarentur atque -rentur animi *eqs.* (*opp.* moderatiores modulatioresque). AMM. 14, 1, 10 *Thalassius* eum (*Caesarem*) ad rabiem potius -bat (*opp.* mitigabat; *seq.* Caesar ... efferatus).

✖**ēvictio,** -ōnis *f.* *ab* evincere. *i. q. actio evincendi*: **1** *t. t. iur., i. q. vindicatio vel recuperatio rei alcis., quam quis emptor a venditore quodam (non domino) acquisierat, per iustum dominum (saepius in locum vocis q. e.* 'auctoritas' [*sc. ea quae est venditoris rem quamcumque mancipantis*] *supponi vix mirum, quia ex hac ipsa notione originem duxisse videtur. de re cf. Mommsen, Ges. Schr. III p. 462. 568; Leonhard, RE V 2538, 22 sqq. s. v. emptio; E. Rabel, Haftung des Verkäufers wegen Mangels i. Rechte [1902]. et al.* *legitur saepe in* DIG. *inde ab* IAVOL., NERAT., *semel* COD. Theod. [*v. infra l. 81*], *crebrius* COD. Iust. *cf. imprimis* DIG. 21, 2 de -bus. COD. Iust. 8, 44): IAVOL. dig. 21, 2, 60 quantum venditorem pro -e praestare oporteat (NERAT. dig. 21, 2, 48 ob ... -em id praestari debet. *al.* POMPON. dig. 13, 7, 8, 1 si ... mancipia ... quaedam ... ita vendiderit creditor, ut -em eorum praestaret. PAPIN. frg. Vat. 12 -is securitatem. VLP. dig. 19, 1, 10 duas -es. COD. Iust. 2, 23, 1 [*a. 194*] periculum -is. *al.*). *ibid.* nihil venditor praestabit praeter simplam -is nomine (CELS. dig. 21, 2, 10. *saepe.* COD. Iust. 8, 44, 30; *a. 294. al.*). CELS. dig. 21, 2, 62, 1 de -e obligatio (*cf.* AFRIC. dig. 21, 2, 46, 1 -is o. contrahit. *al.*). 21, 2, 62, 2 de -e actio (*al. cf.* PAPIN. dig. 21, 2, 66, 1 pro -e. *al.* 41, 2, 49, 2 -is a. *al.*). IVLIAN. dig. 21, 2, 39 pr. sibi ... de -e stipulationem ... dari (*al. cf.* SCAEV. dig. 21, 2, 69, 3 -is st. contrahi. *al.*). GAIVS dig. 21, 2, 6 pro -e caveri (*al.* VLP. dig. 7, 6, 5, 5 de -e. *al.*). MARCELL. dig. 17, 1, 49 de iure -is ... quaesitum est. PAPIN. dig. 21, 2, 66, 2 damnum -is ad personam pertinuit emptoris 21, 2, 67 post -em servi. *et passim* (*v. V. i. R.*). COD. Theod. 13, 6, 6 (*a. 372*) nisi maluerint hi ... onus agnoscere ... -is ac melioratae rei ... inspectione habita. COD. Iust. 7, 37, 3 pr. vel -is vel alterius inquietudinis gratia. *saepius* (*v. ind. Cod. Iust.*). *translate*:

AVG. gest. Pelag. 8, 21 p. 74, 11 non ... natura ... nec legis scientia, per quam fit concupiscentiae cognitio, non -o (e vitio *UF*) liberat a corpore mortis huius sed gratia domini.

2 *i. q. devictio (cf.* GLOSS. -o *ἐκνίκησις)*: PHILOCAL. fast. Oct. 28 (CIL I^{2} 1 p. 274) -o tyranni (*pertinet ad Constantini de Maxentio victoriam a. 312 reportatam*). *K.-M.*

✖**ēvidēns,** -ntis. [ex *et* videri. *W.*] *abl. sing. ubique* -i *excepto* -e PLIN. nat. 37, 44 -e causa (*BFh*, -ta *d*, videntur *rell.* [*mutatis praeced. verbis*]; -i ⟨de⟩ c. *dubitanter Mayhoff*). *compar.*: CIC. nat. deor. 2, 5 Lael. 27 LIV. 44, 41, 6. *et al.* *superl.*: LIV. 8, 9, 12 VAL. MAX. 1, 6, 11. 3, 2 ext. 9. *et saepe.* *adv.* evidenter *v. p. 1037, 55.* *de notione*: SYNON. Cic. Char. gramm. p. 416, 17 B. aperta ... -ia. p. 422, 21 dilucida -ia. GLOSS.^{L} II Abav. EV 13 apertum, patens, extensum, efficax (V Aa E 616). Philox. EV 13 *πρόδηλος, φανερός, ἐναργής.* NOT. Tir. 25, 44. *redduntur e Graeco: δῆλος: v. p. 1037, 36. ἐμφανής: v. infra l. 34. ἐναργής: v. l. 43. 78. ἐπίδηλος: v. infra l. 75. ἐπιφανής: v. infra l. 28. ἐνεργής*: VVLG. I Cor. 16, 9 ostium ... mihi apertum est magnum et -s (*inde* PELAG. in I Cor. 16, 9 p. 227, 20 S.). Philem. 6 communicatio fidei. *legitur non nisi in pedestri sermone inde a* CIC., *deest e. g.* CAES., TAC.; *frequentant* ICTI. [*var. lect.*: PS. VARRO sent. 46 G., *v. p. 426, 55.* *falso trad., ut vid.*: APVL. Plat. 2, 26; *v. p. 1038, 25.*]

i. q. cerni potest: **I** *proprie: de iis fere rebus, quae visu (gustu: l. 29) percipiuntur*: CELS. 4, 1, 13 abdomen ... ab exteriore parte -i cute, ab interiore levi membrana inclusum. PLIN. nat. 11, 100 in quo (*sc. in muscarum genere*) lingua -s fistula est. 11, 219 arteriarum pulsus in cacumine maxime membrorum -s. 11, 235 papillas (*Aristot. hist. an. 13 p. 504^{b}, 23 ἐπιφανεῖς*). 13, 43 pomum ... a ceteris generibus distans sapore quodam ferinae (*sc. carnis*) in apris -issimo (*v. adn. crit.*). 19, 110 incisuris eius (*i. folii*) -bus (*opp.*: levioribus). 21, 104 flos ... non -s (nonne videns *V*), sed intus occultus (*Theophr. hist. plant. 7, 15, 3 ἄνθος οὐ προϊὸν οὐδὲ ἐκφαῖνον*). VLP. dig. 14, 3, 11, 3 non in loco remoto, sed in -i. 21, 1, 14, 10 *cicatrix.* VVLG. sap. 14, 17 imaginem regis (*ἐμφανῆ*). AVG. quaest. hept. 6, 9 p. 426, 16 ille ... -i igne crematus sit (*ibid.* visibilis ignis). PHYSIOGN. 53 p. 73, 3 cervix ... nervis -bus tenta (tensa *A*, extenta *Mo*) est (*gr. I p. 367, 4 τράχηλος νεύροις κατατείνεται*). LEX Visig. 10, 3, 3 *lapides* propter indicia terminorum notis -bus sculptos. *et al.*

II *translate*: **A** *fere i. q. manifestus, perspicuus, apertus*: **1** *pro adi.*: **a** *varia ex usu (de animantibus v. l. 60 sqq.)*: CIC. ac. 2, 18 plerique ... definitiones ... -ium rerum non improbant (2, 46. LIV. 39, 34, 6 [*opp.* dubia]. *et saepe*). Tim. 31 mensura (*gr. p. 39^{B} μέτρον ἐναργές τι*). nat. deor. 2, 5 qui ... est hoc illo -ius? 3, 9. top. 97 narrationes ... ut planae sint, ut breves, ut -es, ut credibiles (*inde* QVINT. inst. 4, 2, 64. *cf. p. 1038, 37 sqq.*). LIV. 6, 8, 6 maxime id -s fuit, cum *eqs.* (8, 9, 12). 28, 16, 12 non tam -i ... subitae mutationis causa ([*seq.*: sine probabili causa]. 44, 41, 6. CELS. 1 prooem. 13 [*opp.* abditarum]. 1 prooem. 18 -es ... *causas* appellant, in quibus quaerunt, initium morbi calor attulerit, an frigus *eqs. al.* PLIN. nat. 7, 181 *al. et saepe*). *al.* VAL. MAX. 9, 5 ext. 1. CELS. 7 praef. 1 est ... *medicinae partis, quae manu curat*, effectus ... -issimus (*cf.* 7 praef. 2). SEN. epist. 13, 12 metum. PLIN. nat. 2, 76 ratio (9, 71 VLP. dig. 30, 34, 3. *et saepe*). *al.* QVINT. inst. 5, 10, 7 *ἀπόδειξις* est -s probatio (CELS. dig. 5, 3, 45 nisi si -issimis probationibus possit ostendere [VLP. dig. 12, 4, 6 *al.* COD. Iust. 3, 33, 13, 3 *al., v. Krüger, ALL 10, 1898, 252, qui Dig. locos pro interpol. accipit*]. VLP. dig. 40, 12, 27, 1. *cf.* APVL. met. 10, 11 argumentum [AMM. 15, 6, 2. *et al.*]. AMM. 16, 1, 3 *documentum* [27, 2, 9. *et al.*]. *et sim. al.*). QVINT. inst. 9, 2, 52 hac -ior figura (*sc. ironia*) est. VLP. dig. 30, 74 voluntas (32, 73, 4 *al.*). HILARIAN. pasch. 1 p. 1106^{D} haud ... -issima responsione (RVFIN. hist. 1, 2, 11. *et al.*). TRACT. in Luc. 1, 6 probatorem -issimum dominum possidebant (*cf.* COD. Theod. 11, 36, 30 [*a. 385*] debitores. LEX Visig. 10, 3, 4 -bus inspectoribus fines ... cognoscuntur [*i.* '*certis*'; *cf. legem subseq.*]. *sim.*: AVG. civ. 19, 4 p. 359, 20 D. sapientia -issima testis est). COD. Theod. 9, 1, 3 (*a. 322*) cum ius -s adque manifestum sit, ut *eqs.* ([COD. Iust. 7, 14, 9 pr.; *ca. a. 294*]. *cf.* COD. Iust. 6, 29, 2 [*a. 294*] iuris -issimi est. *al.*). SEDVL. op. pasch. 2, 9 p. 209, 9 -issimis aspectibus ... credamus (*opp.* somnio). *talia saepe.*

b *specialia quaedam*: *α de ominibus sim.*: LIV. 5, 51, 4 tam -s numen ... adfuit ..., ut omnem neglegentiam divini cultus exemptam hominibus putem (*cf.* APVL. met. 11, 13. 21 [*coniunct.* perspicua]. *inde personate*: CIL XIV 44, 2 numini -issimo Minervae Aug(ustae) sacrum). VAL. MAX. 1, 6, 11 M. Crassus ... -issimis ante tantam ruinam monstrorum pulsatus ictibus. SVET. Iul. 81, 1 prodigiis. Aug. 97, 1. Nero 6, 2 futurae infelicitatis signum (*al.* VVLG. II Macc. 15, 35 auxilii dei [*ἐπίδηλον*]. *et al.*). 46, 1 *portenta* somniorum et auspiciorum et ominum (IVL. VAL. 3, 54 mirum p. atque -s ad exitum. *et al.*). CIL III 427 (*aet. Severi*) -i in⟨lustrique provi⟩dentia (*ibid. gr. ἐναργεστάτης*). AVG. civ. 1, 8 p. 13, 18 D. si non eas (*res secundas*) deus ... -issima (sapientiss- *A*, scientiss- *p*) largitate concederet. 16, 43 p. 194, 22 adtestabatur ... -issima mirabilibus signis vocibusque divinitas. *et sim. al.* *β de delictis sim. (de maleficis p. 1037, 4 sq.)*: VAL. MAX. 6, 3, 8 in tam -i scelere. 8, 1 absol. 8 facinora. 9, 4, 1 fraus (VLP. dig. 1, 12, 1, 7). 9, 15, 1 mendacium (ARNOB. nat. 2, 56 p. 92, 11 [*coniunct.* manifestum]. *et al.*). SVET. Iul. 54, 3. VLP. dig. 9, 4, 8

[Burckhardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

iniuria. *al.* PAVL. dig. 12, 6, 65, 1 calumnia (APVL. apol. 45. *et al.*). *al.* MAXIMIN. c. Ambr. 97 -s ac (ad *trad.*) publicum latrocinium. *et sim. al.* AVG. in psalm. 77, 30 p. 1003$^{fin.}$ ut eos (*Aegyptios*) ... in manifesta scelera producens, in -issimos impios evidentissime vindicaret. PS. AVG. serm. ed. Mai 27, 1 *traditor*. EPIST. pontif. 665 (*Gelas.*) p. 32, 3 Schwartz alicui forsitan -iori ... communicare ... haeretico.

γ de rebus sine dubio eventuris, fere i. q. certus: CELS. 2, 8, 33 mors (CLAVD. DON. Aen. 12, 120 p. 566, 26 *al.*). APVL. met. 3, 29 exitium. PRISCILL. tract. 7 p. 83, 9 poena (*al.*). CLAVD. DON. Aen. 2, 650 p. 234, 14 malum (3, 60 p. 272, 16 *al.*). 6, 690 p. 598, 18 periculum (*saepe*). SACR. Leon. 386 tristis aculeus -is inferni (*385* saevientis inferni. *cf. Vulg. I Cor. 15, 56*).

2 *neutr. pro subst.*: **a** *plur.*: CLAVD. DON. Aen. 2, 730 p. 246, 2 animus ... vera et -ia non sentit et falsa pro veris admittit. AVG. civ. 18, 23 p. 285, 3 D. quae (*Sibylla Erythraea*) ... cognoscitur de Christo -ia multa cecinisse (*seq.*: manifesta). in psalm. 64, 4 p. 776$^{p. init.}$ cantemus ... donec ad -iora perveniamus. **b** *sing.*: in -i *fere i. q. in aperto*: CLAVD. DON. Aen. 1, 50 p. 24, 16 ultionis spes in -i constituta. 1, 560 p. 111, 23 aperuit quod fuerat in -i. *ibid. l.* 24. FVLG. myth. 2, 3 nocet malitia, aut in -i ut potentior ... aut occulte ut ... latro. AVG. in euang. Ioh. 32, 6 p. 1644$^{p. med.}$ in -i est intellectus. EPIST. pontif. 391 Conc.^{s} I 2 p. 108, 5. *cf. et infra l. 31. 33. 37. 41.* in (ex) -i *i. q. evidenter, manifesto*: FVLG. myth. 3, 4 hoc in -i significans. COD. Theod. 1, 5, 3 (*a. 331*) si ... ex -i claruerit.

B *spectat ad dignitatem: fere i. q. clarus*: BELL. Alex. 49, 2 neque ullum genus quaestus (quaestuis *A. Klotz, v. adn. crit.*) aut magni et -is aut minimi et sordidi praetermittebatur.

structurae ad II A: **1** *pendet enunt.*: **a** *acc. c. inf.*: -s est: CELS. 4, 31, 9 cum -s sit, omni purgatione ... superiora ... exinaniri. SVET. Vit. 7, 1 VLP. dig. 3, 3, 40, 4 CHALC. comm. 60 p. 129, 1 HIER. in Gal. 4, 24 p. 390^{A}. *et al.* in -i est (*cf. supra l. 18*): COD. Theod. 2, 27, 1, 2 (*a. 421*). **b** *interrog. obl.*: CLAVD. DON. Aen. 1, 705 p. 138, 4 in -i est ... quanta ... fuerit multitudo. **c** quia (*cf. gr. l. 36*): AVG. serm. coll. Morin p. 385, 11 nihil manifestius, nihil -ius, quia die pentecostes acceperunt legem Iudaei. PS. AVG. quaest. test. I 47, 5. 114, 25. CONC.^{s} I 5 p. 48, 19 (*gr. I 1, 1 p. 31, 4 δῆλον ... ὅτι*). AVELL. p. 737, 23 cum in -i sit, quia *eqs.* **d** quod: SALV. gub. 3, 4 p. 43, 2. **2** *supin.*: APVL. met. 1, 3 quae si paulo accuratius exploraris, non modo compertu -ia, verum etiam factu facilia senties. **3** *inf.*: CLAVD. DON. Aen. 1, 230 p. 52, 25 'meus' quam vim ... habeat in -i est nosse (10, 460 p. 351, 18).

syn. et iuxta posita: apertus: CLAVD. DON. Aen. 2, 550 p. 225, 4. 6, 690 p. 598, 18. *et al.* certus: NICET. spir. 3 p. 21, 5. clarus: AVG. spir. et litt. 7, 12 p. 164, 4. *et al.* expressus: AVG. in euang. Ioh. 19, 17 p. 1554$^{p. init.}$. indubitabilis: MACR. somm. 1, 20, 20. indubitatus: AVG. civ. 14, 13 p. 34, 11 D. manifestus: *v. p. 1036, 64 al.* MAXIMIN. c. Ambr. 136. *et al.* perspicuus: *v. p. 1036, 70.* CIC. ac. 2, 46. *et al.* praeclarus: AVG. epist. 140, 78 p. 226, 18. probabilis: *v. p. 1036, 47.* publicus: MAXIMIN. c. Ambr. 97. visibilis: *v. p. 1036, 35.*

opposita: abditus: *v. p. 1036, 47. al.* dubius: *v. p. 1036, 42.* CELS. 1 prooem. 52. incertus: CELS. 1 prooem. 52. obscurus: CELS. 1 prooem. 74 VLP. dig. 10, 4, 3, 13. occultus: *v. p. 1036, 31.* AVG. civ. 20, 24 p. 469, 24 D. remotus: *v. p. 1036, 33.*

adv. ✖**ēvidenter.** *compar.* -ius *inde ab* IVLIAN. dig. 18, 5, 5 pr., *notione positiva e. g. infra l. 82. al. superl.* -issime *inde a* SVET. Tib. 45. *de prosodia*: ēvī-: PAVL. PELL. 270 (*cf. Petschenig p. 319. an* nostrí | ĕvĭ-*?*). GLOSS.^{L} II Philox. EB 3 φανερῶς, περιφαινος (-φανῶς). EV 15 ἐμφανῶς. V Abba EV 21 manifeste. GLOSS. ἐπιφανῶς. ἐναργῶς. προδήλως. σαφῶς. aperte. clare. perspicue. *respondent in Graecis*: ἀναφανδόν: RVFIN. hist. 5, 8, 6. διαρρήδην: THEOPHIL. ALEX. praef. 1. ἐναργῶς: CONC.^{s} I 5 p. 53, 43 *al.* ὁμολογουμένως: CONC.^{s} I 3 p. 30, 17 *al.* παρρησίᾳ: *v. p. 1038, 3.* προφανῶς: CONC.^{s} I 4 p. 76, 15. σαφῶς: HEGES. 1, 40, 11 p. 91, 22 *saepe.* τὸ ἀληθές: HEGES. 4, 6, 4 p. 249, 4. τρανῶς: EVSTATH. Bas. hex. 9, 6 p. 964^{C}. τῷ ὄντι: CLAVD. MAM. anim. 2, 7 p. 126, 11 (*gr. Plato, Phaedo p. 66^{D}*). *legitur inde a* LIV., *crebrescit ap. posterioris aetatis scriptores.* *i. q. aperte, manifesto, clare* (*abunduntur positum v. l. 80 sq.*): **1** *c. verbis* (*v. et l. 4*): LIV. 6, 26, 7 cum tam -r paenituerit. 34, 54, 8 arguit. CELS. 2, 33, 6 quid *quis* -r compererit. 3, 18, 11 SCRIB. LARG. 77. QVINT. inst. 8, 3, 86 non ... satis eloquentiae ... clare atque -r ostendere (PAVL. dig. 31, 85 CHALC. comm. 312 p. 339, 6. *et saepe*). SVET. Tib. 45 -issime apparuit (IVLIAN. dig. 18, 5, 5 pr. *al.* OPTAT. 1, 10 p. 13, 3 [*antea*: manifestissime constet]. AMM. 15, 13, 2. *et passim*). CHAR. gramm. p. 147, 27 B. videre (ITIN. Anton. Plac. rec. A 46 p. 190, 2. *cf.* CLAVD. DON. Aen. 5, 15 p. 427, 19 nec maria -r cernantur aut sidera). SCAVR. gramm. VII 25, 15 -r sonus huius litterae exprimitur (VLP. dig. 28, 6, 24 AMBR. patr. 4, 18 p. 134, 16. *et saepe*). VLP. dig. 26, 8, 1 pr. -r ... sua auctoritate rem adquirit (*cf.* LEX Visig. 3, 2, 2 ut bona eiusdem mulieris ..., si sunt ... idonei filii, -r obtineant [*item abundanter, ut vid.*: 5, 6, 3 de pretio venditi pigneris creditor, quantum ei debetur, sibi -ius tollat]). IVLIAN. dig. 34, 5, 13, 2 idem ... est -r. APVL. met. 11, 22 monuit. *al.* PS. TERT. adv. Iud. 9 p. 725, 30 Oe. -r propheta in sequentibus dicit (RVFIN. Adamant. 1, 15 *al.* AVG. civ. 4, 31 p. 186, 1 D. *et saepe*). ITALA Ioh. 16, 25 (cod. e) quando iam non in proverbiis loquar vobis, sed -r de patre nuntiabo vobis ([παρρησίᾳ, VVLG. palam]. FILASTR. 107, 7). AVG. civ. 13, 19 p. 581, 20 D. corpus animantis, quod -r vivebat, -r emoritur. COD. Theod. 16, 5, 54, 3 (*a. 414*). *et passim.* *c. ellipsi verbi*: DIOM. gramm. I 381, 18 denique -r (*b*, videnter *B*, videntur *AM*) 'fluvidum *eqs.*' **2** *adiunctum adi., subst.* (*v. l. 12*): VAL. MAX. 6, 2, 4 eum ... -r nocentem ([9, 1, 7]. *cf.* 8, 1 absol. 11 noxiis). IVLIAN. dig. 50, 17, 65 ab -r veris. GAIVS dig. 2, 8, 5, 1 -issime locupletem vel, si dubitetur, adprobatum fideiussorem. PHYSIOGN. 6 p. 10, 4 pupillae ... subnigrae ⌊vel -r nigrae⌋ (⌊ ⌋ *om. CES*). 11 p. 18, 6 furiosus. PAVL. PELL. 270 nostri -r honores (*pro adi.* '*evidentes*'; *vix ad verbum* obfuerint *pertinens*).

syn. et iuxta posita ad 1: absolute: COD. Theod. 11, 16, 20 (= COD. Iust. 10, 48, 15; *ca. a. 395*). aperte: AVX. Maximin. c. Ambr. 42 RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 64, 3 B. *et al.* clare: *v. p. 1037, 71.* expresse: AVG. civ. 9, 23 p. 399, 14 D. familiariter: RVFIN. hist. 1, 2, 6. manifeste: *v. p. 1037, 74.* RVFIN. epist. Clement. 18. *et al.* palam: *v. l. 3.* RVFIN. hist. 5, 8, 6.

oppos.: latenter: AVG. c. Faust. 12, 36 p. 630, 7 epist. 130, 18 p. 61, 11 *al.* obscure: CLAVD. DON. Aen. 4, 35 p. 360, 16.

deriv.: evidentia.

✖**ēvidentia,** -ae *f. ab* evidens (*vox a* CIC. *ad ex. gr.* '*ἐνάργεια*' *formata. v. l. 32*). [*ex coni.*: APVL. Plat. 2, 26 est ... alia ... civitas *a Platone* fabricata, non ut superior sine evidenti⟨a⟩ (*suppl. Scaliger*), sed iam cum aliqua substantia.]

I *i. q. condicio rerum (et corporearum et incorporearum. animalis v. infra l. 74), quae manifesto sub conspectum vel intellectum hominum cadunt* (*tam c. not. q. e.* '*evidentem esse*' *vel* '*fieri*' *quam* [*rarius, v. e. g. infra l. 41. 47*] '*evidentem reddere*'): **A** *speciatim redditur vox gr. ἐνάργεια*: **1** *t. t. philos.*: CIC. ac. 2, 17 quod nihil esset clarius *ἐναργείᾳ* — ut Graeci, 'perspicuitatem' aut '-am' nos, si placet, nominemus, fabricemurque si opus erit verba ... — sed tamen orationem nullam putabant inlustriorem ipsa -a reperiri posse. *ibid.* alii ... negabant se pro hac -a quicquam priores fuisse dicturos. AVG. c. acad. 3, 10, 22 p. 62, 16 evigilavit Carneades ... et circumspexit rerum (*cf. infra l. 48. 70*) -am. **2** *t. t. rhet.*: *i. q. narrandi genus, quo res tamquam ante oculos ponuntur* (*distinguitur a* '*perspicuitate*' *l. 43.* QVINT. inst. 8, 3, 61. *v. Ernesti, Lex. techn. Lat. rhet. s. v.*): QVINT. inst. 4, 2, 63 sunt qui adiciant his (*sc. expositionis iucunditati eqs.*) -am, quae *ἐνάργεια* Graece vocatur. 4, 2, 64 -a in narratione ... est quidem magna virtus, cum quid veri non dicendum, sed quodammodo etiam ostendendum est, sed subici perspicuitati potest (6, 2, 32 insequitur *ἐνάργεια*, quae a Cicerone inlustratio et -a nominatur, quae non tam dicere videtur quam ostendere. 8, 3, 61). 9, 2, 40 quem locum (*sc. sub oculos subiectionem*) ... subiecimus -ae. *cf. etiam p. 1039, 6.* *inde fere i. q. dilucida expositio*: BOETH. arithm. 1 praef. p. 5, 3 ut ... ad -am rerum (*cf. supra l. 37*) nostris etiam formulis ac descriptionibus uteremur.

B *latiore usu* (*syn. substantia: l. 54; cf. supra l. 26. fere i. q. testimonium: l. 56. audaciora v. infra l. 73*): **1** *absolute*: VAL. MAX. 1, 7 ext. 10 proximum somnium ... propter nimiam ... -am ne omittatur impetrat (*cf.* APVL. Plat. 1, 5 corpora propter insignem -am sui simili iudicio cognosci [*ibid.* substantiam]). CELS. 1 prooem. 58 ipsa -a eius opinioni repugnat (AVG. conf. 11, 4, 6 vox dicentium est ipsa -a. pecc. mer. 1, 35, 65 p. 65, 25 [*seq.*: res ... manifestior est]). AVG. civ. 12, 28 p. 556, 11 D. nondum ... secundum -am, iam tamen secundum dei praescientiam. pecc. mer. 2, 13 p. 85, 3 (*spectat ad verba Danielis*) quis huic -ae contradicit, nisi quem plus delectat defensare quod sentit quam quid sentiendum sit invenire? (*cf.* serm. 242, 1, 1 p. 1139$^{med.}$ contra istam -am disputant homines. *sim. al.*). *al.* **2** *acced. gen. obi.*: EPIST. procur. de salt. Bur. I (CIL VIII 10570) 2, 21 (*a. 180—183*) cu⟨ius nostrae in⟩iuriae -a ... ⟨inde profec⟩to potest aestimari (*cf.* AVG. c. Faust. 16, 11 p. 449, 14 si fuerit -a clarioris veritatis obpressus [adv. Don. 7, 8, 11 p. 108, 26 *al.*] FVLG. RVSP. epist. 3, 33 p. 537^{B} -am suae imbecillitatis et egestatis agnoscat). ARNOB. nat. 5, 38 p. 208, 7 omne quod gestum est et in alicuius operis -a constitutum. AVG. civ. 19, 18 p. 387, 1 D. credit ... sensibus in rei cuiusque -a (c. Faust. 13, 10 p. 389, 18 rerum. *al. cf. supra l. 37*). quaest. hept. 7, 49 p. 488, 12 mirabilis signi. in psalm. 58 serm. 1, 22 p. 705$^{fin.}$. AVELL. p. 275, 15 erubescentes -am praedictorum (*gr.* [*v. in adn. crit.*] τῶν εἰρημένων τὸ προφανές). *et al.* *audaciora: fere i. q. apparentia manifesta*: VVLG. II Macc. 3, 24 *deus* magnam fecit suae ostensionis -am ...; apparuit ... equus terribilem habens sessorem (*ἐπιφάνειαν μεγάλην ἐποίησεν*). *fere i. q. potentia evidens*: AVG. in psalm. 54, 20 p. 642$^{med.}$ quomodo in haeresi remanebit ad tantam -am sanctae catholicae? APRING. in apoc. 5, 1 mundum virtute potentiae circumscriptum vel rimatum interius -a maiestatis.

epitheta ad I B: corporalis: AVG. serm. 242, 2, 2 p. 1139$^{fin.}$. personalis: EPIST. pontif. 670 (*Gelas.*) p. 94, 16 Schwartz (-am *Zs*, dividentium *B*).

II *de qualitate translucida, i. q. perluciditas*: **1** *proprie*: IVL. VAL. 2, 24 *Alexander* delectatus eius (*sc. fluminis*) -a

[Burckhardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*cf. Ps. Callisth. 2, 8, 1* καθαρὸν δὲ τὸ ὕδωρ ἐστίν). 2, 29 ut propter saxi illius -am (-a *P*) capilli etiam conditi cadaveris viserentur (*cf. Ps. Callisth. 2, 18, 1* ὕελος περιεκέχυτο αὐτῷ). 2 *translate*: AVG. soliloq. 1, 1, 4 p. 871[med.] *de deo*: una aeterna vera substantia ..., ubi summa concordia, summa -a (*opp.*: confusio). doctr. christ. 4, 10, 24 p. 99[med.] *in oratione* -ae diligens appetitus aliquando neglegit verba cultiora (*cf.* PS. PROSP. vocat. gent. 2, 7 p. 692[B] haec magistro gentium tanta luce, tanta -a praedicante. *aliter v. sub I A 2*). *ibid. al.* serm. 362, 28, 29 p. 1633[p. init.] verum ... certissima -a contuebimur.

*?***ēvideo,** -ēre. GLOSS. V 291, 20 -et praevidit (generosus *ad 19 spectare videtur*).

ēvideor, -ērī. *retrograde q. v. formatum ab* evidens; *v. Brender, Rückläuf. Ableit. p. 54. i. q. videri*: ARNOB. nat. 2, 54 p. 90, 16 incipient -eri (videri *Sab.*, e⟨videnter⟩ videri *Brakman*) aut eo invito res pessimae fieri aut ... ignaro ac nescio. *Burckhardt.*

ēvigēsco, -ere. *ab* ex *et* vigescere (*cf.* devigescere). ***i. q. vigorem amittere, debilem reddi***: TERT. anim. 38 p. 365, 26 *animam* mortalem ... *esse*, quae cibis sustineatur, denique derogatis eis -at, postremo subtractis intercidat. *cf.* evigoratus.

*?*GLOSS.[L] IV Ps. Plac. E 17 egregius (egretus*?*) erectus **ēvigil** (*v. adn.*).

ēvigilanter *v.* evigilo ***p. 1041, 19.***

ēvigilātio, -ōnis *f.* [*ab* evigilare. *W.*] *vox Augustini (praeter l. 30. 37). i. q. actio evigilandi* (*v. l. 54 sqq.; componitur fere [pro opp.: v. l. 31. 33; syn.: v. l. 29. 31. 35] c. vocabulo q. e.* resurrectio): **1** *laxiore usu*: **a** *proprie*: AVG. civ. 17, 18 p. 243, 4 D. (*ad psalm. 3, 6* 'dormivi ... exsurrexi') nisi somnus iste mors esset et -o resurrectio, quam de Christo (*v. l. 38*) ... oportuit prophetari (*sim.* ISID. fid. cath. 1, 53, 2 p. 492[B]). 17, 18 p. 244, 31 (*opp.* resurrectionem). epist. 140, 76 p. 224, 17 propter futuram resurrectionem velut -em. in psalm. 75, 9 p. 963[med.] (*opp.* somnium; *antea*: evigilet). serm. 361, 10, 10 resurrectio Christianorum semel erit, somnus animalium et -o quotidiana est. trin. 4, 13, 17 p. 899[a. med.] (*anteced.* resurrectionis). **b** *transl. de condicione mentis* (*v. p. 1040, 25 sqq.*): AVG. soliloq. 1, 1, 2 pater -is atque illuminationis nostrae. GREG. M. moral. 24, 9 p. 291[C] ut torporis nostri -o subsequatur.

2 *strictius de Christi a mortuis resurrectione* (*cf. infra l. 80; opp.*: dormitionis *l. 40;* vigilia *l. 42*): AVG. in psalm. 150, 3 p. 1963[med.] *Christi* dormitionis et -is. serm. coll. Morin p. 456, 20 -is eius horam vigilando expectamus. p. 690, 1 ut ... *Christi* ex mortuis -em nostra vigilia (*paschalis*) frequentaret *eqs.* (*v. p. 1040, 62 sqq.*).

✕ēvigilo, -āvī, -ātum (*v. infra l. 51*), -āre. [*ab* ex *et* vigilo. *W.*] ae-: *v. p. 1040, 55.* exvig-: NON. *p. 1040, 32* (*e coni.; v. l. 52*). CHAR. gramm. p. 472, 18 B. (*inter verba act. I[ae] coniug.*). *de formis*: -turus: AVG. *p. 1040, 64.* NOT. Tir. 63, 70. GLOSS. IV 440, 43 -vit expersit ([*i.* -perrexit]. *sim.* GLOSS.[L] V Abba EX 52. *v. infra l. 59*). *de usu: legitur inde a* CIC. (*nonnisi not. q. e. s. II; v. p. 1040, 84. 1041, 11. 14*), TIB. *p. 1040, 66*, OV. *p. 1041, 15; frequentius ap. Christ. transitive: v. p. 1040, 20. 66. 1041, 13; pass. impers.* -tum: CIC. *p. 1041, 11.* [*variat c. simpl.* vig-: *v. p. 1040, 11. 80. 82. 1041, 2. 18 al. e coni.: v. l. 44.* APVL. met. 4, 18 (vig- *trad.*, evig- *Stewech*) *v. s.* vigilo.]

I ***ingressivo sensu ac perfectivo: i. q. somno solvi, expergisci*** (*cf. syn. infra l. 82; v. et l. 74. 75 bis; opp.* vigilanter *l. 68. p. 1040, 30. cf. et graeca* [*praeter ea quae infra afferuntur*]: *διυπνίζομαι*: VITAE patr. 5, 7, 43 *al.* *διανίσταμαι*: CASSIOD. Ios. antiq. 10, 12 p. 296. *ἔξυπνον γενέσθαι*: RVFIN. hist. 4, 15, 10 p. 341, 1. GLOSS. *v. supra l. 47*): **A** *proprie de dormiente* (*cf. in alleg.*: AVG. in psalm. 93, 25 p. 1213[med.] [*ut Chr. in navi dormiens excitatus est*] -et fides tua, excita Christum in corde tuo. *aliter p. 1040, 80*): **1** *intrans.*: **a** *nude* (*nota significantiorem de mortuis resurgentibus usum, quippe qui* 'dormire' *dicantur infra l. 80; cf. et supra l. 38*): STAT. silv. 5, 3, 128 *Palinurus* -vit in undis. Theb. 10, 121 zonis lucentibus *Iridis* icta -at domus *Somni.* QVINT. inst. 9, 4, 12 cum -assent *Pythagorei; opp.* cum somnum peterent (*cf.* TERT. anim. 43 p. 372, 25. AVG. nat. anim. 4, 21, 34 p. 412, 14 dormi et videbis, sed cum -veris, vigilanter discerne, quod videris. *al.*). PS. QVINT. decl. 2, 19 p. 37, 4 prima sunt -antium praesidia clamores; *seq.* cum excitareris (*sic part. praes. pro subst.*: AVG. civ. 10, 25 p. 440, 5 D.). PLIN. epist. 1, 5, 9. 9, 36, 1. SVET. Galba 4, 3 utque -vit ([TERT. adv. Marc. 3, 24 p. 421, 10]. *cf.* FRONTO p. 229, 17 N. ne timeto, nam ⌊vivent⌋ [⌊ ⌋ *v. app. cr.; sc. sumpto suco soporis*] et paulo post, ubi -verint, exsurgent). ARNOB. nat. 2, 7 p. 52, 25. AMM. 16, 5, 5 (*seq.* exurgens). CLAVD. DON. Aen. 9, 320 p. 231, 29 (*syn.* surgerent). *al.* VVLG. cant. 2, 7. Luc. 9, 32 (*διαγρηγορήσαντες*). *al.* RVFIN. Orig. princ. 1, 4, 1 p. 63, 17 (*opp.* dormierit). *al.* AVG. civ. 13, 11 p. 570, 2 D. in somno esse quisque, donec -et, dicitur. *al.* VITAE patr. 5, 7, 43 non -ante sene (*gr. Nau, Rev. Or. chr. 1908 p. 281 n. 211 ἐξυπνιζομένου*). *al. et al.* *de mortuis* (*v. supra l. 63*): HIER. in Is. 26, 19 p. 303[B] quia mors eorum (*sc. qui in Christo mortui sunt*) somnus est, nequaquam iuxta LXX 'resurgere', sed 'expergisci' et '-are' dicuntur. VVLG. Dan. 12, 2 qui dormiunt in terrae pulvere, -bunt (*cf. p. 1040, 8*). *cf. et p. 1040, 13. 23.*

b *c. additam.* (*cf. et l. 41. 47. 83*): ***α indicatur 'ad quid'***: APVL. met. 8, 12 relictis somnolentis tenebris ad aliam poenalem -a caliginem (*sc. cum oculis te privavero*). ZENO 2, 43, 2 (*opp.* obdormivit). *v. et l. 43. p. 1041, 5.* ***β unde:*** Ⓘ *per praep.*: VVLG. gen. 9, 24 Noe ex vino. RVFIN. hist. 5, 1, 26 p. 413, 4 velut ex somno quodam ([*gr. ἐκ βαθέος ὕπνου ἀνεγρηγόρησεν*]. CONC.[S] I 5 p. 260, 5 velut ex s. et ebrietate [*gr. I 1, 6 p. 118, 14 διαγρηγορήσας*]). APRING. in apoc. 20, 4 (*ad Dan. 12, 2 p. 1039, 83*) Christianorum resurgentium et ex pulvere terrae -antium. VVLG. gen. 28, 16 Iacob de somno (45, 26 gravi. GREG. TVR. virt. Mart. 2, 33 p. 621, 31 tamquam). VEN. FORT. vita Radeg. 35, 81 -anti (vig- *G*) de sopore de morbo nihil apparuit *eqs. cf. infra l. 42.* AVG. in euang. Ioh. 49, 10 p. 1752[init.] cum ab hoc somno (*i.* '*morte*'; *v. p. 1039, 80*) -bunt *mortui* (gen. ad litt. 12, 2 p. 380, 23). *cf. infra l. 17.* Ⓘⓘ *abl. separ.*: SVLP. SEV. chron. 1, 43, 7 ut somno quo tenetur -et ([*opp.* dormiat]. APON. 12 p. 217; *opp.* requiescit in sopore). ***γ acced.*** ab '*auctoris*' (*sc. verbo -andi quasi vim pass. exercente*): VVLG. Iudith 14, 9 ut non ab excitantibus, sed a sonantibus Holofernes -ret (*syn. antea* excitandi; *aliter l. 13*).

2 *transitive: i. q. expergefacere, suscitare* (*opp.* obsopire *l. 21*): HIL. myst. 1, 3, 1 p. 4, 19 obsopito Adam ex latere eius ... Eva gignitur. quo -to *eqs.* HIER. in Is. 26, 19 p. 303[B] unde et Lazarus, qui -andus (-turus *Vatic.*) erat, a domino dormiens appellatur (*v. p. 1039, 80*). VITA Hil. 15, 19 p. 1235[B] semel -tus.

B *in imag. aut transl.*: **1** *i. q. animi, mentis sim. torpore, languore, hebetudine pulsa excitari, sollicitari*: **a** *generatim fere i. q. resipiscere, ad se redire*: ***α absol.*** (*cf. etiam infra l. 70 sqq.*): FRONTO p. 146, 18 N. ubi illud acumen tuum? -a et adtende quid cupiat ... Chrysippus ([AVG. in euang. Ioh. 73, 3 p. 1825[med.] -a ... et vigilanter audi *eqs.* CLAVD. MAM. anim. 3, 3 p. 159, 9 -a paulisper ac ... intuere]. *sim. c. imperat.* [*cf. et infra l. 72*]: NON. p. 451, 12 exvigila [et vigilia *trad.*] aliquando et ... cogitationum torpedinem pelle [*cf.* ZENO 2, 49 -a ... omnique saecularis somni torpore discusso ... disce *eqs.*]. AVG. civ. 2, 29 p. 96, 25 D. plenius. ALC. AVIT. hom. 6 p. 112, 29 [*ad psalm. 43, 23* exsurge ... domine] si non diximus Christo 'vigila nobiscum', saltim dicamus '-a propter nos'. *al.*). HIER. in Dan. 5, 7 p. 520[C] -et ... Porphyrius qui ... *reginam* Balthasaris somniatur uxorem. AVG. c. acad. 3, 10, 22 p. 62, 15 hic -vit Carneades, nam nemo istorum minus alte quam ille dormivit. MAR. MERC. Conc.[S] I 5 p. 16, 32 -bis tanto somno depressus et audies *eqs.* GREG. M. in euang. 13, 5 p. 1125[C]. ***β acced. praep.:*** '*unde*': HIER. epist. 8, 3 expergiscere, -a de somno (*v. et supra l. 10*). *in quam rem*: AVG. beat. vit. 4, 35 p. 115, 20 *mater* quasi -ans in fidem suam. doctr. christ. 3, 14, 22 quidam dormitantes ... *non* in sapientiae lucem poterant -are. in psalm. 83, 9 p. 1063[extr.] in spem (*cf. supra l. 1 sqq.*). **b** *sensu adversativo, fere i. q. exsurgere* (*addita ubique praep.*): VVLG. Ier. 51, 29 -bit contra Babylonem cogitatio domini (קָקַם). Ezech. 7, 6 venit finis, -vit adversum te *eqs.* (הֵקִיץ). RVFIN. Greg. Naz. orat. 8, 7, 2 p. 244, 12 cum -verit *deus* super impietates nostras.

2 *i. q. quasi expergiscendo vegetum fieri, reviviscere sim.*: *de igni*: LACT. opif. 18, 4 latet ... mens oppressa somno tamquam ignis ... cinere sopitus: quem si ... commoveris, rursus ardescit et quasi -at. *de oculis acie orbatis*: SEDVL. carm. pasch. 4, 37 *Iesus* lumina tangens *caecorum* -are (ae- *T*) iubet, quae somnus presserat ingens (*cf. op. pasch. 4, 3 p. 257, 17 sq.* vigili ... tactu perexcitat).

II ***durativo sensu: i. q. vigilem esse, vigilare*** (*syn. l. 64. 73; cf. l. 80*), ***excubare***: **A** *vi propria* (*per alleg. infra l. 62*): **1** *intr.* (*opp.* dormire *l. 60. 62. 63*): ARNOB. nat. 7, 13 p. 248, 1 -are sese (-ares ee̊ *P*) atque dormire, deambulare subsistere *eqs.* (*cf.* VVLG. I reg. 26, 12 non erat quisquam qui ... -ret, sed omnes dormiebant). AVG. serm. coll. Morin p. 690, 2 sqq. (*alleg.; v. supra l. 58*) -anti ... semper capiti *Christi* ... licet dormitura ... membra vigilando ... consonarent et ipsa (*sc. membra*) ... -tura atque cum illo sine ullo somno vigiliā ... regnatura (*cf. p 1039, 41*).

2 *transit., fere i. q. pervigilare*: TIB. 1, 8. 64 cum promittit *puella*, subito sed ... fallit, est mihi nox multis -anda malis.

B *translate: quasi excubando alacrem, attentum, laboriosum, sollertem, studiosum sim. esse*: **1** *intrans.*: **a** *absolute* (*cf. et supra l. 27*): ***α de hominibus***: APVL. met. 2, 6 dum amenti similis celero vestigium, 'age', inquam, 'Luci, -a et tecum esto' (*item in exhortatione* [*aliter supra l. 31*]: ITALA Matth. 25, 13 [cod. a] -ate; *γρηγορεῖτε*, VVLG. vigilate [VVLG. I Cor. 15, 34; *ἐκνήψατε*]. *al.*). VVLG. Sirach 33, 16 ego novissimus -vi *eqs.* (*i.* '*attentissime studui*'; *gr. ἠγρύπνησα*). AVG. c. Pelag. 4, 6, 15 p. 537, 16 itane nondum -atis? nondum auditis? MVTIAN. Chrysost. hom. 8, 4 p. 297[med.] -emus aliquando (*gr. p. 76[init.] ἀνανήψωμεν*). 13, 4 p. 325[fin.] (*gr. p. 108[init.] νήφετε*). 22, 3 p. 377[init.] (*gr. p. 159[extr.] ἐὰν νήφωμεν*).

β de animi rebus: CYPR. unit. eccl. 27 p. 233, 11 (*ad. Luc. 12, 37, ubi* 'vigilantes') ut quando ... *deus* pulsaverit, -et (vig- *M R*) fides nostra vigilantiae praemium ... receptura (*aliter p. 1039, 61*). RVFIN. Orig. in gen. 8, 2 p. 79, 3 B. amoris -ante (vig- *D*) memoria.

b *c. additam.*: ***α pendet praep.***: Ⓘ in *c. abl.*: CIC. parad. 17 quid ... laboravi aut quid egi aut in quo -arunt curae

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

et cogitationes meae *eqs.*? ad Brut. 1, 15 (9, 23), 1 *Messalla* tanta ... industria est tantumque -at (vig- *GHN*) in studio ut *eqs.* AVG. gen. ad litt. 6, 11 p. 184, 6 si quis in eis (*sc. scripturae verbis*) -et. GREG. M. in Ezech. 2, 9, 20 p. 1056[B] sua voce excitata -at in opere *mens* (*opp.* torpebat in otio). Ⅱ ad (*aliter p. 1040, 1. 43*): CYPR. epist. 11, 6 p. 500, 15 ne ... epulis mens gravata minus ad preces orationis -et (GREG. M. moral. 2, 79 p. 594[D] ad insidias providendas. 9, 88 p. 908[A]). VVLG. Iob 8, 6 *deus* ad te (Sirach 6, 36 -a ad eum [ὄρθριζε πρὸς αὐτόν]). *β acced. dat. comm., fere i. q. consultum, provisum esse* (*nota part. perf. pass. pro impers.* [*v. p. 1039, 50*]): CIC. rep. 3, 41 etsi nobis qui id aetatis sumus, -tum fere est, tamen de posteris ... sollicitor.

2 *transitive: i. q. (vigilando) elaborare, accurate perficere, elucubrare*: CIC. Att. 9, 12, 1 quam honesta ... quam expedita tua consilia, quam -ta tuis cogitationibus *eqs.* OV. trist. 1, 1, 108 *tu, liber*, aspicies ... fratres, quos studium cunctos -vit idem. GELL. 1, 7, 4 *homini lectione exercito* pleraque ... veterum litterarum quaesita, meditata -taque (meditatae vigilatae- *A*) erant.

adv. **ēvigilanter** (*sc. a part. praes.* -ans *pro adi. sumpto*). *i. q. vigilanter, indefesse*: CORIPP. Ioh. 7, 203 veneranda senectus -r agit populos.

ēvigōrātus, -a, -um. [*ab* ex *et* vigor. *W.* (*cf.* vigorare).] *i. q. dempto vigore attritus, debilitatus sim.* (*acced. abl. instr. l. 25; syn.* mollitus *l. 26*): TERT. apol. 17, 5 *anima* carcere corporis pressa, ...libidinibus et concupiscentiis -a. pall. 4 p. 936 Oe. exuvias bestiae tantae (*sc. leonis*) ... diu mollitas et -as et exodoratas. *v.* evigesco.

ēvīlēsco, -uī, -ere. [*ab* ex *et* vilesco. *W.*] *i. q. vilem, futilem fieri; pretio, auctoritate sim. minui* (*de homine l. 33*): VAL. MAX. 5, 4, 7 nulla ... acerbitate fortunae ... pretium carae pietatis -it (eul- *L*[1]). TAC. hist. 3, 53 *Muciani* criminationibus -uissent pericula sua (*Antonii*). SVET. Claud. 15, 3 propter quae usque eo -uit *imperator*, ut passim ac propalam contemptui esset. IVL. Aug. c. Iul. op. imperf. 6, 26 p. 1562[init.] -uit pompa baptismatis.

ēvincio, -vīnxī, -vīnctum, -īre. *ab* ex *et* vincire. *nota in usu fere esse part. perf. pass., accedente saepius acc. q. v. gr. (sub 1 b et 2 a), formas autem finit. (perf.) bis tantum inveniri ap.* TAC. *infra l. 54. legitur inde ab* HEMINA (*praeterea ap. scriptt.* TAC., GELL.) *et ap. poetas inde a* VERG. [*p. p. p. in codd. confund. saepe, falso, c.* evic-: *v. l. 44. 61. 63 al. cf. l. 65. p. 1042, 57. 1043, 9.*]

1 *fere i. q. vincire* (*cf.* SERV. auct. ecl. 7, 32 [*v. infra l. 47*] '-ta' vel simpliciter, vel valde [*v. e. g. l. 44*], ut 'eduramque pirum'), *redimire, coronare sim.*: **a** *de rebus*: HEMINA hist. 37 *lapidem* fuisse quadratum ... -tum (vinctum *l. v.*; [evict- *M*]) candelis quoquoversus. TAC. hist. 4, 53 spatium omne, quod templo dicabatur, -tum vittis coronisque. **b** *de hominibus eorumque corporis partibus* (*praeter l. 56: de Europa, fere i. q.* 'ornata'): VERG. ecl. 7, 32 puniceo ... suras -ta *Diana* coturno (ANTH. 118, 18). Aen. 5, 269 puniceis ibant -ti tempora taenis (8, 286 ramis). 5, 364 *caestu* -tis attollat bracchia palmis. 5, 494 viridi ...-tus oliva (*cf.* 774 caput ... foliis -tus olivae). OV. am. 3, 6, 56 -tas ... comas (*sc. vittā. cf.* met. 15, 676 -tus vitta crines albente sacerdos). STAT. Theb. 1, 554 comitum famulumque -ta pudicā fronde manus. 5, 208. TAC. ann. 6, 42 Surena ... Tiridaten insigni regio -xit (*cf.* 15, 2 diademate caput Tiridatis -xit). 11, 4 Claudium spicea corona -tum (*cf.* CLAVD. 21, 87 roseis ...-ta [$P^1\varphi$, indu(c)ta $P^2\Pi A$] coronis ... Europa [*v. supra l. 47*]). CLAVD. 22, 241.

2 *i. q. vinciendo vel constringere vel alligare* (*additur quo quid astrictum sit: per dat.: l. 65. 68, per* ad: *l. 63, cf. l. 66 sq.*): **a** *proprie: de hominibus et eorum membris* (*cf. supra l. 36*): TIB. 1, 7, 6 novos ... *Roma* triumphos vidit et -tos (V^2 *al.*, et (e)victos, invi(n)ctos *sim. al.*) bracchia capta duces. OV. trist. 4, 4, 73 -ti (Φς, evic- *Tr.*) tristem ducuntur ad aram (*sc. Orest. et Pyl., sic*: Pont. 3, 2, 72 -ti geminas ad sua terga manus). SEN. Ag. 15 *Ixion* celeri corpus -tus rotae. SIL. 2, 48 *me* -ta (*Ch*, en vic- [vīc-] *FOV* [*L*]) lacerandum tradite dextra. 2, 341 artis post terga catenis -tus palmas (*cf.* CYPR. GALL. gen. 751 *Isaac* -tus [*G*, -is *A*] manibus posterga retortis). GELL. 20, 1, 54 binis quadrigis -tus in diversa nitentibus laceratus est. **b** *translate*: GELL. 14, 1, 3 omnia rerum humanarum ..., tamquam stellis atque sideribus -ta, duci et regi.

✱**ēvinco,** -vīcī, -victum, -ere. *ab* ex *et* vincere. GLOSS.[L] II Abav: EV 12 -tus prorsus victus. 14 -it consequitur. Philox. EV 11 -cit ἐξενίκησεν. 14 -i νικηθῆναι. *legitur inde a* CAES. (*?, v. l. 77*), [HIRT. *?, v. l. 84*], VERG., HOR. *frequentatur ab Ictis* (*cf. p. 1043, 56 sqq.*). [*ex coni.*: LIV. perioch. 49 p. 58, 12 Catonis sententia -cit (*Halm*, dev- *cod.* [*cf. vol. V 1, 861, 43*], perv- *ed. pr.*), ut *eqs.* (*cf. p. 1043, 43 sqq.*). *v. et l. 80. p. 1042, 50. variat* -ere: *c.* vincere: CAES. civ. 1, 67, 6 haec vincit (σ, ev- β) in consilio sententia. VERG. *p. 1042, 18.* IVST. 3, 3, 10 vincat (τ, ev- πι [-ant *D*]). HIER. epist. 39, 1, 3 *al. cf.* TAC. ann. 12, 60 quae ⟨e⟩vicerant (*Heinsius*, vic- *M*). *v. et p. 1042, 50. c.* et vincere: OV. fast. 3, 688 *v. p. 1042, 31.* MANIL. 3, 63 *v. p. 1042, 65.* SEN. Herc. O. 562 (-e *A*; et v- *E*). *cf.* OCTAVIA 902 evicta (*trad.*, et v- *corr. Gronov.*). *c.* devincere (*cf. l. 76*): *p. 1042, 21. cf. et l. 40. dub.*: HIRT. Gall. 8, 52, 5 quod ne fieret, ... consules ... iusserunt (*codd.*, evicerunt *Iurinius; cf. p. 1043, 42 sqq.*). SEN. Herc. O. 1967 quidquid in nobis (*i. Hercule*) ... mortale fuerit, ignis -tus (*E*; invic- *A*, 'an recte? *cf.* ἀκάματον πῦρ', *Schwartz* [*in plag.*]; -tum *acc. n., Heinsius*) tulit. DRAC. Romul. 4, 11 (*coni. Buecheler*)]

i. q. vincendo superiorem fieri, devincere, superare: **A** *usu generali*: **1** *sensu stricto: pugnando, dimicando*: **a** *in re bellica*: *α absol. i. q. victoriam parere*: LIV. perioch. 112 p. 108, 6 Caesar ... cum magno suo discrimine -cit. *β c. obi.*: LIV. 10, 17, 10 (*in oppugnatione*) -cit omnia adsuetus praedae miles (*cf. p. 1043, 8 sqq.*). TAC. ann. 3, 46 imbelles Aeduos -ite et fugientibus consulite. CAPITOL. Gord. 26, 3 auxiliis vel militibus ... Persas. CLAVD. DON. Aen. 2, 320 p. 191, 17 arcis est secunda defensio, ... ut -tis muris ipsa succedat (*cf.* 2, 480 p. 214, 27 firmitatem ... postium. *al.*). 7, 40 p. 11, 9 acies hostium. 9, 565 p. 261, 27 -tis ... fossis. *al.* SVLP. SEV. chron. 1, 24, 3 a rege Mesopotamiae -ti et subacti *Iudaei*. CASSIOD. hist. 4, 7 p. 959[D] (*syn.* subiugasset). SERM. Caspari Anecd. p. 330, 20 -tis hostibus. *de arbore caesa in similitudine bellatoris vulnerati*: VERG. Aen. 2, 630 *ornus* vulneribus (*bipenni factis*) donec paulatim -ta (victa *V*) supremum congemuit *eqs.*

b *in aliis dimicationibus*: TERT. scorp. 6 p. 156, 8 *homo* ne solummodo evasisset, verum etiam -isset (*A*, dev- *B*) inimicum (*i. diabolum*). *de bestiis fere i. q. vincendo depellere, delere*: PALLAD. 1, 35, 6 campas fertur -ere qui *eqs.* *in imagine*: PROSP. c. coll. 15, 4 p. 258[B] cui persuadere poteris per naturalem liberi arbitrii facultatem tam arduum certamen -tum.

2 *sensu latiore: quavis ratione*: **a** *homines* (*praeter l. 30. 34. 39 pass.; fere abl. instr. vel causae aut acced. aut facile subaud.*): *α cum respectu rei qua quis superetur* (*bestias fere i. q. domare*: SEN. benef. 1, 2, 5 adsiduitas ... meriti pertinacis -it): VERG. Aen. 4, 474 *Dido* -ta dolore decrevit ... mori. 4, 548 tu lacrimis -ta meis ..., germana (SEN. Med. 491). OV. fast. 3, 688 -tas (*Heinsius*; et victas *DG* [t *prius et* s *in ras. G*[2]], evicta [et vic- *B*ς] est *AV*) precibus ... dedit illa (*puella*) manus ([*i. pars pro toto*]. VAL. MAX. 6, 5 ext. 3. SEN. Med. 184 -it gener. TAC. ann. 4, 57 *al. cf. infra l. 53 sqq. p. 1043, 45*). trist. 3, 1, 76 -tus longo tempore Caesar. SIL. 15, 332. STAT. Theb. 7, 558 pactis *Eteoclem.* 9, 840 pudore. TAC. ann. 15, 64 oblata mitiore spe blandimentis vitae -tam *esse Paulinam ad vivendum* (*cf. l. 47 sqq.*). APVL. met. 3, 9 necessitate. ITIN. Alex. 44 *Alexandrum* Darii uxor (*sc. pulchritudine*) ... non -erit. SVLP. SEV. chron. 1, 14, 6 decem plagis corporis et regni sui contusus *Pharao* et -tus est. SIDON. carm. 15, 148 Minerva ... calathis -ta recedens. CASSIOD. Ios. antiq. 18, 1 p. 513 -ti ratione pontificis (*gr. 18, 3 οἱ μὲν ἡττηθέντες ... τῶν λόγων*). *coniung. c. simpl.*: TAB. devot. (CIL I[2] 2, 2520; *non post a. 40 a. Chr.*) 8 tradas (*sc. Proserpina Plotium*) ... febri quartanae *sim.* ... quas (*acc. pro nom.*) cum illo luctent deluctent illunc -ant vincant usque dum animam eius eripiant.

β cum respectu finis ad quem quis vincendo adducatur, fere i. q. flectere (*fere i. q. persuadere l. 53. cf. et l. 37*): TAC. hist. 2, 64 nec ... fortunae illecebris aut ambitu civitatis in gaudium -ta (ann. 1, 57 uxor Arminii ... -ta [*Ruperti*, victa *trad.*] in lacrimas). ann. 11, 37 Lepida supremis ... necessitatibus ad miserationem -ta erat. SVET. Tib. 37, 2 nec ut (*aliter p. 1043, 45*) revocaret umquam ullis populi precibus potuit -i (PS. VEN. FORT. vita Remed. 7, 19 Remedius ... precibus est populi ...-tus, ut orationem ... funderet *eqs.*).

b *res: vincere sic, ut vis alcis. rei sive superetur sive tollatur* (*depellatur*): *α res naturae* (*sim.*: PROP. 4, 7, 2 lurida ...-tos [ς, eiunc- *N*, euinc- *O*] effugit umbra rogos): VERG. Aen. 2, 497 aggeribus ruptis cum spumeus amnis exit oppositasque -cit gurgite moles *eqs.* ([AVG. spir. et litt. 4, 6 p. 158, 27]. *cf.* CYPR. GALL. iud. 221 ripas ... tumens *fluvius. al.*). OV. epist. 18, 155 -ta per aequora (*sim.*: met. 14, 76 ubi Troianae remis avidam ... Charybdin -ēre rates [*cf.* 15, 706 navis ...-it fretum. trist. 1, 10, 33]. PLIN. nat. 9, 98 *cancri* os Ponti. ITIN. Alex. 8 vadum [*i. Granicum*] *milites*). OV. met. 14, 769 oppositas nitidissima solis imago -cit nubes (SEN. nat. 1, 8, 6; *syn.* scindit). MANIL. 3, 63 *astra zodiaci* vagas ...-unt ([*M*; et vinc- *GL*]. *i.* 'cursu superant') stellas (*syn.* vincuntur). SEN. dial. 11, 19, 4 -tis ... tempestatibus. nat. 2, 26, 4. 4, 13, 3 *nix stipata* aestatem. 5, 10, 2 frigus *a sole*. PETRON. 79, 4 lineamenta *cretā notata* -erunt spississimam noctem (*sc. ut cerni possent. cf. p. 1043, 6*). AVIEN. ora 712 labos ... conditorum ... formam locorum et arva naturalia -cit arte. MACR. Sat. 1, 21, 3 sol -tis sex signis inferioris ordinis incipit *eqs.* EVCHER. pass. 3 p. 166, 24 -tis transmissisque angustiarum faucibus. *arbores, herbas* (*fere depellendo; supereminendo l. 75*): HOR. carm. 2, 15, 4 platanus ... caelebs -et ulmos. SEN. Phaedr. 457 arbor ... celso vertice -et nemus quam non maligna caedit ... manus. PLIN. nat. 18, 147 si -erint herbae *eqs.* (18, 185 herbas lupinum).

β res (*malas praeter l. 84*) *maxime corpus animantium afficientes*: SVLPICIA Tib. 3, 17, 3 tristes -ere morbos (*ibid.* 5 CELS. 3, 22, 8. COLVM. 6, 5, 2 [*seq.* propulsandi]. VEG. mulom. 4, 3, 6 [*syn.* expellendi]. *cf.* CELS. 5, 26, 33 si ne haec [*i. erodentia*] quidem -unt [*sc. putredinem*]. VEG. mulom. 1, 11, 9. 1, 15, 4 acerbissima passio. 1, 56, 32 perfrictionis incommodum [*syn.* pellatur]. CHIRON 153 p. 48, 5 vitia insanabilia [245 p. 73, 27 morborum]. *et al.*). OV. met. 1, 685 ille ... pugnat molles -ere somnos. SEN. dial. 2, 10, 4 *sapiens*

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quosdam ictus recipit, sed receptos -it et sanat et comprimit. 12, 17, 1 in perferendis et -endis doloribus. nat. 2, 59, 4 hoc (*i. varia genera mortis*) ... nulla potentia -it. AMBROSIAST. in Rom. 1, 16 p. 55[C] *in alleg. Christ.*: mortis -tae (*al.* PELAG. in Rom. 3, 24 p. 33, 5 S. mortem Christus). MIRAC. Steph. 1, 3 ad -endas caecitatis tenebras (*cf.* MACR. Sat. 1, 17, 40 lupus ... oculorum acie ... tenebras noctis. *v. p. 1042, 69*).

γ varias res (fere incorporeas; saepius iniquas, abominandas sim. v. et p. 1042, 9): LIV. 9, 6, 5 -cit (*codd., praeter M*: evinc-) miseratio ... superbiam. SEN. Herc. f. 558 -as utinam iura ferae Stygis (*v. infra l. 49*). Herc. O. 1199 Ditis -ci moras. Thy. 440 quidquid obstat. clem. 1, 14, 1 multae iniuriae patientiam -erunt. dial. 4, 4, 1 *affectus* rationem -cit. epist. 82, 23 opiniones totius aevi. *al.* VAL. FL. 2, 186 -ta ... matrum corda. SIL. 3, 587 veneno desidiae virtus ... -ta senescit. CYPR. GALL. iud. 375 mens ... periclo (PS. AVG. quaest. test. I 122, 12 p. 369, 6 ad -endas ... incredulorum mentes). PORPH. Hor. carm. 2, 17, 22 pericula. serm. 2, 3, 239 cum vellet *Aesopi filius* patrimonium animo -ere (*sc. dilapidando*), dicitur *tot HS* ... una hora *absumpsisse*. epist. 2, 1 pr. *Augustus* invidiam virtute. VICTORIN. POETOV. in apoc. 6, 1 p. 69, 9 (rec. Hier.) incredulitatem (*rec. Victorin.* vincerent). PRISCILL. tract. 1, 31 p. 26, 22 diem nostrae nativitatis. CLAVD. DON. Aen. 5, 20 p. 428, 1 sequamur fortunam quam non valemus -ere. *al.* SVLP. SEV. epist. 2, 7 cui post -tum mundum ... reddita est corona iustitiae (*sim. de vitiis saecularibus*: SACR. Leon. 445 animus ... stimulos aetatis. FAVST. REI. epist. 9 p. 214, 22 -tae carnis [*cf.* CE 748 = INSCR. christ. Diehl 1714, 9 -tis carnis vitiis saevoque dracone]. POMER. 3, 17, 2 p. 501[A] malum). MART. CAP. 2, 143 *Philologia* omnem difficultatem superae conscensionis (*v. app. crit.*). *et al.*

B *significantius: quasi vincendo fere i. q.*: **1** *demonstrare, obtinere (syn. l. 32)*: **a** *seq. acc. c. inf.* (*cf.* convinco): HOR. sat. 2, 3, 250 si puerilius his ratio esse -et amare nec quicquam differre *eqs.* ARNOB. nat. 7, 45 p. 279, 20 -ere atque obtinere vos posse Aesculapium illum fuisse serpentem. **b** *aliquid*: TERT. scorp. 3 p. 151, 2 definitiones dei adversus superstitiones tam -tas quam ... vindicatas. CLAVD. MAM. anim. 3, 16 pr. p. 185, 6 quae ... edissertata quaeque ... -ta sunt.

2 *perficere, praestare*: OV. Pont. 3, 1, 31 hoc. VAL. FL. 1, 248 (*verba Iasonis*) viri, mecum dubiis ... -ite rebus quae meminisse iuvet nostrisque nepotibus instent. CLAVD. DON. Aen. 12, 370 p. 596, 8 qui ... pendens trahebatur -erat aliquid, sed duorum equorum vim ad plenum superare non valuit.

3 *impetrare, consequi (seq.: enunt. fin. l. 43 sqq.; ad c. gerund. l. 50)*: LIV. 2, 4, 3 -unt ... instando, ut litterae sibi ... darentur. 3, 41, 1 in hanc sententiam ut discederetur, ... -bant. 4, 25, 1. 5, 26, 1. 38, 9, 7 partim consilio, partim precibus -cit, ut *eqs.* (*aliter p. 1042, 52*). LIV. perioch. 49 p. 58, 12 *v. p. 1041, 75*. LIV. epit. Oxyrh. 7, 177 Appius Claudius -cit, ne *eqs.* BOETH. cons. 1, 4, 12 p. 9, 13 ne coemptio exigeretur -ci (*v. et p. 1041, 84. cf.* AVG. conf. 1, 11, 17 pater ... non -it in me ius [*v. supra l. 10*] maternae pietatis, quominus in Christum crederem). AVG. pecc. mer. 3, 12, 21 p. 149, 2 ad quos (*sc. parvulos*) faciendos Christianos voluntas Christiana ... unius parentis -erat.

4 *in usum venire (recipi)*: COD. Iust. 12, 19, 14, 1 (*Iustin.*) quod in universo scrinio ... libellensium -isse monstratur, id in adiutores sacrae memoriae ... transferendum censemus.

C *speciatim t. t. ap. Ictos: i. q. vindicare, recuperare, repetere sensu eo, quem s. v.* evictio *p. 1035, 58 accuratius definitum invenies (deest* COD. Theod.): QVINT. decl. 388 p. 433, 22 *dispensator* adulescentem ... dominum ... apud venaliciarium repertum iudicio adserens -cit (*cf. ibid.* p. 436, 12). 388 p. 439, 19 qua ratione alienum servum -it (LABEO dig. 32, 29, 3 IAVOL. dig. 21, 2, 58. AFRIC. dig. 21, 2, 46, 2 in libertatem [*ibid.* 3 *Mommsen*, -e *trad. al.*]. PAVL. dig. 19, 1, 43 interest emptoris s. non -i. *al. cf.* PAPIN. dig. 18, 7, 6 *servam*). ALF. dig. 6, 1, 57 fundum (*al.*). PROC. dig. 31, 48, 1 si hereditas -ta fuerit (IVLIAN. dig. 5, 3, 55 GAIVS inst. 3, 36. *et saepe*). *talia saepissime (v. V. i. R.)*. TAB. cer. Dac. (CIL III p. 937; *a. 139*) 9 si quis eam puellam partemve quam ex eo (*sic*) quis -erit *eqs.* ([*ibid.* p. 959, 8; *a. 160* mulierem]. *cf. ibid.* p. 941, 8 eum puerum ... partemve *eqs.* [PAP. Britann. 229, 8; *a. 166*]. *ibid.* p. 945 [*a. 159*], 9 eam domum partemve *eqs.*). *ibid.* p. 941, 11 quantum id erit, quod ita ex eo -tum fuerit (*ibid.* p. 959 [*a. 160*], 11 q. i. e. quot ita ex ea quit -tum ablatumve fuerit). COD. Iust. *saepe (v. ind.). inde, ut vid., laxiore usu: acced. dat. i. q. sibi vindicare*: TERT. apol. 47, 11 fabulae ... de similitudine fidem infirmarent veritatis ⌊vel eam sibi potius -rent⌋ (⌊ ⌋ *P; aliter F*). *fere i. q. vindicatione consequi, obtinere*: AVG. c. Cresc. 3, 43, 47 p. 453, 26 Maximianus episcopus ... dicta inter partes iudiciaria sententia basilicam fundi Calvianensis -erat, quam vestri inlicite ... usurpaverant. CIL XII 5278 ⟨monu⟩men⟨t⟩um (*sc. ab aliis occupatum*) -cit idem⟨que⟩ nomina restituit.

[**ēviolāsse** *in vs. nondum sanato varieque temptato* PROP. 1, 7, 16 (te violasse, evoluisse *coni.; v. Enk ad l.*).]

euippius, -ī *m. ab* *εὐίππιος (*cf. nom. pr.*). *scriptum est* EVVIPI-. *dub. signif.* (*de venatore quodam in lud. publ. prod-eunte*): CIL VI 10210[a] T. Fl(avio) Maximino (centurioni) -vip(p)io sum(m)o venatori Alexandria Clymene ... fecit (*cf.* equarius 'venator' *p. 708, 20*). *K.-M.*

ēvirātio, -ōnis *f. ab* evirare. GLOSS.[L] III Abol. ER 5 eruatio (evir-) *v. p. 566, 39. i. q. castratio (translate de pilorum evulsione, signo sc. mollitiae)*: PLIN. nat. 29, 26 perdidere imperii mores ... potus ... ieiunorum ac vomitiones et ... perpotationes ac pilorum -o instituta resinis *medicorum eqs.*

ēvirātus *v.* eviro *l. 75 sqq. Junod.*

NON. p. 154, 4 puellascere, ecfeminari vel **ēvirēscere** (*F*[3], revirdis- *rell.; cf. Sittl, ALL 1, 1884, 488 adn.*). [**ēvīrescere**? (-ī- *metro probatum*): VARRO Men. 425 (*trad.* eiur-, evir- *Non. p. 101, 31 sq. tam in lemm. quam in vs. cit.*) *v. s.* eluresco *p. 436, 4 sqq.* (*Havet, Lindsay*).] *K.-M.*

ēviriātio, -ōnis *f. ab* eviriare. *fere i q. debilitas, debilitatio (cf. infra l. 21 sqq.)*: CHIRON 404 p. 124, 5 *iumentum* nimis emacrescit ... nec stercus reddere potest -is causa.

ēvirio, (-āvī,) -ātum, -āre. *ab* ex *et* vir (*cf.* eviro). GLOSS. II 237, 54 *ἀπόκοπος, ὁ ἐκτμηθεὶς τοῦ αἰδοίου* -tus. *nonnisi vulg. serm.* (*cf.* CHIRON *l. 28 c.* VEG. *l. 54*). [*corr. l. 24. 26. 30.*] *i. q. evirare (v. infra l. 44. 50) sc. quasi castrando vires, robur demere, debilitare sim. (vid. vox ad vocab. 'vires' [cf. l. 25] quodammodo revocata esse)*: CHIRON 14 p. 8, 16 castratos ... numquam deplere debemus herba ... contingit enim eis -ari (ei se iuriari *cod.*) ... iam enim partem virium cum testibus amiserunt ([*cf. Hippiatr. gr. I 59, 14 ἐλάσσονας γίνεσθαι*; *Veg. mulom. 1, 23* enervantur]. *sim.* 180 p. 56, 3 [eo severiari *cod.* VEG. mulom. 1, 14, 3 *v. infra l. 53*]). 119 p. 38, 25 ne sanguine *venas* inanies et nervos eius -es. 163 p. 51, 11 a cursione multa (248 p. 74, 19 a[d] frequentia cursionis multa). 180 p. 55, 31 *sanguis* corrumpitur, fit sanies, ex qua re contingit ⟨e⟩viriari.

ēviro, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* vir (*cf.* evirio). *de notione*: NON. p. 46, 12 -ari (-are *trad.*) dicitur virilitatem amittere et effeminari (GLOSS.[L] II Abav. EV 3 *v. p. 983, 8.* V Aa E 619 *al.*). AMBR. Noe 25, 93 p. 479, 26 -tus dicitur qui sanguinis plurimum amiserit. GLOSS.[L] II Abav. EV 15 -antur: evacuantur, mutilantur (III Abstr. EV 2 -at exanimat, evacuat, castrat [*al.*]. Corp. E 5 ebilantur [*i.* evir-] mutilantur). Corp. E 324 -at vires tollit (GLOSS. V 291, 15). *al. forma* -astis: CATVLL. 63, 17. [*ll. vv. v. l. 49. 54 sqq. 63. 66. 72. corr.*: SCHOL. Cornut. Iuv. 1, 22 (*FlJb. suppl. 23, 1897, 383*) tener -tus (*Housman ad Lucan. 8, 619*; cui ratus, curatus *trad.; cf. l. 43*). *coni. dub.*: LAMPR. Alex. 66, 3 pervi fuerit *P* (servi evirati *Peter, alii alia*). *falso trad.*: COMMENT. Lucan. 8, 619 -vit vulnus (*cod.*, curavit *Housman; cf. l. 40 et 56*).]

C. vi ***seorsum*** *vocandi, i. q. avocare, sevocare (nonnullis ex his exemplis fides derogari solet [v. infra l. 54. 55. 62. 72. 74 et cf. p. 1053, 54], sed praeter* NEP. Epam. 5, 3 *cives* a bello -as [a- *Lambin., edd.*] *vix certo argumento lectio trad. tollitur. cf. etiam p. 1053, 64 sq.*): **1** *proprie: separare alqm. a ceteris (cf. et* RVFIN. hist. mon. 29 p. 454[D] *seorsum -tis singulis . . .* fratribus *et v. p. 1056, 75*): **a** *vocando seorsum:* LIV. 24, 22, 8 -tum *ab uxore* eum (*sc. Adranodorum*) ab legatis. 45, 5, 9 Perseus -to (*V*, se- *Drakenb., edd.*) Euandro . . . auctor esse *eqs.* PETRON. 110, 5 succurrit ancilla -tumque (se- *inde ab ed. Goldast.; sed v. Löfstedt, BphW. 31, 1911, 1422*) me . . . exornavit capillamento.

b *abducendo, amovendo:* CAES. Gall. 6, 34, 4 praedae cupiditas multos longius -bat (*sc. ex ordinibus; v. Klotz, Caesarstud. p. 248*). SEN. dial. 10, 12, 1 quos officia domibus suis -ant ([*A*[5], se- *ut vid. A*[1]]. *cf.* COLVM. 1, 1, 19 quoniam plerosque nostrum civilis ambitio saepe -at ac saepius detinet -tos). FRONTIN. strat. 3, 6, 2 Scipio . . . alia oppida *aggressus est* . . . et -tis ad sua defendenda singulis vacuatam auxiliis Delminum cepit ('*forte*: avocatis' *Gunderm.*). AMM. 31, 7, 8 reversis his, quos necessitas -arat (*sc. ab exercitu*).

2 *translate: de animo, voluntate, studiis sim.:* **a** *i. q. abducere, avertere: addito 'quo' praep.* ad): VAL. MAX. 9, 1 ext. 1 *Campana luxuria* ducem . . . exercitum *Carthaginiensium* dapibus . . . vino . . . veneris usu ad somnum et delicias -vit. HERM. vulg. mand. 10, 1 *homines negotiosi* -antur (evacu- *D, Vat.*) a sensu suo et nihil . . . intelligunt (*sc. aberrando; gr. ἀποπλανῶνται, Pal.* errantes). **b** *i. q. detinere (cf.* revocare. *acced.* a b): TERT. spect. 2 p. 2, 19 *plures* magis periculum voluptatis quam vitae -et ab hac secta (a- *Gelen., edd. falso; v. Löfstedt, Eranos 8, 1908, 115 sq.*). PANEG. 10 (4), 37, 5 licet aetas adhuc *te* -et (a- *Sigonius, Baehr.*[1]; re- *edd. multae, Baehr.*[2]) ab imitatione virtutis paternae *eqs.*

D fere i. q. ***appellare:*** RVFIN. hist. mon. 28 p. 452[B] fratris cuiusdam nomen . . . nuper . . . *sepulti* -vit (*cf.* 32 p. 460[A] *angelum* illos ex nominibus -antem, *seq.* invitantem). *cf. et p. 1054, 64.*

II *i. q.* ***excitare, incitare*** (*cf.* provocare): *A praevalente vi* ***ortum dandi, gignendi, efficiendi*** (*sc. excitando*): **1** *de naturalium sive corporalium rerum prolatu: i. q. producere, procreare:* **a** *sativa, herbas, arbores sim. (pass. fere i. q. 'crescere': p. 1062, 6; sim. 'crines' [i. q. 'augmentum dare']: p. 1062, 10. cf. etiam*: PROB. Verg. georg. 1, 18 Minervam ictu cuspidis . . . oleam -asse): VARRO rust. 2, 2, 14 primitus oritur herba imbribus primoribus -ta (SEN. Phaedr. 12 Zephyrus vernas). SEN. benef. 7, 31, 3 *sol* sata. COLVM. 3, 12, 1 radices . . . tum . . . se promunt, cum modico tepore -antur (PS. QVINT. decl. 12, 4 p. 221, 5 levi rore. *cf. et p. 1063, 6*). PLIN. nat. 16, 114 primo fetu *caprifici* sequens -atur (*cf. Theophr. c. pl. 2, 9, 13 ἕτερα φύουσι*). 17, 16 germinationes -tae indulgentia caeli. PALLAD. 1, 6, 12 tepor -at *semina*, frigus includit. ARATOR act. 2, 190 *per deum* palmes . . . recisus . . . fecundius -at (*Cantabr.*, educat *rell.*) uvas. *aliter p. 1063, 3.* ***crines*** (*v. p. 1061, 83*): PLIN. nat. 23, 83 *oleum cicinum* capillum . . . fertili natura -at.

b *varia:* VAL. MAX. 2, 4, 5 *rusticus* pertinaci spiritu flammam -vit ([*v. p. 1053, 69*]. *cf.* SEN. nat. 2, 23, 1 nubes incitatae frementе vento . . . ignem -bunt). CELS. 3, 20, 1 iis, per quae sternu[ta]menta -antur ([voc- *J.* 4, 2, 5; voc- *V*[1]; *cf. 4, 2, 8* st. excitare. *al.*]. *cf.* 4, 23, 3 vomitus . . . albo veratro . . . -tus [PLIN. nat. 31, 119 vomitiones . . . iis, qui *eqs.*]). 3, 21, 6 -andus est sudor . . . per exercitationem *eqs.* ([3, 25, 3 PLIN. nat. 23, 95 *al.*]. *sim. umores, liquores:* SEN. dial. 2, 5, 2 lacrimas . . . -ant *pueris* nomina parum grata auribus et digitorum motus *eqs.* nat. 3, 15, 7 *guttas* aestu [*opp.* eliduntur]. 5, 18, 13 ad -andas supprimendasque aquas. PLAC. med. 14, 29 H.-S. asini splenem . . . inpositum mamillis lactem -at [*cf. tit.*: ad provocandum l.]. *aliter l. 54. p. 1063, 2*). TERT. resurr. 11 p. 40, 20 *deus* poterit . . . carnem quocumque dehaustam -are de alio (*syn. antea*: in nihilum perductam exprimere de nihilo).

2 *incorporaliter: i. q. parere, efficere (fere i. q. impetrare infra l. 32. maxime eas res quae ad animum affectusque eius pertinent*): CIC. Deiot. 40 occurrere solet . . . *misericordia* supplicibus . . . nullius oratione -ta. fin. 2, 99 innatam esse homini probitatem . . . , non invitatam . . . nec praemiorum mercedibus -tam. phil. frg. V 81; *syn.* eliciatur (*v. p. 369, 74*). Att. 10, 8, 10 meam ipse *συμπάθειαν*. CAEL. Cic. epist. 8, 11, 2 intercessionem. SEN. dial. 5, 8, 5 iram (epist. 47, 19). epist. 29, 5 *facetiae* risum . . . lugentibus (NEMES. ecl. 3, 29). 49, 1 desiderium. 52, 11 *clamorem* rerum magnitudo. 58, 30 aviditatem (*cf.* 85, 11 *cupiditatem* amplioris rei spes). *al.* QVINT. inst. 5, 13, 54 fiunt et tertiae *manus gladiatorum*, si prima ad -andum (*v. p. 1053, 69*) adversarii ictum prolata erat *captatio.* FVLG. aet. mund. p. 134, 12 decretum . . . divine potentie virtute -citum (*v. p. 1053, 20*).

B c. notione ***trahendi, movendi:*** **1** *spectatur sensus 'foras' ducendi, i. q. egerere, educere, exprimere (sc. alqd. ex interiore extrorsum dare. cf. I A, p. 1053, 81*): **a** *generatim:* VITR. 9, 1, 12 fervor . . . omnes res -at et ad se ducit ([*seq.* excitari]. *cf.* SEN. nat. 5, 9, 2 calor . . . -at exeuntia ac . . . trahit [*ibid.*]). COLVM. 9, 14, 15 ut . . . apes *per lanam* quasi per siphonem sucum -ent (PLIN. nat. 30, 69 sucus cochlearum punctis -tus).

b *technice in arte med.: res (secernendas) e corpore educendas curare (audaciora: i. q. 'extrahere' sc. tela, infixa corpori infra l. 68; i. q. 'exire', 'emanare' [sc. refl. aut pass.]: infra l. 55. 72; de alvo cienda: infra l. 64. aliter supra l. 17. p. 1055, 20*): CELS. 2, 9, 2 auxilium corporis aut demit . . . materiam aut adicit aut ⟨e⟩vocat ([*J*, voc- *FV*]. 2, 14, 8 a summis aut a mediis partibus corporis. 2, 33, 1. 8, 10, 1[L] primo digeri m. . . . , tum -ari. *al. cf.* 4, 14, 4 impetum materiae). 2, 17, 2 corruptum umorem ([*JF*, voc- *V*. 4, 23, 1. 6, 11, 5 *al.* CHIRON 708 p. 222, 16 incipiet u. foris -ari; *v. l. 48. al.*]. *cf.* 5, 21, 1[B] ad sanguinem . . . -andum [7, 26, 5[B]; *opp.* prohibitus. *al.*]. 7, 2, 4 *pus*). 4, 7, 2 id quod strangulat. 4, 20, 2 ex ceteris *locis* spiritum -are (*cf.* SOL. 27, 32 haemorrhois . . . sanguinem elicit et . . . quicquid animae est, -at per cruorem. PELAGON. 205 omne vitium [*i.* '*suspirium*'] -bitur; *gr. Hippiatr. II p. 33, 11 τὸ πᾶν νόσημα διαφορηθήσεται*). 5, 12 -at et educit ladanum *eqs.* (*cf.* THEOD. PRISC. eup. faen. 22 p. 25, 1 *adiutoria* ex altitudine aliquid -are [evacu- *b*] *possunt* [*sim.* 24 p. 26, 11; evacu- *b*]). 6, 6, 16[A] quibus alvus inferiore parte -anda est. *al.* PLIN. nat. 20, 51 *alio* suffito . . . -ari secundas partus (*sim.* 26, 161 menses [*v. app. cr.*]. 28, 251 abortus. 29, 32 mortuos partus [*cf.* MARCELL. med. 14, 70 ad p. extrahendos . . . et si quid post p. resederit -andum]. *al.*). 20, 82 *tumores.* 30, 122 harundines et tela . . . -at mus dissectus *eqs.* ([*syn.* extrahenda]. *cf.* DIOSC. 2, 164 *anagallis* infixa corporibus; *gr. 2, 178, 1 σκολόπων ἑπισπαστικαί* [*v. supra l. 48*]). *passim.* PLIN. med. 3, 4 p. 77, 13. CHIRON 453 p. 144, 14 ista (iust- *cod.*) res (*sc. vermes*), quae cito se foras -et (*i. fere 'exeat' [v. supra l. 49]; gr. Hippiatr. I p. 167, 23 διὰ τὸ εἶναι . . . εὐεξόδους sc. τὰς ἕλμινθας. cf. et p. 1053, 75*). THEOD. PRISC. eup. faen. 51 p. 53, 11 ab interioribus . . . sollicitudines (*sc. vitia faucium*; re- *r*). *et al.*

2 *respicitur vis ex alio in alium locum vel statum movendi: i. q. adducere, perducere, commovere, impellere (inde artius i. q. 'stimulare', 'sollicitare' sim.: p. 1063, 15 sqq. 30. acced. praeter p. 1063, 12. 26. 30. 36 additam.: praep.* ad, in [*sensu tam loc. quam fin., mod.*]; ut *fin.: p. 1063, 24*): **a** *proprie (sive locali sive corporali quasi motu. cf. p. 1063, 39*): *α generatim:* CELS. 2, 10, 13 materiae cursum . . . in ipsum, quod gravat, -ari; *opp.* averti (*cf.* 4, 29, 3 ut eo m. inutilis -etur [8, 10, 7[O]]). 2, 14, 11 *frictio* calorem in cutem (*cf.* 7, 7, 7[A] inflam-

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mationem ... in eas partes, quae *eqs.*). FORTVN. rhet. 3, 18 p. 131, 22 ut umor *ambulatione* in inferiora loca ex superioribus -etur. *β technice in agric.: stirpes sim. (aliquo) trahendas curare (fere i. q. 'educare': l. 12; aliter l. 39. p. 1061, 82. cf.* COLVM. 5, 5, 5 recisis radiculis, si quas in summo solo citaverint *vites* ... ut *non* radices in superiorem partem -entur [*i. 'crescant'?; v. p. 1061, 83*]): COLVM. 4, 15, 2 *vitis* ex arcu ... citat materiam, quae ... applicata suo pedamento ad iugum -atur (*cf.* 4, 29, 11 unus surculus -etur in i., alter ... recidatur). 4, 31, 2 ut *perticalis salix* in longitudinem [ramorum] potius quam in latitudinem -etur. PLIN. nat. 14, 10 vis *vitium* ... -atur in palmites aut deprimitur in propagines. 14, 33 *Italorum* avide palmites (*sc. in vitibus*) -antium (17, 175 longius).

b *translate: de interna condicione, qualitate, affectione aliquo adducenda: α strictiore usu: de incitatione mentis, animi, indolis:* Ⓘ *obi. sunt homines: i. q. excitare, commovere (c. vi 'exhortandi' infra l. 27):* ⓐ *c. additam.:* ad: CELS. 3, 21, 17 paulatim ... -andus aeger est ad exercitationes, frictiones, solem *eqs.* SEN. epist. 100, 12 quae adulescentem ... attollerent et ad imitationem sui -rent (*v. adn. cr.*). PANEG. 10 (4), 27, 6 quod ad pugnam potueris -are *Maxentium* (*i. 'impuleris'; vix ad p. 1055, 24 ref., sed cf. 5; aliter p. 1054, 2*). in: SEN. dial. 5, 5, 1 *iracundia* placidos in saevitiam ac violentiam. 5, 9, 5 quosdam salutatio ... in litem (*sc. animo affectos*). 12, 18, 5 quem non in iocos -bit ... lascivia? *seq. enunt. fin.* (ut): PLIN. epist. 3, 7, 15 scio te stimulis non egere; me tamen tui caritas -at, ut currentem quoque instigem. ⓑ *c. nudo obi.:* QVINT. inst. 1, 1, 20 praemiis ... quae capit illa aetas (*sc. pueri*) -etur (*v. l. 16*).

Ⓘⓘ *ipsum animum sim. (fere i. q. 'alacriorem reddere' sc. excitando: infra l. 36):* SEN. benef. 2, 28, 2 boni consulamus et animum ... *dantis* grate excipiendo -emus (*i. 'attrahamus' sc. ad nova beneficia*). dial. 1, 4, 10 *intemperantia* movet cerebrum, in vanas mentes imagines -at (4, 20, 4 ingenia ... in laetitiam). 3, 3, 7 *speciebus rerum* ad impetus -etur *animi principale* (epist. 124, 23 an tu ad suum finem hanc [*sc. rationem*] -as, in quantum *eqs.*). epist. 74, 1 epistula tua ... me ... marcentem excitavit, memoriam quoque meam, quae iam mihi segnis ac lenta est, -vit (*v. l. 28; aliter p. 1055, 41*).

β liberius: varias res (corp. l. 39 sqq.): SEN. benef. 5, 25, 6 *aciem* lumen d⟨iei⟩ ... inmissum (*sc. oculis*) ad ministeria sua -at. PLIN. nat. 17, 182 vitis ... *ante* septimum annum ... -ta ad fructum eiuncescit (*i. 'eo adducta, ut fruges ferat'. cf.* THEOD. PRISC. eup. faen. 25 p. 27, 6 ut apostema ex interioribus in maturitatem ... -etur [ad m. pro curetur *B*]; *i. 'ut maturescat'. aliter p. 1062, 81*).

deriv.: evocatio, evocator. *K.-M.*

✖**euōdes** *n.*, *εὐῶδες*. *scribitur* euuod-: INSCR. ocul. (CIL XIII 10021) 38. 57. 83. 152 *al.* *notatur per* euod: INSCR. ocul. (CIL XIII 10021) 151. 229. euuod: *ibid.* 89. *i. q. suavis, iucundi odoris (v. l. 51); nomen unguenti quod a medicis praescribitur:* **1** *nervis:* CELS. 5, 24, 2 alterum (*acopum nervis utile*), quod -s vocant, hoc modo fit *eqs.* **2** *oculis:* SCRIB. LARG. 26 (= MARCELL. med. 8, 117) praecipue hoc collyrium, quod ... quidam -s vocant, quia boni odoris est. *legitur saepe in sigillis ocularium:* INSCR. ocul. (CIL XIII 10021) 38 C. Cintusmini Blandi -s ad aspr(itudines) (45. 57. 135. 146 Phronimi -s ad asprit(udines) et cik(atrices) [152 *al.*]. *al.*). 89. 105 M. Iuli Sabini -s ad diat(hesis). 139 C. M(onti) Iuven(is) -s ad clar(itatem). *al.; v. indd. p. 605 et 607 sq.*

euodius (*i. εὐόδιος*) boni itineris GLOSS. III 494, 57 (*cf. ibid.* 58 -us serenus; *corrupt. ut vid. pro εὔδιος*). *cf. Onom.*

euoe *v.* euhoe. *Burckhardt.*

ēvolātio, -ōnis *f.* *ab* evolare. *i. q. actio evolandi:* *proprie de ave:* HIL. myst. 1, 14, 3 p. 15, 1 tertia ... emissio *columbae* atque -o habitationem *dei* ... praeformat. *translate de vita celeriter transcurrente (cf. p. 1065, 62 sqq.):* PSALT. Cas. 89, 10 residua eorum (*sc. annorum*) dolor et inanitas, quia transitus repentinus et -o (*cf. hebr. 90, 10* וַנָּעֻפָה *i. 'et avolavimus'; LXX et* VVLG. *prorsus aliter*).

ēvolito, -āre. [*cf. c.* evolare *et c.* volitare. *W.*] *vi auctiva i. q. frequenter evolare (proprie):* COLVM. 8, 8, 1 *columbae* ad requirendos cibos -ant. *debilitata vi fere i. q. evolare (in imag.; opp.* re-): GILD. Brit. 95 chron. III p. 78, 25 semel de arca, id est ecclesia -antes (*C*, avolit- *D*; evolantes *PQ*, vol- *A*) ... nusquam ad eam puro corde revolastis.

✖**ēvolo,** -āvī, -ātūrus, -āre. *ab* ex *et* volare. NOT. Tir. 75, 94 -at. GLOSS. *ἀνίπταμαι (cf. p. 1064, 66 sqq.). ἐξίπταμαι (pertinet ad:* ITALA prov. 7, 10 [Rufin. Orig. in num. 20, 2 p. 191, 1 B., Hier. adv. Iovin. 1, 7 p. 219[B]] mulier ... habens speciem meretricis quae facit iuvenum [adulescentium *Hier.*] -are corda [*ποιεῖ νέων ἐξίπτασθαι καρδίας*, VVLG. praeparata ad capiendas animas]). *legitur inde a* PLAVTO (*v. p. 1064, 7*), ACCIO, VARRONE, CIC. [*confunditur in codd.: c.* volare: HIER. epist. 14, 2, 3. *cf. p. 1064, 18. c.* adv-: *p. 1065, 48. c.* evocare: *v. p. 1065, 70; cf. p. 1064, 11. falso trad. pro* evolv-: *v. p. 1066, 35. 1067, 43. ex coni. p. 1064, 11.*]

i. q. volare tam foras (sc. ex interiore sim.) sive in altum, sursum; quam ab altero in alterum locum (cf. avolare, *sic saepe sub II):* **I** ***stricta volandi notione:*** **A** ***quoquo versus*** *(per se vix refert de qua directione cogitetur; ea tamen exempla quae sine certa et plena ratione not. q. e. 'in altum', 'sursum' explicari non possunt, seorsum posuimus; v. s. B, l. 66 sqq.):* **1** *de animantibus:* **a** *de animalibus alatis:* **α** *proprie de avibus ceterisque volatilibus (in similit. de piscibus ex mari exsilientibus: v. l. 28. per iocum de re animata, quae [avium modo] avolavisse dicitur:* PLAVT. Cist. 731 ⌊cistellula hinc⌋ [⌊ ⌋ *v. app. crit.*] mi ...-vit. *fere i. q. simplex 'volare' infra l. 14):* *de avibus:* ACC. trag. 576 saepe ex humili sede sublima -at (*sc. harpyia, ut vid.*). VARRO rust. 3, 7, 1 in quas (*i. turres*) ex agro -ant *columbae* (3, 7, 6 e quo [*i. rete*] foras ex peristerone -are [*Ursinus,* -care *cod.*] possint. *al.*). 3, 9, 15 *gallinas* extra saepta -are (*opp.* involare ... accipitrem. *sim.*: 3, 11, 3 COLVM. 8, 15, 1). CIC. leg. 1, 2 *ex quercu.* fin. 5, 42 serpere anguiculos, nare anaticulas, -are (*v. supra l. 8*) merulas *eqs.* OV. hal. 6 concussis ... pinnis ... -at ales. LIV. perioch. 55 p. 67, 5 pulli ex cavea (OBSEQ. 24 p. 158, 8 in silvam Laurentinam). MANIL. 5, 366 (*de signo*) nitidis Olor -at alis (*cod. Flor.*; olore ⌊volantis⌋ *GL*, ⌊ ⌋ vola talis *M*). PETRON. 40, 5. PLIN. nat. 10, 113 vultur et fere graviores nisi ex procursu ... non -ant. 10, 121. SVET. Aug. 94, 7 altissime. GAIVS dig. 41, 1, 5, 6 longius. APVL. met. 3, 21 *Pamphile bubo facta* in altum sublimata forinsecus totis alis -at. SCHOL. Verg. Veron. Aen. 3, 693 *Latona* in coturnicem mutata ... in *Ortygiam. et al. (cf. et l. 62. p. 1065, 15. 37).* *de apibus, locustis sim.*: VARRO rust. 3, 16, 30 *apes* cum iam -turae sunt (COLVM. 9, 8, 9 *al.* PLIN. nat. 21, 71. GAIVS dig. 41, 1, 5, 4 ex alveo [PAVL. dig. 41, 2, 3, 6]. *al.*). COLVM. 9, 14, 9 nec facile ex angusto sursum -ant papiliones. PLIN. nat. 11, 71 *vespa.* 11, 93 *cicadae.* 15, 80 *culices* (*al.*). HIL. in Matth. 2, 2 p. 925[B] *locustae. et al.* *nota* (*v. supra l. 5*): PLIN. nat. 32, 15 *pisces* -are ex aqua ... tanta multitudine, ut *eqs.*

β per imaginem: CIC. de orat. 3, 81 Coracem ... patiamur ... pullos suos excludere in nido, qui -ent clamatores odiosi ac molesti. APVL. apol. 83 *epistulae* verba suppressa de Rufini manibus foras -assent (*cf. antec.*: si verba, ita ut poetae aiunt, pinnis apta vulgo volarent). HIER. epist. 47, 3, 1 plurima (*sc. opuscula mea*) -verunt de nidulo suo et ... editionis honore vulgata sunt. SIDON. epist. 8, 11, 7 *ut Lampridium* iure censeres post Horatianos et Pindaricos cygnos gloriae pennis -turum. *v. et p. 1063, 70.*

b *de deis et in similitudine deorum de anima hominis (syn.* excurrere foras *infra l. 50 sq.):* **α** *de deis (de vento infra l. 43 [aliter infra l. 60], de mago infra l. 47, de daemone infra l. 48):* PROP. 2, 12, 15 (*alleg.*) certe pennas perdidit ille (*i. Amor*) suas, -at heu (*v. app. crit.*) nostro quoniam de pectore nusquam OV. met. 1, 264 madidis notus -at alis (*cf. l. 39*). ARNOB. nat. 7, 45 p. 279, 14 non ut deus ... per caeli -at sidera *Aesculapius eqs.* AVSON. 325, 103 *Cupido* -at ad superos. CLAVD. DON. Aen. 7, 475 p. 71, 21 Furia (7, 540 p. 82, 15 per auras ad Iunonem). SVLP. SEV. chron. 2, 28, 5 cum *Simon* magicis artibus, ut se deum probaret, duobus suffultus daemoniis -asset. PASS. Barth. 147, 1 *Astaroth daemon. et al.* *β de anima, mente sim. (de alleg. Christ. v. etiam p. 1065, 7 sqq.):* CIC. div. 1, 114 ii, quorum animi spretis corporibus -ant atque excurrunt foras, ... cernunt illa ... quae *vaticinantur* (Lael. 14 *v. p. 1065, 44*). PLIN. nat. 7, 174 *animam* Aristeae ... visam -antem ex ore ... corvi effigie (*cf.* MART. CAP. 2, 165 aer ... turbidatus egredientes corporibus animas ... non facile patitur -are). CLAVD. 8, 235 *mens* sola manet bustoque superstes -at (*cf.* INSCR. christ. Diehl 3448 [= CE 1848], 3 -at ad superos mentis quoque gratia simplex [*opp.* sepulcrum ... corpora ... sociat]). *translate:* PLIN. nat. 33, 3 mens ad inane -ans reputet, quae ... futura sit finis.

2 *de rebus: naturae* (LVCR. 6, 314, PLIN. nat. 16, 86 *v. p. 1065, 53*): SIL. 9, 499 *Volturnus ventus* (*cf. l. 39*) -at horrendo stridore. FAV. EVL. p. 7, 30 sidera quae obluctantur caelo sunt septem ... totidem circulis -antia. VVLG. Sirach 43, 15 -verunt nebulae sicut aves (*ἐξέπτησαν v. ὡς πετεινά*). *de telis:* AMM. 25, 1, 13 digitorum pulsibus ... harundines -bant (*ex arcu*). CLAVD. carm. min. 9, 20 tortum ... per auras -at excusso nativum missile *hystricis* tergo.

B ***in altum, sursum*** ([*cf. l. 1 sqq.*]. *syn.* educere ad *p. 1065, 10. opp.*: decidere *p. 1065, 12*; deducere *l. 73*; descendere *l. 69*; devolare *p. 1065, 14*; relinqui *l. 84*): **1** *proprie:* **a** *de rebus naturalibus:* SEN. dial. 8, 5, 5 suapte natura gravia descenderint, -verint levia (PLIN. nat. 2, 11 levia ponderibus inhiberi, quominus -ent. *cf.* PLIN. nat. 34, 130 levissimum hoc [*i. spodos*] est flaturae totius -atque e fornacibus et tectis adhaerescit). BOETH. cons. 3 carm. 9, 12 tu numeris elementa ligas, ... ne purior ignis -et aut mersas deducant pondera terras.

b *de hominibus, Christo sec. fidem Christ. ad caelum ascendentibus:* AMBR. Isaac 8, 77 p. 696, 6 his alis (*i. caritatis sim.*) -vit Enoch raptus ad caelum, his alis -vit Helias curru igneo (PETR. CHRYS. serm. 2 p. 188[B] mortis victor -vit ad caelum *Elias. cf.* VEN. FORT. vita Germ. 76, 208; *v. p. 1065, 17 sqq.* PASS. Barth. 147, 2 angelus ... videntibus cunctis -vit ad caelum). SERM. Caspari Anecd. p. 325, 9 qualis -vit ad patrem *Christus.*

2 *translate:* **a** *in statum vel condicionem superiorem elevari: de hominibus:* CIC. de orat. 2, 209 invident ... homines maxime paribus aut inferioribus, cum se relictos sentiunt, illos

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

autem dolent -asse. epist. 1, 7, 8 in te ... similia invidorum vitia perspexi: quem ... -are altius certe noluerunt. COD. Theod. 8, 7, 15 (*a. 381*) qui ... desertis propriae apparitionis obsequiis in ordines indebitos -arunt, pristinis officiis reddantur (*8, 7, 11 al. syn.* transire). *de re publica*: AVR. VICT. Caes. 24, 8 quae iam tum a Romulo ad Septimium certatim -ans *eqs.*

b *alleg. ap. Christ. fere i. q. ad loca sanctorum, libertatis lumen sim. educi, superiora petere*: ARNOB. nat. 2, 77 p. 111, 9 *persecutionibus* nos ... ad lumen efficitis circumcisis nexibus -are (*syn.* ad lucem libertatis educet). HIL. in Matth. 10, 19 p. 974^{A} dei voluntas est, ut unum ex illis (*i. e corpore et anima*) magis -et ..., unum ex eis potius decidere (*cf.* PAVL. NOL. epist. 40, 9 p. 350, 17 etsi ... super naturam terrenam -verimus, ... timeamus avium exemplo ad humiliora devolare). *al.* FILASTR. 155, 10 his sublime virtutibus -are *Christianos* (*cf.* AMRR. Abr. 2, 8, 58 p. 611, 18 *mens* modo avium ... supra caelum -at). PAVL. NOL. carm. 17, 94 -amus mentibus post te dominoque tecum dicimus hymnos. VRAN. epist. 5 p. 862^{B}. VEN. FORT. vita Germ. 76, 208 beatis fidei dotibus perpetualiter victurus victor -vit ad caelos (*an ad p. 1064, 79?*). GREG. M. in Ezech. 1, 3, 13 p. 812^{A} quia ... contemplativa vita ad superiora -at. *et al.*

II ***latiore sensu:*** *in volandi similitudine de (celeri) motu quocumque (celeritatis vi hic illic plus [v. e. g. l. 49 sqq.] minus [e. g. l. 47 sq.] neglecta)*: ***praevalet significatio:*** **A** ***motionis*** (*syn.*: eripi *l. 41*; exire *l. 34*; pervenire *l. 34. cf. et infra l. 47. opp.*: remanere *l. 46. v. etiam l. 41*): **1** *de motu corporali*: **a** *de hominibus: fere i. q. (avolando, foras volando currendove) exire, se commovere, se conferre (v. l. 49 sqq.); accedente evadendi notione fere i. q. effugere* (*cf. e. g. l. 36. 41. 49*): TRAG. inc. 119 ⟨-are (*an* -em*?*)⟩ ... ubi nec Pelopidarum facta neque famam (nomen *et sim. l. v.*) audiam (*-andi verbo poetam ipsum usum esse eo probari videtur, quod* CIC. *in afferendo versu verbum bis adiungit*: CIC. Att. 15, 11, 3 -are hinc idque quam primum, 'ubi ... audiam'. epist. 7, 30, 1 hinc ipse -are cupio [*v. l. 36*] et aliquo pervenire 'ubi *eqs.*' [*cf. Cic. Att. 14, 12, 2; syn.* exire aveo 'ubi *eqs.*']). CIC. Verr. II 1, 13 confringat *Verres* ... consilia senatoria ..., -et ex vestra severitate. II 1, 67 iste (*Verres*) ... cupere aliqua -are si posset (Att. 9, 10, 2 tamquam avis illa ... -are cupio [*cf. Plato epist. 7 p. 348*^{A} *καθάπερ ὄρνις ποθῶν ποθὲν ἀναπτέσθαι*]. *v. l. 33 al.*). II 1, 70 hic sociorum ambustus incendio, tamen ex illa flamma periculoque -vit (II 1, 82 *al.*). Mur. 82 ex ... insidiis ac mucronibus ... eripiar atque -em. prov. 13 e poena. Deiot. 30 (*opp.* intus est). de orat. 2, 22 rus ex urbe tamquam e vinclis. rep. 6, 14 hi (*sc. extincti*) vivunt qui e corporum vinculis tamquam e carcere -verunt (*cf.* Lael. 14 animus [*v. p. 1064, 51*] in morte ... -et tamquam e ... vinclis ... corporis. *cf. l. 42*). Att. 9, 15, 3 -are non tam ad belli quam ad fugae societatem (*opp. Romae* remansisse). 10, 10, 3 hinc ... -bo, atque utinam ad Curionem. PLIN. epist. 9, 28, 4 futurum te fugitivum rei familiaris statimque ad nos -turum (*δ*; adv- *γ*). AMM. 30, 1, 15 post terga relictis militibus -vit *rex*. ENNOD. opusc. 4, 9 p. 385, 12 ad Severinum ignara fuci aetas -vit. 4, 31 p. 390, 19 ad secretiora eremi ... Antonius credidit -andum. *et al.*

b *de rebus: fere i. q. exsilire* (*cf. p. 1064, 5; erumpere l. 54*): LVCR. 6, 314 lapidem ferro cum caedimus -at ignis. PLIN. nat. 16, 86 populorum foliis grandissima lanugo -at (*vix ad I p. 1064, 59 sqq.*). *de telo quasi animato, fere i. q. effugere* (*cf. l. 28*): APVL. met. 5, 22 nisi ... ferrum ... *Psyches* ... manibus delapsum -asset.

2 *translate*: **a** *fere i. q. abire, discedere*: ARNOB. nat. 1, 48 p. 32, 6 ad tactum morbos iusserit ab hominibus -are *Christus* (*cf.* 7, 39 p. 372, 28 cum ... *rusticulus* contactus pestilentiae flagraret incendio, ... insomni ... exposita visione flammas -visse contagii). 4, 34 p. 168, 29 tantum ... ab officio religionum ... -astis (*sc. deorum sublimitatem violantes*). **b** *i. q. perire, syn.* vanescere (*cf. p. 1063, 62 sqq.*): AVG. in euang. Ioh. 7, 1 p. 1438$^{init.}$ et transeunt omnia et -ant omnia et sicut funus vanescunt. **c** *fere i. q. -ando incedere, effundi*: CASSIOD. Ios. antiq. 16, 13 p. 477 rumor a populo de filiis eius -bat (*cf. gr. 16, 373*).

B ***celeritatis*** (*syn.* prosilire *l. 72*; velocem esse *l. 84. opp.* excurrere *p. 1066, 26*): **1** *proprie*: **a** *fere i. q. praecipiti cursu ferri, prorumpere*: *α de hominibus* (*cf. etiam p. 1066, 11. 16*): Ⓘ *generatim*: RHET. Her. 4, 55, 68 *Scipio Nasica* -at (*b v*; -cat *II, sim. al.*) e templo Iovis. CIC. Sest. 28 *Gabinius* exanimatus -at e senatu. Cael. 63 repente -asse istos (*syn.* prosiluerunt). VERG. Aen. 7, 387 in silvas simulato numine Bacchi ... -at *Amata* (*cf.* OV. ars 3, 710 per medias ... -at, ut ... Baccha, vias). 9, 475. CIRIS 214 *Scylla* (*antea*: egreditur). SEN. apocol. 13, 2 'celerius, ... et venire nos nuntia'. dicto citius Narcissus -at. VAL. FL. 7, 644 protinus in fluvium ... -at *Iason*. SIL. 15, 571 et penna et fulmine et .. velocior arcu (*cf. p. 1064, 63*) -at. STAT. Theb. 1, 383 illo (*ad arcem Argiv.*) *Polynices*. APVL. met. 2, 6 ad Milonis hospitium perniciter. IVST. 2, 7, 11 *Solo* more vaecordium in publicum -at. RVFIN. Orig. in lev. 3, 2 p. 302, 9 B. non ..., si forte peccatum videris fratris tui, continuo -are ad publicum et ... divulgare aliena peccata. ARATOR act. 2, 917 in arma tribunus -at (*cf. Vulg. act. 21, 31 sq.*). MART. BRAC. iact. 5 p. 35^{A} in pigro dixeris, quia (*i. quod*) velox est, continuo -bit. *et al.* Ⓘⓘ *specialiter in actione bellica sive mera notione excurrendi sive magis technice fere i. q. vel in aciem proficisci (e. g. l. 10) vel insilire, inruere* (*cf.* NON. p. 128, 17 involare, inruere, -are vel insilire vel invadere): CAES. Gall. 3, 28, 3 subito ex omnibus partibus silvae -verunt et ... impetum fecerunt (7, 27, 3). SIL. 12, 353 per avia saltus -at (12, 457). CYPR. GALL. Ios. 244 quod speculata cohors, quae concava valle latebat, -at (VVLG. *aliter*). DICT. 2, 46 *Thraces* raptim ac sine ullis ordinibus ... ad naves -ant. 3, 13 armati *Troiani* portis -ant temere et cum audacia. AMM. 23, 2, 3 omnes -ant ex hibernis. 24, 4, 23. 30, 3, 2 -are protinus festinabat.

β de navibus (*ipsis aut de navigantibus l. 15; cf. p. 1065, 69*): CIC. Verr. II 5, 89 -arat iam e conspectu fere fugiens quadriremis (AMM. 24, 6, 5 quinque subito naves). FRONTIN. strat. 3, 10, 8 cum navigia ... ad persequendam *navem* -assent (*cf.* 3, 10, 9). PANEG. 7 (6), 18, 6 confestim navibus -rent (DICT. 2, 1 arreptis armis -ant n.).

γ de equis (et equitibus [v. p. 1065, 69]; de tauro l. 20): *de equitibus*: OV. am. 3, 2, 78 patent ... reserato carcere postes *in circo*: -at admissis discolor agmen equis. LACT. mort. pers. 24, 6 *v. p. 735, 55 sq.* AMM. 31, 5, 7 omnes ascensis equis -arunt (*ed. Aug.*, volarunt *V*). *de tauro, de equis*: SEN. Phaedr. 1061 *taurus* praepeti cursu -at. SIL. 10, 463 rapidum glomerans cursum per ... cadavera ... -at *Coelii equus*. 16, 333 *equus in certamine* -at ante omnes.

2 *translate et per imaginem*: CIC. de orat. 1, 161 tantus ... cursus verborum fuit et sic -vit oratio, ut eius vim et incitationem aspexerim *eqs.* Brut. 272 tantos processus *in eloquentia* efficiebat *C. Piso*, ut -are non excurrere videretur.

deriv.: evolatio, evolitare. *compos.*: superevolare.

ēvolvo, -vī, -ūtum, -ere. *ab* ex *et* volvere. *de prosodia*: ēvŏlŭám: CATVLL. 66, 74 (*Lachmann*, evolve(re) *codd.*). ēvŏlŭísse: OV. epist. 12, 4 trist. 2, 238 (*cf.* VERG. georg. 4, 509). *de notione*: SYNON. Cic. Char. gramm. p. 436, 24 B. orbatus, privatus, ... -tus, eversus (*cf. p. 1068, 30 sqq.*). GLOSS. -et exponit (*cf. p. 1069, 74 sqq.*). -e[n]s expedies, liberabis (*cf. p. 1068, 36*). -o *ἐκκυλίω*. NOT. Tir. 75, 84 -it. *legitur inde ab* ENNIO, PLAVTO. [*ex coni.*: evol⟨v⟩at SALL. *l. 62 (cf. l. v. p. 1067, 43). confunditur vel variat in codd. c.* (et) volvere (*cf. l. 39*): PACVV. trag. 284 (*v. Non. p. 262, 33*). 350 *v. l. 73*. CIC. *v. p. 1067, 43. 1069, 82*. LVCR. *v. l. 48*. CYPR. GALL. *v. p. 1069, 72. cf.* HIER. *p. 1067, 47* (*l. v.*: et volutatis, vocatis). *falso trad.*: CIC. Arat. 235 (*pro* volvantur). CAES. civ. 2, 2, 4 (*l. v.*). PROP. 1, 7, 16 (*l. v. Ital.*).]

per quandam ***volvendi*** *actionem*: **I** ***de loco movere*** (*de tempore progrediente, decurrente p. 1067, 63 sqq.*): **A** ***volvendi notione vigente:*** *praevalet vis*: **1** *foras ferendi*: **a** *varias res* (*sim.* Ionam *infra l. 57*): *α fere i. q. eruere, extrahere*: PLAVT. Pseud. 317 (*per imag. scurrilem*) aut terra aut mari (*hyperbol.*) alicunde -am id argentum tibi. LVCAN. 9, 158 -am busto ... Isim et spargam per volgus Osirim. *β fere i. q. evellere, evertere*: LVCR. 6, 141 *ventus* alta arbusta -ens (*O*^{1}, volvens *Q, O?*) radicibus haurit ab imis. *γ i. q. eximere (syn. l. 51; cf. l. 70)*: OV. met. 1, 24 quae (*sc. terram, aquam, aerem*) postquam -vit *deus* caecoque exemit acervo (*i. chao*). *t. t. iur. alqm. (alqd.) temporibus eximere v. p. 1068, 5 sqq.* *fere i. q. promere*: STAT. silv. 4, 3, 141 nec iam putribus -ta chartis ... perlustra mea dicta (*aliter v. infra l. 59 sq.*) sed canentem ipsam *Sibyllam* ... audi. *δ fere i. q. edere: corporea*: CELS. 2, 3, 6 bonum signum est sonus ventris inde ad inferiores partes -tus. 7, 16, 1 intestina *ex ventre ictu perforato* (*cf.* 7, 4, 3^{B} *app. crit.*). TERT. resurr. 32 p. 71, 5 *Ionas* (*v. l. 44. 71 sqq.*) de alvo piscis -itur. *incorporea*: ACC. trag. 47 multi, animus quorum atroci vinctus malitia est, composita dicta (*aliter v. l. 53. p. 1067, 51. 1069, 53*) e pectore -unt suo (*cf.* CATVLL. 66, 74 non ... vera ... tegam, ... condita quin verei pectoris -am [*v. app. crit.; cf. supra l. 29*]. SALL. rep. 1, 8, 9 vix satis ... lingua prompta videtur, quae medita⟨ta⟩ pectore -⟨v⟩at. VAL. FL. 4, 117 tales -it pectore questus). *ε i. q. effodere*: SEN. Oed. 967 radice ab ima funditus vulsos simul -it orbes (*oculorum*. LVCAN. 2, 184 cavis ... sedibus; *syn.* effodit). *ζ i. q. efferre, eicere*: SEN. nat. 2, 26, 5 cum insula in Aegaeo mari surgeret, ... saxa (*aliter p. 1067, 4*) -ta. APVL. apol. 35 quae (*i. maris eiectamenta*) ... in litoribus ... iacent et ... motis flucticulis ultro foras -untur. CLAVD. 17, 39 quidquid fluviis -itur auri (*cf. l. 49*).

b *animantia (v. l. 57): proprie: fere i. q. educere (c. vi l. 73); med. pass. l. 75. 77 (refl. l. 78): i. q. egredi (de serpente prorepente l. 77)*: PACVV. trag. 350 agite, ite, -ite (*Kiessling, sc. e latebris*; volvite *codd.*) rapite, coma tractate per aspera saxa et humum (*Dircen, ut vid.*). LVCAN. 9, 876 imus in adversos axes, -imur orbe, terga damus ferienda noto (ADNOT. *ad l.* extra orbem egredimur). SIL. 6, 218 serpens -itur antro (*cf.* 12, 8 -it s. arcano membra cubili. *in imag.*: HIER. virg. Mar. 14 p. 198^{A} ne ... te quasi lubricus anguis -as, testimoniorum stringendus es vinculis. *aliter p. 1067, 54 sqq.*). *translate: fere i. q. evocare, elicere*: PS. QVINT. decl. 19, 2 p. 342, 17 effringere ... pectus, -ere animum quem supra sua secreta compositum non laetitia, non dolor ... laxaverint.

2 *deorsum movendi, amovendi*: **a** *corporea*: *α fere i. q. e se reicere*: OV. met. 12, 519 obrutus *arborum* ... cumulo ...

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Caeneus ... conatur iactas ... -ere silvas. Ps. Qvint. decl. 10, 2 p. 190, 27 impositum sibi sepulcrum quod non possit -ere ... umbra (*mortui*) miratur. *β fere i. q. deicere, devolvere, excutere (syn. infra l. 10): saxa (i. tela) sim.*: Lvcan. 3, 481 nudis -unt saxa (*aliter p. 1066, 67*) lacertis *Massilienses* muro pugnantes (Veg. mil. 4, 28 p. 148, 2 supra caput hostium, *syn.* iaculentur). 6, 171 cadavera plenis turribus -it subeuntesque obruit hostes corporibus. *homines (membra, corpus)*: Sil. 6, 74 membra cubili -ens ... Marus ... procedit (*cf.* Vvlg. Iudith 13, 10 -vit corpus *Holofernis de lecto*). Apvl. met. 1, 11 grabatulus ... me ... -tum atque excussum ... coperit ac tegit. Amm. 16, 12, 59 equo est -tus (*i. devolutus*). Vvlg. Ier. 51, 25 ait dominus ... -am te de petris.

b *incorporea: fere i. q. amovendo tollere, auferre*: Stat. silv. 1, 1, 41 *Domitiani* pectora, quae mundi valeant -ere curas (*aliter p. 1070, 7*). Petr. Chrys. serm. 75 p. 413^{B} *ut angelus* totam duritiem nostri cordis -at. 77 p. 419^{B} revolvitur lapis (*sc. sepulcri Christi*), ut -ret *angelus* mortem.

3 *in altum ferendi*: Cvrt. 7, 11, 18 fumum (8, 4, 9 ex tuguriis). *fere i. q. educere*: Stat. Ach. 243 humili ... ex aequore Titan ... -it equos. Avien. Arat. 1296 Aurigam ... salsis -unt fluctibus ... surgentes Gemini. *translate*: Avg. civ. 4, 30 p. 185, 3 D. qui quantolibet eloquio se in libertatem nitatur -ere (*cf. p. 1068, 54 sqq.*).

4 *promovendi, med. pass.: procedendi, progrediendi (eatenus, ut aliquid absolvatur v. l. 67)*: **a** *de fluviis, mari fere i. q. provolvere, profluere (med. pass.), effundere (se vel aliquid; inde per similitudinem v. infra l. 40 sqq. de lacrimis manantibus infra l. 47. v. syn. infra l. 39)*: Verg. Aen. 5, 807 *mortuis repletus* nec ... -ere posset in mare se Xanthus (*cf.* Paneg. 12 [2], 34, 4; *v. p. 428, 22 sq.*). Liv. 44, 8, 6 prorutam in mare -endo terram praealtas voragines *facit fluvius*. Sen. Herc. O. 731 -tos frangit ... fluctus Leucas (Cvrt. 4, 2, 7. Amm. 26, 10, 16 retro). nat. 3, 28, 3 ventis surgentibus ingens aequor -unt *maria*. Cvrt. 5, 4, 7 Araxes amnis ... multorum aquas torrentium -it in Medum. *al.* Mela 1, 51 *Nilus* septem ... in ora se scindens singulis tamen grandis -itur (*cf.* Plin. nat. 4, 79). 2, 4. Sil. 3, 49 qua caeruleis Nereus -itur antris. Paneg. 3 (11), 16, 4 fervidum caput Danuvius -it. Avien. ora 307 iugum ad ... flumen ... -itur. 595 Thyrius alto -itur. 687. orb. terr. 156 *v. p. 195, 2.* Evstath. Bas. hex. 4, 4 p. 906^{B} in mare ... suos meatus -ere *lacus* (*syn.* effluere. *gr. p. 88*^{A} *πρὸς ... τὴν ... θάλασσαν ... συνανεστόμωνται*). Iord. Get. 17. 308. *et al.* *in similitudine (cf. l. 26. v. syn. l. 42. 45)*: Cic. de orat. 2, 317 nihil est ... in natura rerum omnium, quod se universum profundat (*syn.*) et quod totum repente -at (*M*, volvat *m*, evolat *e* [-et *L*]. *opp.*: omnia ... lenioribus principiis natura ... praetexuit). 3, 209 me ... haec praecipitem paene -ere; *cf. syn. antea*: (sine exemplis) effudisse. *hic addimus*: Boeth. mus. 1, 13 p. 199, 22 nullus modus ... -endis sermonibus fit. *de lacrimis (v. l. 26 sq.)*: Hier. epist. 1, 3, 3 -tis (*ΣDs*, et volutis *K* [*prior* t *add. m. 2*], et volutatis *Q*, et vocatis *L*) per ora lacrimis.

b *fere i. q. provolvendo se pervenire (med. pass.)*: Liv. 22, 14, 15 ad aures quoque militum dicta (*aliter v. p. 1066, 59*) ferocia -bantur.

c *de animantibus fere i. q. promovere, procedere (cf. supra l. 23)*: *α de bestiis*: Liv. 26, 19, 7 *anguem* -tam repente atque ex oculis elapsam (Tert. adv. Val. 3 p. 179, 13 per amfractus seriem suam -at, tortuose procedat ... lucifuga bestia [*verba temere a Kroymanno temptata esse patet ex*: Phoebad. c. Arrian. 6 $^{init.}$ lucifuga serpens per anfractus -ens seriem suam tortuoseque procedens]. *aliter de serpente p. 1066, 77*). Carm. de Iona 86 *cetus* conchis -ens corporis agmen. *β de hominibus*: Tac. Germ. 39 si forte prolapsus est, attolli et insurgere haud licitum: per humum -untur *e silva sacra*.

d *de tempore, sollemnitatibus sim., de spatio sim. (v. p. 1068, 13 sqq.)*: *α i. q. provolvere*: Sen. Med. 402 dum ... certas mundus -et vices (*i. tempora anni*). Oed. 252 qui tarda celeri saecula -is rota (*i. Phoebus*). *β latiore usu (cf. p. 1066, 42) fere i. q. decurrere vel praeterire (med. pass.), emetiri, absolvere (cf. supra l. 24)*: Ⓘ *temporaliter* (*t. t. iur.* temporibus -ere *v. p. 1068, 5*): Svet. frg. 114 p. 158, 2 aequinoctiales dies ... in quibus dies et nox aequalibus horarum spatiis -untur. Cypr. Gall. exod. 1100 haec inter totus sacrorum -itur ordo (*cf.* Vvlg. Is. 29, 1 solemnitates). Cypr. epist. 37, 2 p. 578, 4 sic apud servos dei annus -itur (Vvlg. II par. 24, 23 *al.*). Hil. in Matth. 17, 2 p. 1014^{A} sex millium ... annorum temporibus -tis (Amm. 25, 7, 7 dies quattuor. Mirac. Steph. 2, 2, 3 $^{init.}$ annus integer et aliquot fere menses. *cf.* Prvd. perist. 10, 407 post -tos mille ... consules [*i. annos*]. *al.*). Ambr. serm. 59^{b}, 1 p. 725^{C} dum per horas -itur dies. Heges. 1, 43, 3 nec solum regnandi ius sibi perisse sed vivendi quoque curricula -ta ⌊temporum⌋ ([⌊⌋ et t. *B*]. Cod. Theod. 8, 7, 16 pr. [= Cod. Iust. 12, 53, 1; *a. 385*] numero stipendiorum et curriculis -tis [*i. stipendiis emeritis*]. 11, 31, 4 [*a. 369*] redintegrent -ta curricula. Sedvl. op. pasch. 4, 11 p. 262, 8 totae noctis -to curriculo.). Hier. in Ier. 2, 8, 20 p. 116, 22 quod mutata sint tempora et anni circulus -tus sit (Vvlg. lev. 25, 30). Vvlg. gen. 38, 12 multis diebus (*al. cf.* Ios. 23, 1 multo tempore. *al.*). Avg. in psalm. 36 serm. 1, 10 $^{p. med.}$ tot saecula emensa et -ta sunt. Ps. Avg. quaest. test. II nov. 2, 3 p. 430, 9 annus quattuor temporibus -itur (*cf.* Greg. M. in Ezech. 2, 4, 2 p. 973^{B} septem diebus universum tempus -itur). Cod. Theod. 11, 1, 25 (= Cod. Iust. 10, 16, 10; *a. 398*) -to anni spatio. *et al.* *hic addimus (cf. e. g. p. 1067, 80) t. t. Ictorum* temporibus -ere *i. eximere (syn. v. infra l. 13. cf. I A 1 a γ, p. 1066, 51)*: Cod. Theod. 11, 31, 1 (*a. 364*) si possessor in iudicio superatus provocationis auxilio se defenderit et temporibus fuerit -tus, ... redintegrari sibi exhaustum postulet spatium. 11, 32, 1 (*a. 365*) si culpa iudicis gemino lapsu causa fuerit -ta. Pap. Iur. Meyer 88, 8 reparabuntur tempora si semel negotium is (*i. iis temporibus*) ⟨. t. .⟩ -⟨u⟩tum est (*ἀν⟨α⟩νεωθήσονται οἱ χρ⟨όνοι⟩, εἰ ἅπαξ ἡ δίκη ἐξ⟨έπε⟩σεν. cf. Cod. Theod. 2, 6, 1* cum semel negotium ... temporibus fuerit exemptum). Ⓘⓘ *localiter*: Cypr. Gall. gen. 855 tempore quo medios -unt sidera cursus ([*gen. 26, 24* in ipsa nocte]. Alc. Avit. hom. 7 p. 115, 1 -tus ... salutis et perditionis cursus. *aliter p. 1064, 42*). Sol. 32, 12 triginta partibus eius (*i. cancri*) -tis ubi *sol* ... ortus sirios excitavit. Avson. 419, 82 tot Romani imperii limites, tot flumina et lacus ... celeriore transcursu ... -is. Svlp. Sev. dial. 2, 2, 3 prius ... quam medium viae spatium vir beatus -ret.

5 *debilitata praepositionis vi i. q. volvere (sc. med. pass.)*: Apvl. met. 1, 15 ianitor ... humi cubitans ... in alterum latus -tus (rev- *Salmasius*) *eqs.* Cypr. Gall. gen. 129 in quo (*igni*) perceleri Cherubin -itur aestu (*cf. gen. 3, 24* flammeum gladium atque versatilem).

B ***notione volvendi*** *plus minus (e. g. infra l. 47. 54)* ***evanida***: **1** *fere i. q. depellere, movere (c. abl. separ. praeter l. 28* [ex]; *l. 35* [ab]): Plavt. Men. 903 hominem ... vita -am sua. Liv. 6, 15, 5 istos incubantes publicis thesauris ex praeda clandestina -as. Sen. epist. 74, 4 acti in exilium et -ti bonis (Rvfin. hist. 8, 14, 10 *Maximinus* omnes pariter bonis paternis avitisque familiis [*sic*] -bat [*τὰς ἐκ προγόνων περιποιηθείσας οὐσίας ἀφαιρούμενος*]). Tac. ann. 13, 15 sede patria rebusque summis. Paneg. 12 (2), 29, 3 non contenti miseros avitis -visse patrimoniis (Arnob. nat. 7, 11 p. 245, 30 p. ab ingentibus -tos).

2 *fere i. q. (se) expedire, liberare (refl. l. 39 sqq. 45. 48 al. med. pass. e. g. infra l. 51. opp. v. infra l. 42. 43. 46. 47. ex. l. 43. 46 sq. 51 sqq. allata et ex not. q. e. s. II [l. 57 sqq.] possis derivare)*: Ter. Phorm. 824 ego nullo possum remedio me -ere ex his turbis (Eun. 723 hac re et te omni turba -es. Sidon. epist. 3, 3, 6 de qua *turba* te nec armatus -res). Frg. Vat. 248 qui (*liberi*) sacris (*sc. paternis*) -ti a functione obsequii recesserunt, necessitatis laqueis adstricti (*opp.*) *eqs.* Paneg. 10 (4), 33, 2 implicatam ... atque urbem obsitam gravissimis malis -erunt indefessa vis atque eximia fortitudo. Amm. 15, 2, 10 periculo -tus abscessit. Schol. Pers. 3 praef. 7 se vitiis sapiens celerius -it (*opp.* merso atque involuto stulto). Rvfin. apol. adv. Hier. 1, 24 p. 562^{C} tantis te involvis (*opp. cf. l. 52*) nodis, ut -ere te nullatenus possis. Avg. c. acad. 2, 11, 25 postridie ... vix tamen domesticis negotiis -ti sumus, nam magnam eius partem in epistularum ... scriptione consumseramus. civ. 21, 27 p. 551, 14 D. nec -i talibus implicamentis ullius virtutis expeditione (c. Cresc. 4, 30, 37 ab hoc ... implicamento dum te conaris -ere, rursus involveris. *cf.* Epist. pontif. 784 Alc. Avit. epist. 42 p. 71, 11 [*alleg.*] se ... de caeno, quo immersi tenentur -ere. *al.*). Cod. Theod. 15, 7, 4 (*a. 380*) eas *mulieres* ... quas melior vivendi usus vinculo naturalis condicionis -it, retrahi vetamus. *et al.*

II ***explicare***: **A** ***proprie*** *(praeter l. 84 sqq.)*: **1** *pertinet ad fusos filo spoliandos, i. q. devolvere, revolvere*: Ov. epist. 12, 4 tunc ... debuerant fusos -uisse meos (*sc. Parcae [cf. Heinze, Herm. 61, 1926, 56]. item*: Clavd. rapt. Pros. 1, 53 longa ... ferratis -unt saecula fusis).

2 *respicitur alqd. vel involutum implicatumve vel conglobatum aut opertum (cf. et l. 37 sq.)*: **a** *varia*: *α i. q. detegere (syn.* nudare: *l. 65): in imag.*: Cic. de orat. 2, 350 artificem -tum integmentis dissimulationis ... nudatumque. Hier. in Ioh. 25 p. 375^{B} antequam vultum draconis (*i. adversarii*) -am et dogma Origenis ... exponam. *proprie*: Petron. 11, 3 opertum me amiculo -vit.

β de grano furfure exempto l. 70, de seminibus sim. pullulantibus, quae germina innata aperiunt, expandunt l. 72 sqq. (v. syn. l. 76 sq.): Colvm. 2, 9, 19 panicum pinsitum et -tum furfure. Avg. civ. 22, 24 p. 611, 26 D. *deus* facit ut numeros suos explicent semina et a quibusdam latentibus ... involucris in formas visibiles ... -ant (gen. ad litt. 6, 6 p. 176, 18. *in alleg.*: serm. 7, 1 $^{fin.}$ p. 65 magna ... sunt tamquam involucra mysteriorum dei: quae si ... conemur -ere *eqs.*). gen. ad litt. 5, 4 p. 143, 2 sicut in seminibus iam sunt omnia, antequam -ant quodammodo atque explicent incrementa *eqs.* 5, 20 p. 164, 25 dum vireta pullulant suaque semina -unt.

γ fere i. q. expandere (vires *militum*) *l. 80, enodare* (globum *ludo certantium*) *l. 81*: Stat. Theb. 5, 44 nec facilis Nemea latas -ere vires. 6, 414 -ēre globum (*curruum et equorum*).

b *libros (auctores) sim. (telam in quam Philomela notas intexerat p. 1069, 17), usu stricto: i. q. volumina manibus revolvendo aperire (cf. e. g. p. 1069, 10* [*iuxta posit.*: tenere]. *13), inde trans-*

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

late ([cf. infra l. 33] sc. -tis voluminibus) legere, perlegere, perquirere, explorare (haec significatio prope accedit ad eam quae sub II B 1 et 3 posita est, ut de nonnullis exemplis dubitare liceat, huc an illuc potius [cf. e. g. infra l. 22. 27. 28. 32 (51). p. 1070, 5] referenda sint. syn. vel iuxta posit.: legere *infra l. 17. 19*, perlegere *infra l. 30*, quaerere *infra l. 20*, recognoscere *l. 24*, reperire *l. 31. seq. enunt. interrog. infra l. 26; cf. infra l. 62. 77. de re cf. Birt, Ant. Buchw. p. 18; Buchrolle p. 135*): CIC. top. 1 cum ... uterque nostrum ad suum studium libellos quos vellet -ret (SVET. Galba 21 manibus ... nec ... -ere aut tenere ... valeret). fin. 1, 72 an ille tempus ... in poetis -dis ... consumeret? Tusc. 1, 24 *Platonis* librum, qui est de animo (SEN. epist. 2, 4. PLIN. epist. 1, 13, 2 ex magna parte. VOPISC. Aurelian. 19, 6 velatis manibus libros -ite, pontifices. *al.*). Att. 9, 10, 4 -vi volumen epistularum tuarum (QVINT. inst. 2, 15, 24. HIL. trin. 6, 27 p. 178[B] -e euangelica volumina. *al.*). HOR. sat. 1, 3, 112 tempora ... fastosque ... -ere mundi. OV. met. 6, 581 -it vestes (*v. p. 1068, 82*) *Procne* ... fortunaeque suae carmen ... legit. fast. 1, 657 ter quater -vi signantes tempora fastos. trist. 2, 238 iocos (*cf.* MART. 6, 85, 9 lusus). 2, 307 versus (*syn.* legant). SEN. dial. 11, 1, 2. epist. 88, 39 annales -am omnium gentium et ... quaeram. QVINT. inst. 12, 2, 8 -endi penitus auctores *eqs.* (SVET. Aug. 89, 2 VEG. mil. 1, 9 p. 13, 4). TAC. dial. 30 in -enda antiquitate (*cf. l. 28 sq. p. 1070, 5*). TERT. pudic. 15 p. 251, 19 hoc. resurr. 22 p. 55, 3 prophetias (*al. cf.* adv. Marc. 4, 13 p. 456, 26 prophetas et ordinem totum recognosce). adv. Prax. 11 p. 244, 25 scripturas (*al.*). paenit. 8, 1 id si dubites, -e quae spiritus dicat. praescr. 32, 1 ordinem episcoporum. *al.* HIL. trin. 2, 12 p. 59[C] -am omnem Graeciae scholam. AVSON. 322, 47 conditor Iliados et ... orsa Menandri -enda tibi. CLAVD. 8, 399 antiquos -e duces. 20, 60 prisca ... -ite saecula. AVG. c. mend. 1, 1 p. 469, 10 omnibus -tis atque perlectis et ... perpensis. SVLP. SEV. chron. 2, 5, 7 accidit, ut dum multa -rem ... reperirem. dial. 3, 17, 3 *v. infra l. 51.*

B ***translate*** *(cf. etiam p. 1068, 84 sqq. nota hic illic vi propria vigente verbum fere in imagine dici, e. g. infra l. 47. 75 sq.):* ***explicando:*** **1** *fere i. q. narrare* (*imprimis de narratione vel poetica vel historica. fere i. q. enumerare infra l. 56 sqq. syn. v. l. 40. 41. 49. 52. 60 sq. seq. enunt. interrog. l. 62, cf. supra l. 7 et infra l. 77*): ENN. ann. 174 quis potis ingentis oras (causas *Quint. inst. 6, 3, 86*) -ere belli (VERG. Aen. 9, 526 mecum i. o. -ite b. [SERV. *ad l.* narrate *eqs.*]). POMPON. (*?*) trag. 2 nunc te obsecro, stirpem ut -as meorum (*syn.* notifices). CIC. Arat. 234 *stellarum errantium* tortos -ere cursus (*gr. 461 ἐνισπεῖν. aliter p. 1068, 14 sqq.*). VERG. georg. 4, 509 haec (*sc. fata sua*) -visse *Orpheum sc. carmine.* SIL. 2, 652 diros urbis casus ... ac tristia fata piorum. 5, 421 quis deus, o Musae, paribus tot funera verbis -at? STAT. Theb. 1, 2 fraternas acies ... sontesque -ere Thebas. CYPR. GALL. iud. 26 praescia *Dabira* doctiloquae numeros -ere (*v. l. 34*) linguae. SCHOL. Verg. Veron. Aen. 2, 649 seriem facti huius -ere. SVLP. SEV. dial. 1, 21, 6 tu illa potius -e quae coeperas (*syn.* dicturum te esse). 1, 26, 8 istam ... necessarii sermonis historiam Gallus -at. 2, 5, 3 perge ..., quod ... de Martino superest sermonis, -ere (3, 1, 1). 3, 17, 3 illi primum sermonis nostri ... volumen -e (*syn.* referes, recitabis). PAVL. NOL. carm. 6, 18 nos ... modulis -ere dicta (*sancti Ioannis; aliter p. 1066, 59*) canoris vovimus. OROS. hist. 3 praef. 1 illi *scriptores* bella, nos bellorum miserias -amus. SIDON. epist. 1, 5, 1 sinisteritatum suarum relationes. *fere i. q. enumerare* (*cf. supra l. 36*): PANEG. 10 (4), 19, 1 ut *oratio* victoriarum tuarum non summam -ret, sed ornamenta monstraret. PS. RVFIN. in Os. 12, 7/8 p. 1023[B] quid ego varia insignia paternae generositatis -o? SVLP. SEV. dial. 3, 11, 8 multas, quas -ere longum est, ... petitiones. OROS. hist. 5, 17, 2 -ere ac percurrere mihi discordiarum ambages et ... causas ... longum videtur. *seq. enunt. interrog.* (*cf. l. 37*): HIER. epist. 57, 11, 1 longum est nunc -ere, quanta *eqs.* SVLP. SEV. Mart. 10, 1 quantum se qualemque praestiterit .., non est nostrae facultatis -ere. OROS. hist. 7, 10, 4 quanta fuerint ... proelia quantaeque Romanorum clades, longo textu -rem, nisi Cornelius Tacitus *eqs.* GREG. TVR. Mart. 1, 20 qualiter cuidam sustentaculum praebuisset, -am.

2 *fere i. q. indicare, revelare* (*sc. canendo, dicendo*): OV. met. 15, 159 iuvat ... *homines* trepidos ... obitumque timentes sic exhortari seriemque -ere fati. SIL. 7, 494 dum arcana deum vates (*i. Proteus*) -vit. CYPR. GALL. gen. 1412 *filii Iacob* -unt ... confestim iussa parentis. num. 646 quod deinde -ens (*Peiper*, vol- *trad.*) his regem terruit orsis.

3 *fere i. q. exponere* (*exquirere, explanare, enucleare, disserere. fere i. q. interpretari p. 1070, 9. usu fere metaphorico* [*cf. l. 34*] *e. g. l. 83. p. 1070, 1. 15 sq. syn. v. l. 81. p. 1070, 1. 5. 12. 16. opp. v. l. 83. seq. enunt. interrog.* [*cf. supra l. 7. 62*]: LVCR. 1, 954 sit finis ... nec⟨ne⟩ sit, -amus. STAT. silv. 3, 3, 99 -it, quantum ..., quid ..., quid ... poscant): RHET. Her. 2, 26, 42 id (*v. antea*: 'qua causa accusem hunc?') exputando -ere: nam ... quid eum accuses *eqs.* CIC. Cael. 56 *criminis de veneno* nec principium invenire (*syn.*) neque -ere (*TV*, volv- *Pπ*) exitum possum. top. 9 ad id totum de quo disseritur, tum definitio adhibetur, quae quasi involutum -it id de quo quaeritur (*v. p. 1070, 11. cf. p. 1070, 39*). ac. 2, 114 naturam rerum omnium (*syn.* exponas). off. 3, 76 animi sui complicatam notionem. Att. 9, 10, 7 totam ... hanc deliberationem -is accuratius in litteris VIII Kal. Mart. datis. SEN. contr. 9, 2 (25), 6 uno convivio (*sc. describendo*) cum sua praetura reum -am. SEN. dial. 8, 5, 2 praeclusa rimari, secretiora exquirere, antiquitates (*cf. p. 1069, 22*) -ere. STAT. Theb. 2, 150 locum ... quo serere arcanas aptum atque -ere curas *eqs.* (*aliter p. 1067, 14*). COMM. apol. 408 quod (*i. Emmanuel*) lingua latina 'deus nobiscum' -it (*cf. syn. Matth. 1, 23* quod est interpretatum). DON. Ter. Andr. praef. 8 propter -endam argumenti obscuritatem. MAR. VICTORIN. defin. p. 17, 9 quia per *definitionem* ... res ... semper -itur et ... illa ... id de quo quaeritur explicat (*v. p. 1069, 84.* AVG. in psalm. 102, 13 p. 1327[init.] -atur res exemplis). SVLP. SEV. chron. 2, 2, 1 *somnii* interpretationem cum per se non posset -ere. AVG. soliloq. 2, 3, 4 p. 887[med.] -e istam conclusionem et, quomodo id effectum sit, ostende. BOETH. cons. 4, 6, 1 latentium rerum causas (*syn.* explicare).

4 *fere i. q. secum meditari, animo versare* (*syn. v. l. 19*): SEN. Ag. 116 tecum ipsa nunc -e ... dolos. SIL. 3, 216 promissa ... somni (*syn.* retractat). MIN. FEL. 40, 1 dum istaec ... apud me tacitus -o. BENED. reg. 7, 29 vita aeterna ... animo suo semper -at.

mund. 13 p. 319 NON. p. 50, 18. ISID. orig. 13, 11, 4 -us eo quod ab ἠῶ fluat *eqs.*). NOT. Tir. 110, 83. GLOSS. nomen venti, latine subsolanus, flat ab oriente. -us εὖρος ἄνεμος. *legitur (tam sg. quam pl.) inde a* FVR. ANT., BELL. Alex., SALL., VERG. [*ex coni.*: TIB. 1, 4, 44 (arcus *trad.*). *v. et l. 52.*] *v. Onom.*

nomen venti (fere noxii, frigidi, cf. e. g. l. 52. 64) flantis ab oriente hiberno ([v. l. 17 sqq.]. de regionibus ventorum v. Kaibel, Herm. 20 [1885], p. 579 sqq. et Steinmetz, de ventorum descript. ap. Gr. Romanosque [Diss. Gött. 1907]. delineationem etiam invenies in comment. ad Manil. 4, 591 Wageningen. saepius pro quovis vento adhibetur, v. e. g. infra l. 60. 63. cf. SERV. auct. georg. 3, 382 [*v. p. 1080, 13*] -o pro 'vento' accipere debemus [SCHOL. Verg. Veron. *ad eund. l.* nunc -um non suo nomine significavit, quia ab oriente flatus illius est, sed per metalepsim quemcumque ventum dixit; attamen aquilonem proprie accipiemus]. *hic illic personate; e. g. l. 45 sq.*): **1** *de ipso vento*: **a** *notabiliora quaedam (ad defin. sim. pertinentia)*: *α venit*: Ⓘ *ab oriente brumali (verno l. 20)*: VITR. 1, 6, 5 *conlocatus* inter solanum et austrum ab oriente hiberno -us (SEN. nat. 5, 16, 4. PLIN. nat. 2, 119 brumali. NON. p. 50, 18 hiemali). *al.* GELL. 2, 22, 7 ab oriente verno, id est aequinoctiali. *cf. et supra l. 1 sq. 14. natura mundi prorsus inversa*: OV. Ib. 33 pars eadem caeli zephyros emittet et -os *eqs.* CLAVD. 25, 58 -us ab occasu, zephyrus se promat ab Indis. Ⓘⓘ *ex sinistro latere subsolani (cf. schema ventorum, quale exhibet* VITR. 1, 6, 13): SVET. frg. p. 230, 1 R. -us ex sinistro latere veniens subsolani ... terram nubibus inrigat ([ANTH. 484, 14 [*de ventis*] nubifero flatu laevum latus inrigat -us, dorica quem simili designat nomine lingua]. VEG. mil. 4, 38 p. 155, 8 *subsolano* a sinistra -us sive vulturnus. ISID. orig. 13, 11, 3). *β synonyma: idem ac 'vulturnus' esse dicitur (alius v. l. 34)*: SEN. nat. 5, 16, 4 *v. p. 1078, 79.* COLVM. 5, 5, 15 -o quem incolae vulturnum appellant. 11, 2, 65. PLIN. nat. 2, 119 volturnus ... hunc Graeci -um appellant (18, 338). AMPEL. 5, 1. VEG. mil. 4, 38 *v. supra l. 28. al. (disting. 'vult.' ab* -o: *Suet. frg. p. 229, 7 R.* v. qui et caecias vocatur dexterior subsolani. *al.*). *i. q. 'subsolanus' (cf. supra l. 3)*: APVL. mund. 13 p. 319 idem ἀφηλιώτης a Graecis, subsolanus a nostris solet dici. SCHOL. Stat. Theb. 2, 4 illi (*Graeci*) -um, nos Africum (*?*) vocamus (*cf.* SERV. Aen. 3, 571). AMPEL. 5, 1 -us, idem apeliotes (*cf. l. 35*).

b *in universum*: *α -us per se ponitur*: FVR. ANT. carm. frg. 5 spiritus -orum viridis cum purpurat undas. BELL. Alex. 9, 4 qui (*-us*) multos dies continenter flabat (OV. met. 7, 664. PLIN. nat. 12, 87 circa brumam, -is tum maxime flantibus. *al.*). VERG. georg. 1, 453 denuntiat *sol* igneus -os (*opp.* caeruleus pluviam). 2, 239 hibernis ... flatibus (LVCAN. 1, 219 madidis. AMM. 18, 9, 2 *al.*). 3, 277 non, -e, tuos neque solis ad ortus *eqs.* (*sic in alloc.*: VERG. Aen. 1, 140 OV. epist. 11, 14 *al.*). Aen. 1, 383. 8, 223 fugit ... ocior -o ([12, 733]. *sic, prov., ut vid.*: HOR. carm. 2, 16, 24 [*in vss. interpol.? at cf. Latte, Philol. 90, 1935, 298*]. SIL. 2, 173 STAT. Theb. 6, 521. PAVL. PETRIC. 6, 147 -o ocior. *sim.*: SIL. 3, 292 velocior -is [CLAVD. 1, 100]. SIL. 4, 6 volucri ... citatior -o. NEMES. ecl. 4, 14 rapidis ... fugacior -is. *cf.* HOMER. 734 Thracas equos ... quos nec praecederet -us). *al.* HOR. carm. 1, 25, 20 hiemis sodali ... -o (*Bentley*, hebro *trad.*). 4, 4, 43 (*v. Heinze ad l.*). *al.* PROP. 3, 5, 30 OV. epist. 7, 42. met. 1, 61 -us ad auroram ... recessit *eqs.* ([*cf.* SEN. Ag. 482 LVCAN. 4, 61 ADNOT. Lucan. 4, 63]. *cf.* trist. 1, 2, 27. PACON. carm. frg. 1 eo⟨o⟩ oceano Hyperion fulgurat -o). met. 8, 2 noctis ... fugante tempora Lucifero cadit -us (LIV. 25, 27, 11 cadente ... -o, qui per dies aliquot saeviverat *eqs.*). *al.* GERM. 425. COLVM. 11, 2, 15 III Id. Feb. -us (*cf.* 11, 2, 65. 84. AVSON. 332, 15 Iulius ... mare temperet -is). LVCAN. 1, 141 primo ... sub -o. 6, 265 se tollentibus -is. *al.* PETRON. (*?*) frg. 35 (= ANTH. 694), 5 effugit -o, cum calidus tepido consonat igne rogus (focus *Binetus. al.*). CALP. ecl. 4, 100 certe deus *hinc* expulit -os. *al.* VAL. FL. 1, 594 (*i. ventos*). *al.* SIL. 6, 525 *al.* IVV. 14, 186 qui summovet -os (*sc. gelidos*) pellibus inversis. *al.* FLOR. epit. 2, 6, 16 AVIEN. Arat. 878 *al.* CLAVD. carm. min. 31, 59 mitibus -is aequora pacari (*sc. quo prospere utatur, qui ab Aegypto Mediolanium profecturus est*). DRAC. laud. dei 2, 161. *et al.*

β aut coniungitur opponiturve unus vel alter ventorum aut enumeratur in serie ventorum (v. p. 1080, 7): VERG. georg. 1, 371 cum -ique zephyrique tonat domus ([*seq.* boreae de parte. *sim. tres*: Aen. 2, 418 z. ... notusque et laetus eois -us equis. VAL. FL. 1, 639 *al.*]. Aen. 1, 131. CIRIS 25 levis alterno z. concrebuit -o [APVL. mund. 13 p. 319 z. -o contrarius]. LVCAN. 2, 676 ANTH. 235, 2 *al.* *cf.* OV. am. 2, 11, 9 z. -osque timebo et ... borean *et* ... notum [*sic iidem quatt.*: OV. ars 2, 431 GERM. frg. 5, 8 SEN. Ag. 476 STAT. silv. 3, 245. *cf. sim.*: OV. epist. 11, 14 aquiloni (*pro 'b.'*). *pro 'noto'*: MANIL. 4, 591 auster. SEN. Herc. O. 114 Africus. COLVM. 10, 76 cauri]. *et al.*). Aen 1, 85 una -usque notusque ruunt creberque procellis Africus ([*sim. tres*: Aen. 1, 110 aquilo. AETNA 170 boreae]. TIB. 1, 5, 35. PROP. 3, 15, 32 -us ... adverso desinit ire noto. OV. am. 1, 4, 11. SEN. Herc. O. 729 nives ut -us solvit aut tepidus notus. VAL. FL. 1, 639 STAT. Theb. 6, 310 AVIEN. orb. terr. 847. *cf. quattuor*: SEN. Phaedr. 1129 culmina ... -os excipiunt, excipiunt notos, insani boreae minas *et* ... corum [SIL. 9, 493]. *et al.*). DIRAE 38 boreae ... vires, ... -us ..., Africus (*cf.* SIL. 4, 322). HOR. epod. 10, 5 ut ... auster *eqs.*, niger rudentes -us ... fractasque remos differat ([*seq.* insurgat aquilo. *cf.* STAT. silv. 3, 3, 96 boreas ... -us atrox ... auster. Theb. 5, 705]. PROP. 2, 26 b, 35 saevus ... -us ... frigidus a. OV. met. 7, 659 CELS. 6, 8, 2. COLVM. 3, 12, 6 vel [3, 24, 3]. *et al.*). IVV. 10, 180 in corum atque -um solitus saevire flagellis *Xerxes. et al. in variorum ventorum serie (cf. p. 1079, 24 sq.)*: SEN. Ag. 482 LVCAN. 4, 61. 5, 608. AVIEN. Arat. 1693 (*gr. 933 εὔροιο*). CIL VIII 26652[e] (*inter nomina 12 ventorum*) *v. p. 1078, 28. et al.*

epitheta selecta: spectantia: ad ortum, regionem: Aeolius: OV. am. 3, 12, 29. Eous: STAT. *v. infra l. 36.* AVIEN. orb. terr. 1056. *cf. p. 1079, 71.* Phoebeus: SEN. Herc. O. 666. Rhipaeus: VERG. georg. 3, 382 (SERV. *ad l.* vento Scytico. *cf. p. 1079, 11 sqq.*). *ad naturam, qualitatem*: animosus: VERG. georg. 2, 441. aquosus: HOR. epod. 16, 54. ater: SIL. 17, 250. atrox: STAT. *v. supra l. 3.* clarus: RVT. NAM. 1, 541 tempora navigii ... reparaverat. durus: AVIEN. Arat. 1693. enormis: OPT. PORF. carm. 12, 11 *v. p. 601, 21 sqq.* flavus caput -us harenā *multā*: VAL. FL. 1, 613. gravis: AETNA 321 CORIPP. Ioh. 2, 255 *al.* indomitus: EPIST. Sapph. 9. inimicus: PALLAD. 2, 13, 6. insanus: SIL. 6, 175 insano saevior (*cf. p. 1079, 46 sqq.*). levis (*cf.* mitis *p. 1079, 65*): AVSON. 418, 15. niger: HOR. *v. supra l. 2.* VAL. FL. 2, 365. nubifer: LVCAN. 2, 459 SIL. 10, 322 STAT. Theb. 1, 193. placidus: CORIPP. Iust. 2, 321. praeceps: VERG. georg. 4, 29 OV. met. 11, 481. pulcher: AVIEN. orb. terr. 153. rapidus: GERM. frg. 4, 159 8, 111. NEMES. *v. p. 1079, 50.* CLAVD. 1, 100. *cf.* rapiens mare: SEN. Thy. 360. saevus: PROP. *v. supra l. 4.* sicciorem ... tepidioremque: PLIN. nat. 18, 338. sonans: CORIPP. Ioh. 3, 104. *cf.* sonorus: BOETH. cons. 2 carm. 4, 4. trux: OV. met. 15, 603. tumidus: OV. am. 1, 9, 13. violentior: VERG. georg. 2, 107. volucris: SIL. *v. p. 1079, 50.*

2 *de caeli regione*: **a** *usus latior: ad significandam caeli regionem*: MELA 3, 89 oras ad -um sequentibus. LVCAN. 8, 812 quidquid in -o regnorum boreaque iacet. 9, 420 cum communiter istae (*Europa et Libye*) effundunt zephyrum, boreae latus illa (*Asia*) sinistrum contingens dextrumque noti discedit in ortus -um sola tenens. PLIN. nat. 4, 55 in -um ventum Strophades *sitae.* STAT. Theb. 2, 379 latus Eoos Ephyres quod vergit ad -os. OROS. hist. 1, 2, 13 promunturium Caligardamana, cui subiacet ad -um insula Taprobane. 1, 2, 55 Moesia ab oriente habet ..., ab -o Thraciam, a meridie *eqs.* (*item* 1, 2, 57. 58. 63. 68 ab -o et meridie). 1, 2, 61 Italiae situs ... in -um tenditur (SIDON. epist. 2, 2, 16). GREG. TVR. Franc. 8, 17 p. 336, 29 ab utraque ... parte, id est ab -o et zephyro.

b *usu strictiore: apud poetas i. q. oriens*: VAL. FL. 1, 538 regio, quae virginis aequor ad Helles ... immenso descendit ab -o. SIL. 15, 80 captivo ... ab -o. CLAVD. 8, 649 *quantus celebrabitur* per Zephyri (*i. occidentis*) metas Hymenaeus et -i (*cf.* INSCR. christ. Rossi II p. 244 nr. 3, 1 quisquis ab occiduo properas h⟨u⟩c quisquis ab -o). 22, 417 extremo Phoenix procedit ab -o (carm. min. 31, 15). carm. min. 27, 2 trans Indos -umque.

deriv.: eurinus (*cf.* eurous). *compos.*: euroaquilo, -auster, -bor(e)us, -circias*?*, -notus.

eurythmia, -ae *f.*, εὐρυθμία. *i. q. apta et conveniens dispositio, convenientia sim. (in architect. praeter l. 60* [*de hominis corpore pro exemplo operum -ae sumpto*]): *cf. def.*: VITR. 1, 2, 3 -a est venusta species commodusque in compositionibus membrorum aspectus. ... efficitur cum membra operis convenientis (-tia *trad.*) sunt altitudinis ad latitudinem ... et ad summam omnia respondent suae symmetriae. VITR. 1, 2, 1 architectura ... constat ex ordinatione ... ex dispositione ... et -a (eyrith- *x*) et symmetria et decore et distributione. 1, 2, 4 uti in hominis corpore e cubito pede ... ceterisque particulis symmetros est -ae qualitas, sic est in operum perfectionibus (*v. l. 52 et cf. l. 70*). 6, 2, 5.

eurythmos, -on, εὔρυθμος. *i. q. concinnus, convenienter vel temperate, aequali numero compositus (de gestu hominis [fere i. q. 'decens'] l. 69; de corpore l. 70* [*opp.* arythmos]. *in sent. dub.*: CHAR. gramm. p. 377, 12 B. in spatio rythmos, quod est quantitatis, ut cum dicimus -on esse, interdum est via haec ipsa): FORTVN. gramm. VI 282, 22 sq. est ... rhythmus ... in corporali motu. cum ... histrio indecenter signum aliquod expressit, arythmos dicimus, ⟨cum⟩ decenter, -os (*ibid.* si fuerit aequalitas corporis modice temperata, -os; inaequalitas vero ... arythmos appellatur [*insere vol. II 744, 6*]. *v. l. 60*). *l. 68 sq. vix adv.* (*i.* arythmōs ... -ōs).

euschēmē. *adv. ab* euschemus, εὔσχημος (*cf.* εὐσχημόνως). *fere i. q. decore*: PLAVT. Mil. 213 euge, -e (eus *Paul. Fest. p. 61*) hercle ⌊astitit⌋ (⌊ ⌋ *v. adn. cr.*) et dul⟨i⟩ce et comoedice (*cf. Trin. 625* haud ineuscheme astiterunt).

eusebēs, (-ēn *v. l. 81*), εὐσεβής. **1** *de gemma quadam*: PLIN. nat. 1, 37, 58 eurotias, -es *eqs.* 1, 37, 161 -es ex eo lapide est, quo traditur in Tyro Herculis templo facta sedes, ex qua pii facile surgebant. [**2** *in religione (cf.* GLOSS. II praef. p. XIV -sebis pietas): AVG. civ. 10, 1 p. 403, 23 D. ut ... deus ipse dicatur pius, quem ... Graeci nullo suo sermonis usu -en (*sic trad.*; εὐσεβῆ(ν), -σεβεῖν *edd.*) vocant *eqs.* (*seq.* εὐσέβειαν, *v. l. 84*).]

[**eusebian** *fere codd.* AVG. civ. 10, 1 p. 404, 1 D. (eos- *s. scr.* τh *C*, theo- *e*; εὐ- *sive* θεοσέβειαν *edd.*). *vox gr. ibid.* p. 403, 16. 24. *cf. l. 82.*]

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1. eusōmus, (-a, -um), *εὔσωμος. i. q. corporosus, corpulentus (v. vol. IV 998, 3. 51)*: VINDIC. epist. ad Pentad. p. 488, 10 sanguis facit homines boni voti, simplices, moderatos, blandos, -os (-us *P*, eus humos *GU*, seu summos *C*, *om. Vb*; -chymos *vix probab. Rose*) seu ⟨suci⟩ plenos (*cf. p. 1005, 20*). [**2. eusōmum** *sim. v.* euzom- *p. 1082, 60.*]

✕eustomac(h)us, -a, -um, *εὐστόμαχος.* eb-: *l. 16.* -mac-: *l. 14. 16. 17 bis. 18. 19 (praeterea script. velut* eo-, ae- [*ex* efst-], stom-: *v. l. 14. 16. 19). compar. gr.* -chōterus (*εὐστομαχώτερος*): *l. 13. 19 (nota* plus . . . -teri). *quod stomacho salubre est, prodest (fort. pro gr. εὔστομος i. 'boni saporis': l. 15* [*at v. app. cr.*]): GARG. MART. med. 43 p. 185, 15 cydonea plurimi medici -a crediderunt. DIOSC. 1, 119 *mala granata* omne sucu -u⟨m⟩ habet *eqs. ibid.* dulcis -chotera (stomac- *P*) est *quam acra (gr. 1, 110, 1 ῥόα πᾶσα . . . εὐστόμαχος . . . τούτων . . . ἡ γλυκεῖα εὐστομωτέρα* [*F, Wellm.*; *-μαχωτέρα rell.; v. l. 11*]). 2, 7 coclea terrena ebstomaca (aestomaca *P*) est (*gr. 2, 9, 1 -ος*). 2, 47 *bis* (*altero loco* -cum; *gr. 2, 70, 1 -ον bis*). 2, 100 -cu (*gr. 2, 116 -χώτερον*). 2, 156 *bulbi* ex terra pingue collecti -ci sunt. est et alterum genus vulbi, plus iste -coteri (eostomaci *P*) sunt (*gr. 2, 170, 1 -ος . . . -χώτερος. v. l. 9*). *al.*

eustylos, (-on) *et* -os, -ī (*f., sc.* 'aedes'; *an* -on, -ī *n.?, sc.* 'templum'). *scrib.* eustil-, et stil- (*i.* efst-), estyl- (cust- *l. 28*). *pro adi. duarum termin. (ut gr.): l. 26* (species), *l. 28* (aedes); *ceterum pro subst. (cf. l. 28). i. q. columnas iusto et venusto intervallo habens dispositas*: VITR. 3, 3, 1 species . . . aedium . . . pycnostylos . . . systylos . . . araeostylos . . ., diastylos . . ., -os (et stilos *HG*) intervallorum iusta distributione (*sim.* 3, 4, 3). 3, 3, 5 reddenda . . . est -i (-stil- *G*, est- *HS*) ratio quae *eqs.* 3, 3, 10 -i (cust- *H*) . . . aedis columnae . . . in novem partes altitudo dividatur *eqs.*

? SVET. Dom. 10, 2 Aelium Lamiam *interemit* ob . . . iocos, quod post abductam uxorem laudanti vocem suam '**eutactō**' dixerat (*i. εὐταχτῶ* [*sic vulg., probab.*] '*continens sum' sc. a muliere me abstineo*).

[**eutaxia** (*εὐταξία*) *vox gr.* CIC. off. 1, 142 *bis* (*lat. trad.*).]

[**euthalos** *v.* eupetalos, *p. 1074, 3.*]

euth(e)īa, -ae *f. ab εὐθεῖα. scrib.* eut- (eyt-): *l. 38. 40 sq.* [*gr. ed.* VITR. 10, 3, 1 una *ratio* porrecti, quam Graeci *εὐθεῖαν* (eutheia(m) *x*) vocitant.] *t. t. mus.*: MART. CAP. 9, 958 (*de agogae generibus*) exhinc in modulando alia -ia (eutia *βARbM*; *εὐθεῖα* [*ut et l. 40*] *Dick*) dicitur, quod est recta, alia anacamptos . . . alia periferes (*ἀνακάμπτουσα . . . περιφερής Dick*). *ibid.* -ia (eyti- *βARBM*, eutia *A*; *v. l. 39*) est quae a gravi in acumen erigitur.

euthēniarcha, -ae *m., εὐθηνιάρχης.* -teniarc-: *l. 46. magistratus quidam in Aegypti pagis ad annonam frumenta alimenta (tam militibus quam populo) eroganda curanda administranda institutus (v. Rostowzew, RE VII 187, 10 sqq.)*: PAP. Preisigke, Sammelbuch 7181 (*a. 220*), 21 Tito Flavio Valeriano -teniarca ⟨O⟩xsoricito. poleis, qui *eqs.* (*gr. 5 ⟨εὐθη⟩νιά⟨ρ⟩χ⟨ω⟩ ⟨τ⟩ῆ⟨ς⟩ ⟨Ὀξυ⟩ρ⟨υγχ⟩ιτῶν πόλεως*). PAP. Oxyrh. VIII 1114 (*a. 237*), 7 Marci Aureli Diogenis q(ui) e(t) Hel⟨iodori⟩ ⟨facti euthe⟩n⟨ia⟩rchae (*gr. 22 Ἡλιοδώρου εὐθηνιαρχήσαντος*).

eutheriston (*vel* -um; *v. l. 52*) *n., εὐθέριστον. dat. sg.* -o: *l. 59 (possis et ab* -um, -ī *derivare). [ex coni. certa: l. 55.] i. q. facile demessu (de certo balsami genere)*: PLIN. nat. 12, 114 arbori *balsami* tria genera: tenue et capillaceā comā, quod vocatur -on (*sic Barb. e Diosc. 1, 19, 1 λέγεται . . . τὸ λεπτὸν καὶ τριχῶδες . . . εὐθέριστον . . . διὰ τὸ εὐχερῶς θερίζεσθαι κτλ.* enth- *trad.* [*varie*: -steum D^1, -strum *FEa*, epentheristion *M*, henthesiscum R^s]. *cf. et l. 59*). *ibid.* huic (*sc. generi q. e.* '*eumeces*') secunda bonitas, novissima -o (-tho *D*, enth- *F*, -istro E^2).

euthygrammos, -on (-us, *v. l. 67*; -a*?*, *v. l. 68*; -um *fort. l. 68*) *et* **euthygrammum** (*an* -on*?*), -ī *n., εὐθύγραμμος. de scriptura*: ethy-: *l. 71*; ethi-: *l. 74.* eoti-: *l. 74.* euty-: MART. CAP. *ubique* (*sic et* 6, 711 [*gr. εὐτύ-*]. 6, 712 [-tygrammus *βALB*, -gramnus *R*, -grammis *M*] *et ibid. postea* [-grammos *codd.*] *vid. pro voce gr. accipiendum esse [sic edd.]; aliter l. 78*). *v. etiam l. 72. 75.* euti-: *l. 75.* -gram-: *l. 72. de formis: sg. nom. masc.* -os: *v. l. 71*; -us: *v. l. 74 (cf. l. 63. 72). nom. pl. graeco more* -oe (*fem.*): *l. 75 (sed lat.* -ae *fere trad.). gen.* -i *n. (ab* -um*?): l. 78. subst. n.: l. 78.*

i. q. rectis lineis constans, circumscriptus: **1** *adi. de figuris*: BALB. grom. p. 100, 10 rectus angulus est -os (ethy- *GR*, -gramus *V*, eutygrammus *J*), id est ex rectis lineis comprehensus, qui latine normalis appellatur (*inde* Ps. BOETH. grom. p. 411, 20 eotigrammus. p. 413, 10 ethigrammos). CENS. 7, 2 p. 61, 21 (*de fig.*) -oe (eutygrammae *D*, -tigrammę V^1) formae sunt, quae rectis lineis continentur. MART. CAP. 6, 712 (*inde a 711 de planis fig., -o accuratius definito; v. l. 64*) in his (*sc. polypleuris schematibus*) . . . pentagona, hexagona et cetera -i generis continentur. **2** *subst. (n., v. l. 68): i. q. regula, norma*: VITR. 1, 1, 4 geometria . . . plura praesidia praestat architecturae et primum e⟨a⟩ (ex *x*) -i[s] ⟨et⟩ (*Iocund.*) circini tradit usum *eqs.*

SEN. dial. 9, 2, 3 hanc stabilem animi sedem Graeci **euthȳmiān** (*i. εὐθυμίαν.* ey- *A*) vocant . . . ego tranquillitatem voco (*an vox gr.? cf.* CIC. fin. 5, 23 [-thimian *E*]. 5, 87 [eythimiam *E*]).

? **eutum** sonum GLOSS.^{L} V Aa 602 (*cf.* II Abstr. ET 2 etum s. [eu- *A*]. *varia temptata*: *ἦχον* [*Nettleship*], ⟨acc⟩entum [*Housman*]. *al.*).

ēvulgo, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* vulgare. *i. q. divulgare, in vulgus edere*: **1** *proprie* (*syn.* certiorem facere *l. 11*): **a** *c. obi.*: LIV. 9, 46, 5 *Flavius* civile ius repositum in penetralibus pontificum -vit fastosque circa forum in albo proposuit. TAC. hist. 1, 4 -to imperii arcano, posse principem alibi quam Romae fieri (*epexeg.; aliter l. 9*). ann. 13, 19 Octaviae iniurias (*i. divulgare quibus i. affecta esset*). **b** *seq. acc. c. inf.* (*cf. l. 7*): LIV. 44, 27, 13 de captivis actum esse et ipsi -verant et Eumenes consulem . . . certiorem fecit. TAC. ann. 13, 9 Nero . . . sic -ari iussit: ob res a Quadrato . . . prospere gestas laurum fascibus imperatoriis addi. **2** *translate: quasi in vulgus dando proicere* (*cf.* vulgare): TAC. ann. 14, 14 ceterum -tus pudor *Neronis* non satietatem . . ., sed incitamentum attulit (*seq.* dedecus).

ēvulnero, -āre. *ab* ex *et* vulnero. *scrib.* exv- *praeter l. 27. non nisi* -at *et* -anda (virtus). *i. q. exulcerandi vim habere, exulceratorium esse* (*praeter l. 27 absol.; gr.* ἑλκωτικός [*aliter l. 27*]; *inde ger.* -anda *fere i. q.* '*exulceratoria*' *[fort. notione aucta i.* '*vehementer'; cf. gr.: l. 21 sq.]; syn.* vulneraticia *l. 23; vix sanum l. 26 sqq.*): DIOSC. 2, 161 virtus est illi (*batrachio*) viscida et exvulneranda ([*gr. 2, 175, 1 ἄγαν ἑλκωτική. v. l. 19*]. 4, 175; *gr. 4, 180* ἑ.). 2, 161 omnes cum folia et radicibus vulneraticia, scaroticia, unde cum dolore exvulnerat (*gr. 2, 175, 2 δύναμιν . . . ἑ. καὶ ἐσχαρωτικὴν μετὰ πόνου. animadvertas gr. ἑλκ. dupla ratione et per* 'vuln.' *et per* '-at' *esse versum*). *dub.* (*v. l. 20*): DIOSC. 4, 148 *thapsia* citius visu -at manus et facie (*gr. 4, 153, 2 ἐποιδεῖ γὰρ . . . τὸ πρόσωπον καὶ φλυκταινοῦται τὰ γυμνὰ μέρη. inc.* '-at' *ἐποιδεῖ reddat an φλυκταινοῦται* [*l. v.*: citius ebulient *eqs.*]). *cf. et Svennung, Unters. Pallad., p. 428.*

ēvulsio, -ōnis *f. ab* evellere (-vulsus). GLOSS. *ἀπόσπασις. legitur ap.* CIC. (*semel, v. l. 34*) *et raro ap. recentiores.* **1** *i. q. actio evellendi, extrahendi*: **a** *generatim* (*corporali motu*): CIC. nat. deor. 3, 57 *tertius Aesculapius* primus purgationem alvi dentisque -em ut ferunt invenit (*cf. Lyd. de mens. 4, 142 εὗρε . . . ὀδοντάγραν*). CLAVD. DON. Aen. 11, 565 p. 502, 9 ('hastam . . . vellit') in -e *hastae*. THEOD. PRISC. eup. faen. 41 p. 43, 3 capillorum (unctionem *B*). PLIN. VAL. 4, 28 radicem plantae avulsam colloque suspensam, . . . ne terram post -em contingat (*cf.* SALON. in eccles. p. 998^{C} [*ad eccles. 3, 2* 'plantandi' . . . 'evellendi'] de . . . plantatione . . . -e [*ibid.* arborum aut herbarum]; *seq. interpr. alleg.* [*i.* '*morte'; v. l. 45*]). **b** *significantius: acced. vi extinctionis, eradicationis* (*v. s.* evello *p. 1010, 6. 1011, 2; per hebr.* -e evellere: *l. 45* [*syn.* perditio]): PS. HIL. libell. 8 p. 740^{B} *morte* per separationem corporis et animae fit finis et -o peccati. VVLG. Ier. 12, 17 evellam gentem . . . -e et perditione (*inde* HIER. in Is. 3, 13, 2 p. 160, 2; *v. p. 1010, 14 et cf. l. 41*).

? **2** *i. q. curvatio, conexio* (*si quidem sanum*): CAEL. AVR. acut. 3, 8, 83 vehemens opisthotonia rectiora facit ea, quae nodorum spinae -e arcuata videntur.

ēvulsitio (eb- *a*, -vulsio *e*) *τιλμός* GLOSS. II 494, 64. *cf.* II 455, 36 *τιλμὸς ὀσπρίων* **ēvulsitium** haec -o.

ēvulso, -āre. *ab* evellere. [*coni. Svennung, Wortst. p. 76 probab.*] *i. q. evellere* (*v. l. 55*): ORIBAS. syn. 5, 53 p. 92 (*La*) optimum . . . medicamen est, ut . . . picem utatur et litum ventrem -anti (-vals- *trad.*) traherit (*sc. picem*), adhuc dum *eqs.* (*Ab*: evellere; *gr. p. 265, 9 ἀποσπᾶν*).

euych- *v.* euochia. **euxīnus** *v. Onom.*

euzōma *v.* euzomon.

euzōmon *et* -um, -ī *n.* (-os *v. l. 67*), *εὔζωμον.* -zu-: *v. l. 68. 70*; -som-, -sum-, -sonio: GLOSS. (*v. l. 74 sq.*). *de formis: neutr.: nom. sg.* -u(m): *l. 70; gen.* -i: *l. 72; acc.* -on: *l. 67; abl.* -o: *l. 68. fem.* -a, -ae: DIOSC. *l. 71* (*abl. sg.*). ALEX. TRALL. *l. 77* (*acc. pl.* -as). -os (-us *l. v.*): *v. l. 67* (*fem. ut vid. ex more gr.*). **1** *i. q. suavi, iucundo, bono suco praeditus; nonnisi pro certarum herbarum nomine*: **a** *de eruca* (*v. p. 823, 81 sqq.*): PLIN. nat. 20, 126 *erucae* in condiendis opsoniis tanta est suavitas, ut Graeci -on appellaverint (*inde* GARG. MART. 14 p. 148, 2 a Gr. -os [-us *gl, gr. litt. b*] nominata). DIOSC. 2, 125 de -zumo (-zo- *P*), id est eruca (*gr. 2, 140 εὔζωμον*). 3, 17 *acanthus* folia . . . habet . . . divisa sicut -zumu ([-o *P; gr. 3, 17 ὡς τὰ τοῦ εὐζώμου*]. 4, 92 *erigeron* f. h. . . . minora ab -a [*gr. 4, 96 εὔζωμον*]). *dub. an huc trahatur*: MARCELL. med. 33, 8 -i quae appellatur herba mentiosa, sucum ♀ VI (*ad venerem stimulandam, quae vis erucae propria est; cf. 33, 12. 50*). **b** *i. q.* '*semen olusatri*': GLOSS. III 538, 60 -sonio . . . semen olesatri (546, 16 -sumo s. oleastri [*sic*]. 561, 2 -somum olissatri s.).

2 *i. q. ius* (*sc. gr. ζωμός male aut intellecto aut lecto*): ALEX. TRALL. 2, 73 multas . . . -as semper fugere oportet et maxime pinguiores *eqs.* (*gr. 2 p. 403 P. τοὺς δὲ πολλοὺς ζωμοὺς ἀεὶ φεύγειν κτλ.*).

euzōmos (-us) *v.* euzomon, *l. 59.* *K.-M.*

ex (ē) *praepositio.* [*i. q.* ē *in osc.* ee-stint '*exstant*', *gall.* ex *in* exobnus, *hibern.* ess-, as-, *gr.* ἐξ. *W.*] *de quantitate*: VLT. SYLL. gramm. IV 255, 4 ex praepositio brevis est per naturam, sed positione longa fit (PS. ASPER gramm. V 548, 22). *corripitur*: ĕx: TER. Eun. 290 Ad. 40. 988. ĕ: TER. Andr. 302.

[Rehm]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

scribitur: ee: CIL I² 2, 1221 (= CE 959). ae: CIL VIII 21086. é: Act. Arv. a. 59, 20. CE 1032, 2 (*s. I*). CIL IX 1783 X 3903. eх́ (*?*): CIL X 3551. 3618. exs (*de codd. cf. Heraeus, Quaest. crit. ... de vet. codd. Liv., 1885, p. 37 sq. Martin, Commodianea p. 46*): Tab. triumph. Barberin. IV (CIL I² 1 p. 77; *post a. 40 a.*). CIL I² 2, 2542. CE 428, 9 (*aet. Hadr.*). Edict. imp. Diocl. 7, 33. 34. CIL II 912 *al.* (*v. ind. p. 1190*). III 7439. 10316. 11796 VI 5353. 8674 VII 67 VIII 23. 257 IX 1778. 2530. 5713 X 5377. XII 849 *al.* (*v. ind. p. 956*). XIII 5174. 8058. 8275. 8622. 11962 a Inscr. Gall. Narb. Espér. 228 Inscr Afr. Gsell I 3121. *et al. suppl. mihi videtur* CE 1967, 5 e⟨xs⟩ aequ⟨o⟩ (*i. equo*) caeleri, *ubi post* e *plus una litt. excidit* (*aliter Engström 186*). es: CIL XIII 6603 Inscr. Afr. Gsell I 158 Inscr. christ. Diehl 2115. 2480. hex: CIL III 13384 XIII 11153. ecx: CIL II 2576 (*per errorem lapicidae*: exe: CIL XV 45 exe pr(aedis); *vid. fuisse* exex *et male corr.* et [*cf. p. 1085, 39*]: Tab. triumph. Barberin. II [CIL I² 1 p. 77; *post a. 40 a.*] P. Ventidius et Tauro monte et Parthis ... triumphavit [*cf. p. 1098, 16*]). *fine versus dividitur*: CIL II 2470 e|x voto. III 3908. *in tit. haud raro a suo subst. (pron.) non seiungitur, e. g.*: Lex Rubr. (CIL I² 2, 592; *a. 49*) 1, 8 exformula. 2, 22 exdecreto. Lex Iul. munic. (CIL I² 2, 593; *a. 45*) 96 exeis. 137 exquo. *al.* CIL I² 1 p. 195 n. 17 exieis. XI 5939 exsententia. 6146 exaeq(uo). 6240 extestamento. *cf.* Pap. Berol. 611 3, 11 (*cetera verba punctis distinguuntur*) exanim⟨i mei⟩ sentent⟨ia⟩. s *insequens excidit* (*cf.* existo *sim.*): Inscr. christ. Diehl 802 exunto (*i.* 'ex sumptu') proprio. *item in codd. (cf. Heraeus, l. c. p. 37), e. g.*: Plavt. Rud. 1365 exententia. Cic. Flacc. 60 ex ⟨s⟩edibus. fin. 4, 46 ex ⟨s⟩electione (*cf. Madvig ad l.*). Ps. Avg. serm. ed. Mai 24, 3 exponte ('*ita codex*' *Mai*) et voluntate. *dub.*: Inscr. christ. Diehl 756 eita decessit (*i.* e(v)ita [*Diehl*] *vel* bita [*i. vita; Mommsen*]). ex *i.* ex(ornati*?*) *v. s.* equus *p. 735, 48.*

de ***formis***: e *ante voc.*: CIL III 83 e urbe. *aliter p. 1108, 51.* *ante cons.*: Varro frg. Scaur. gramm. VII 29, 11 adverbiorum 'ex' et 'ab' posteriores litterae solent demi *eqs.* quando ergo 'ex', quando 'e' dici oporteat ex consequentibus vocabulis animadvertitur. Cic. orat. 158 'ex usu' dicunt et 'e re publica', quod in altero vocalis excipiebat, in altero esset asperitas, nisi litteram sustulisses, ut 'exegit, edixit'. Diom. gramm. I 414, 31 'ex' et 'ab' ... si sequens verbum a vocali incipiat, integrae proferuntur ..., si sonantes sequantur, extremam litteram perdunt (*sim.* Serv. gramm. IV 419, 21. 442, 25 Dosith. gramm. VII 417, 10. *cautius* Prisc. gramm. III 47, 11 consonante *sequente ponitur* '*ex*' raro ...; 'ab' et 'ex' ... solent ... praeponi, si nulla asperitas vocis prohibeat [*cf.* Scavr. gramm. VII 29, 15 Ter. Mavr. 955]. Cledon. gramm. 77, 10 aliquando ... consonans sequitur, 'ex praetura'. Scavr. app. gramm. VII 34, 5. *contra disputat*: Prob. inst. gramm. IV 150, 14 supervacue institutum esse ... siquidem et auctores isdem praepositionibus sine aliqua discretione utuntur [*cf.* Avdax gramm. VII 355, 3]). Prisc. gramm. III 48, 2 'e' et in appositione et in compositione (*cf. p. 1084, 65*) invenitur ante b d g l m n r et ante u et i loco consonantium positas ... reliquis vero sequentibus 'ex' praeponitur. *usus licentia certis normis circumscribi nequit; cumque in codd. melioribus* e *et* ex *non ita saepe varient* (*e. g.* Plavt. Merc. 517 Cic. Sull. 71 de orat. 2, 197 orat. 153 Verg. Aen. 12, 134), *inconstantia sine dubio auctoribus ipsis imputanda est; euphonia certe saepe respicitur. secundum singulas consonantes largam materiam praecipue ex Varrone, Cic., Caes. excerptam digessit Neue-Wagener II³ p. 875 sqq.; ante plerasque et* ex *ponitur et* e, *auctoribus leviter tantum inter se differentibus. ante* b Caes., Liv., Plin. nat., Qvint., Svet. *nihil habent nisi* ex; k *semper sibi deposcit* ex; *ante* z *unico exemplo* Cic. nat. deor. 3, 77 *habet* e; *ante* x *nimirum eadem forma legitur* Itin. Anton. Plac. rec. A 7 e xenodochio, *quamquam ceteris locis hic libellus quantum vidi habet* ex. *pleraque vocabula apud eundem auct. modo c.* ex *coniunguntur modo c.* e, *e. g.* Plavt. Amph. 404 ex portu, 412 e portu. *in quibusdam tamen locutionibus maior constantia: legitur* e conspectu *plerumque* (ex: *v. vol. IV 491, 58. 73 sq. 76*), e contrario (*cf.* e contra) *inde a* Nep. (Rhet. Her., Cic. *saepius* ex), e medio (ex *e. g.* Mela 3, 1), e regione, e re publica *eo sensu q. e.* '*ex utilitate rei p.*' (ex: Cic. ad Brut. 1, 2, 2. 1, 5, 1 Lex de imp. Vesp. [CIL VI 930; *a. 69*] 14 Amm. 15, 5, 4 *al.*), e vestigio (ex: Caes. civ. 2, 25, 6); *contra*: ex senatus consulto, ex sententia, ex tempore (e: CIL I² 2, 2662, 6); *formae pron. pers. monosyll.*: ex me (e: CE 78, 2), ex te, ex se; ex quo *multo saepius quam* e quo (*Neue-Wagener II³ p. 892*). *singulorum auctorum usus valde dispar; formam leviorem praeferunt dactylici* (*item* Sen. trag.) *et maxime elegantissimus quisque: apud* Lygd. *et* Prop. ex *numquam invenitur, semel ap.* Tib. (2, 1, 24 ex virgis [e *Bürger*]) *et* Val. Fl. (1, 547 ex virgine), *raro ap.* Sil. (4*er praeter* ex me, ex se, ex quo), Lvcan., Pers., Stat. *contra* Mart. *formam* e *ter tantum habet* (2, 63, 2. 5, 13, 10. 11, 98, 18), Ivv. 5*ies* (*de quibus bis* e medio); *de* Ov. *v. Löwe, Die Praep. a, de, ex bei Ovid (Progr. Strehlen 1889), p. 3 sq.* *ceteri auctores: de* Plavt. *v. Lodge, Lex. Plaut., usus variat ut et apud* Ter.; *ceteros poetas veteres tractavit F. Harder, FlJb. 141 (1890), 771 sqq.*; Cato agr. *semper habet* ex (*v. Schöndörffer. De synt. Catonis [Diss. Königsberg 1885], p. 29*); *de* Varrone *v. Rößner, De praep. ab, de, ex usu Varroniano (Diss. Halle 1888), p. 57; de* Cic. *v. (praeter Neue-Wagener l. c.) J. Schmidt, WSt. 15 (1893), 237; in* rep. *ante cons. 45*ies* ex, *16*ies* e *numeravi; eadem fere proportio in aliis scriptis, nisi quod in* Att. *et* epist. *forma* e *etiam rarius extat; apud* Lvcr. *Lachmann p. 47. 58. 97. 202. 296. 303. 375. 411 aliqua sibi observasse videtur; de* Caes. *v. Meusel, Lex.*; Bell. Afr. *excepta locutione q. e.* e regione *semper habet* ex (*v. Wölfflin-Miodonski ad* 60, 2); *de* Sall., *qui non plus quam 7*ies habet* e, *v. Christ, De abl. Sall. (Diss. Jena 1883), p. 77 et W. Farber, Sall. gegen Cic. (Diss. Tübingen 1934), p. 46*; Liv., Vitr., Val. Max., Sen., Cvrt., Colvm., Plin. nat., Svet., Apvl. *haud ita raro habent formam* e; Cels. *quantum vidi numquam* (*nisi* e regione; *dub.* 5, 27, 12 c), *item* Pallad., *raro* Scrib. Larg. (5*ies*), Mela, Petron. (*in prosa 5*ies et* 55, 6), Fronto (*bis*), *non saepe* Qvint., Plin. epist., Flor.; *de* Tac. *v. Gerber-Greef, Lex. Tac., qui omnium prosae orat. scriptt. maxime adamavit formam* e, *ita tamen, ut in notione causali et normativa (sive modali, i. q.* 'secundum') *et ipse pleniorem formam praeferre videatur (v. Löfstedt, Komm. p. 89 sq.; ego casu factum esse non excluserim); de Ictis v. V. i. R., fere non habent* e *nisi in locutionibus supra allatis* (*et hic illic* e lege, e re); *inde a* Tert. (*v. Löfstedt, Krit. Bem. zu Tert. apol. [1918], p. 50 sq.; Thörnell, Stud. Tert. IV [1926], p. 21*) *forma* e *exceptis eisdem formulis fere evanuit, vivit tamen ap. eos scriptores, qui elegantiorem cultum adfectant* (*e. g.* Arnob. nat.). Firm. err. *habet bis, semel* Chiron 62 e radice (*Löfstedt, Komm. p. 90; v. et Niedermann, Proben aus der Mulom. Chironis, p. VII 1*), *rarissime* Amm.; *de* Ivst. *v. H. Domke, ab, ex u. de bei Iust. (Gymn.-Progr. Breslau 1877), p. 4.* *in titulis* e *praeter formas apicatas (p. 1083, 2) his fere locis legitur* (*cf.* CIL I² *ind. p. 722*): CIL I² 2, 744 (*a. 71*) e lege (Lex Malac. [CIL II 1963; *a. 81/84*] 4, 51 *al.*). Fast. cos. Capitol. (CIL I² 1 p. 20) a. u. c. 386 e plebe (388). Fast. Praen. Dec. 13 (CIL I² 1 p. 237) e lec⟨tis⟩. CIL IV 1754 e fundo. Decret. decur. Aquil. Ital. (CIL V 875; *a. 105*) 13 e r(e) p(ublica) (CIL II 1256. *cf. p. 1083, 67*). Act. lud. saec. Sept. Sev. (CIL VI 32332; *a. 204*) 8, 14 e palatio. Edict. imp. Constant. de civit. Hispell. (CIL XI 5265; *s. IV*) 53 e Tuscia. CIL III 894 e v(oto). VI 8885 e patria. XI 932 e quo. Inscr. NotScav. 1922 p. 146 n. 50 e suo. CE 455, 2. 569, 3. 1531 b, 4. 2151 c, 4. *v. et p. 1083, 71 sq.* *forma* ec *nusquam traditur (contra* ecfero *sim.); male coniectabant L. Müller et Ribbeck in aliquibus locis, ubi* et *in libris legitur (v. Neue-Wagener II³ p. 868); vestigia incertissima possis invenire his locis*: Varro rust. 1, 2, 23 nec satione (ex s. *Victorius, alii alia*). Cic. leg. 3, 9 (hęc se *A*, ex se *B*, exe *H*; ec se *Vahlen*). Not. Tir. 1, 7 ex. *cf.* 20, 35ª ex consilio. 20, 36 ex consilii sententia. 22, 23 ex corpore. 25, 52 ex invidia. 28, 70 ex ingenio. 30, 100 ex parte (31, 6 ex altera p. 31, 11. 60, 87 *al.*). 43, 68 c ex improviso. 58, 87 ex Sion (119, 62).

de ***notione*** *et usu: inter praepp. enumeratur* Svet. frg. p. 353, 4. Varro frg. Scaur. gramm. VII 29, 8 adverbia localia, quae alii praeverbia vocant, quattuor esse: ex in ad ab. 'ex' locum significat unde egredimur. Palaem. Char. gramm. p. 305, 1 B. quidam 'ex' referunt ad locum unde eximus ... item 'e' praepositio non tantum 'ex loco' significat, quasi 'e caelo', sed et pro eo quod est 'pro' accipitur, cum dicimus 'e re p. est' ... item 'e re est'. Prisc. gramm. III 35, 25 et pro causali coniunctione potest accipi, ut 'ex insidiis illius hoc patior'. 47, 11 'ab' ... et ... 'ex' ... locales et temporales (*cf.* 48, 15) et ordinales ... inveniuntur. Ambr. spir. 2, 5, 42 quod ... ex aliquo est, aut ex substantia est aut ex potestate eius (*cf. l. 63*). Gloss.L II Philox. E e ἀπό. III Abol. ED 6 de. Gloss. II 288, 23 ex ἐκ. *v. et p. 1091, 14. 53. 1110, 23 al.* *de differentia inter* ex *et* ab, de *disputat* Varro frg. Scaur. gramm. VII 30, 20 *sqq. (cf. Wilmanns, De Ter. Varr. libris gramm. p. 215 sqq.); de* ab *et* ex Diom. gramm. I 414, 31 Prob. inst. gramm. IV 149, 35; *de* ex *et* de (per) *prolixe et nimis subtiliter* (*ex occasione loci* Rom. 11, 36 ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia) Ambr. fid. 4, 11, 143 *sqq.* spir. 2, 9, 85 *sqq.* (*cf. l. 55*). Avg. nat. bon. 27 p. 868, 7 *sqq.* c. Fel. 2, 17—20 p. 846, 6 *sqq.*

de ***compositione*** *(cf. p. 1130, 83): forma (v. J. Dorsch, Assimilation in den Comp. bei Plaut. u. Ter. [Prag 1887], p. 37 sqq.; Neue-Wagener II³ p. 869)*: Prisc. gramm. II 33, 19 quotienscumque 'ex' praepositio praeponitur ... dictionibus a vocalibus incipientibus vel ab ... consonantibus ... c p t s, integra manet (*cf.* Vel. gramm. VII 63, 4. Cassiod. [*ex Papiriano*] gramm. VII 162, 16 sequentibus b d g l m n ... u et i ... ex litteram amittit [*cf. p. 1083, 48*]). *ante* f *assimilari docetur iisdem locis* (*adde* Cassiod. [*ex Cornuto*] gramm. VII 151, 21 Gramm. suppl. 146, 8), *item an littera* s *post* ex *scribenda sit necne* (*cf.* Qvint. inst. 1, 7, 4 Cassiod. [*ex Papiriano*] gramm. VII 159, 14. *ibid.* [*ex Caesellio*] 203, 14). *de varia vi*: Serv. georg. 2, 65 'edurae' ... ut 'enodes' ... ut e modo minuentis, non augentis habeat significationem (*sim.* Philarg. georg. 4, 145. Cledon. gramm. V 77, 10 et auget et minuit. *cf. et* Non. p. 298, 12 'explere' minuere [Serv. Aen. 6, 545 *ex Capro.* Don. Ter. Hec. 755 *v. p. 544, 29 sq.*]. Isid. orig. 7, 1, 9 'excelsus' ... pro 'valde celsus', 'ex' enim pro 'valde' ponitur [10, 82. 88. 91]). Prisc. gramm. III 35, 11 est quando abundant syllabice *praepositiones*, id est auctionis syllabarum causa tantummodo nulla significationis additione, ut 'emori' pro 'mori'. III 35, 27 privationem quoque significat, ... ut 'expes,

[Rehm]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

exlex' ... et loco adverbii 'extra' fungitur, ut 'exul: extra solum' et 'excludo: extra cludo' (*cf.* III 48, 19 vel privativum est ut 'enervus' ... vel intensivum ut 'enectus enarro eludo' ... vel perfectivum, ut 'expleo exoro efficio ... extendo'). ***graeca:*** *ad verbum expressa* (*v. et p. 1127, 44*): ITALA exod. 32, 18 (Monac.) vocem pri⟨n-cipu⟩m ex vino ego audio (*ἐξαρχόντων οἴνου* [*an legit ἀρχ. ἐξ οἴνου?*], VVLG. cantantium). Phil. 2, 23 (cod. d) mox videro quae circa me sunt ex ipsa (*ἐξαυτῆς*, cod. g: ex ipso; VVLG. mox. *cf. p. 1091, 30*). VVLG. Sirach 47, 23 ex Ephraim imperare (47, 21 *ἐξ*). ex *coniungitur c. verbis gr.: c. gen.*: VITR. 9, 8, 7 ex analemmatos. *c. dat.*: QVINT. inst. 1, 4, 18 ex *συνδέσμῳ*. 9, 3, 58 ex *συνεκδοχῇ*. *latina gr. litt. scripta: mixtum: Magie, Iuris publici sacrique voc. p. 137 ἐξ ἀποπροτηκτόρων i.* 'ex protectoribus'. *lat. gr. versa: Magie l. c. p. 90 ἐξ ἐπιστολῆς καὶ κωδικίλλων* (*sed* ex epistula [-is] *pro* ab e. *non occurrit*). *p. 104 ἀπὸ ἐπάρχων i.* 'ex praefectis' ([*v. p. 1102, 53*]. *cf. p. 112 ἀπὸ ἐπιτρόπων i.* 'ex procuratoribus'. *v. et l. 13*). *v. et s. v.* excenturio. *graeca lat. scripta: v. s.* 1. ec *p. 23, 34. adde*: INSCR. christ. Diehl 3525 ec ton emon. 4903 eccion (*leg.* ecc ton) Augustesion. *legitur inde a* LEGE XII tab. *per totam latinitatem. evanescentis praep. in sermone vulgari sub infimam aetatem vixdum vestigia inveniri possunt; deesse videtur nemini; cf. tamen ALL 8 (1893), 262 de* VVLG. sap.; *Groen, Lex. Anthim.* (5 ex, 83 de, 12 ab); *Mörland, Oribas. p. 185; Cavallin, Stud. z. Vita Caes. Arel. p. 57 sq.; Turner, Eccl. Occid. monum. iuris antiquiss. I p. 321 nr. 15. p. 323 nr. 50; ne confusionem quidem c.* ab *apud passivum (p. 1104, 79) vel c.* de *i. περί (p. 1122, 35) ausim accipere pro indicio praep.* ex *propriam vim non iam recte esse intellectam. notandum est apud dactylicos praep.* ab *propter formam metro habiliorem aliquanto saepius in usu esse quam* ex (*v. et p. 1127, 78*).

[*variat in codd. c.* a, ab: CIC. Caecin. 2 Pis. 51. rep. 2, 10 (ex *m. 1*, a *corr.*). CAES. Gall. 6, 18, 1 (ab *α*, ex *β*). STAT. Theb. 12, 507. *v. et p. 1102, 81. c.* de: RHET. Her. 2, 29, 46 (*v. Kroll, Philol. 89 [1934], 77*). CIC. leg. agr. 2, 34 LVCR. 1, 836. *v. et p. 1089, 15. c.* ea *sim.*: PLAVT. Truc. 802 ex (ea *codd.*) te exquiro. CIC. Tull. 22 (ea *trad.*). LVCR. 2, 932 (ea *trad.*). COLVM. 1, 1, 8 (ea *S*). 7, 3, 14 eas oves (ex eovis *trad.*). *al. v. p. 1130, 71.* e *c.* est (*propter compendium* ē; *cf. Friedrich ad Catull. 41, 8*): LVCR. 3, 244 (est *Itali*, e *trad.*). OV. Pont. 3, 9, 33. PLIN. nat. 2, 220 (e *falso trad.*). *v. et p. 1100, 18. 1130, 81. c.* et (*sive littera* t *falso addita vel dempta sive propter similitudinem ligaturae; v. et Niedermann, Proben aus der sog. Mulom. Chironis p. VII n. 1; cf. p. 869, 66*): VARRO Men. 452. CIC. leg. agr. 2, 103 (et *trad.*). Mur. 6 Arch. 18. MANIL. 1, 864 (et *vel* in *codd.*). SEN. epist. 117, 32 (et *A B*). *saepe. v. et p. 1083, 15. 1087, 73. 1099, 28. 1125, 4 al. c.* in: CIC. Verr. II 2, 39 Manil. 3 VERG. Aen. 11, 526 LIV. 25, 11, 17 SIL. 9, 445 STAT. Theb. 11, 581 IVV. 3, 156. *v. et p. 1122, 73. c.* sed: *v. p. 1103, 82. falso coaluit c. voce iuxta pos.*: CIC. Att. 10, 11, 2 ex illo (exilio *M*). SEN. epist. 115, 16 misera e (miserae *codd.*) partis (*sim.* COLVM. 3, 2, 26). PLIN. nat. 17, 71 e tam (etiam *codd.*) parvo. 30, 96 e pluribus (exemplaribus *l. v.*). 35, 98 e lacte (flacte *B*, facta *rell.*; *cf.* APVL. met. 5, 27 e re [fre- *trad.*]). 36, 42 ex iis (*B*, extitisse *rell.*). *v. et p. 1089, 62. 1109, 48. ex coni. praeterea legitur* ex: PLAVT. Trin. 538 si omnia ex me (a me *A*, mea *P*) audiveris. CIC. leg. agr. 2, 103 (sed *vel* sub *trad.*). LVCAN. 9, 451 liquidas e (se *codd.*) turbine. CIL VI 3584 promotus ex (in *trad.*) leg. v Mac. in leg. i Ital. *suppletur*: PLAVT. Poen. 1189 quasque ⟨e⟩ patria perdidi (*sic post vocab. in* e *desinens*: CIC. Arat. 293 CVRT. 7, 11, 25 COLVM. 3, 10, 3. *et al.*). ENN. ann. 313 ACC. trag. 494 CIC. Cluent. 128. nat. deor. 2, 163 (*add. dett.*). LVCR. 1, 996 CVRT. 4, 1, 16 PETRON. 83, 7 LEX Salpens. (CIL II 1963; *a. 81/84*) 1, 14. 2, 7. *falso trad.*: LEX XII tab. 8, 2 (Gell. 20, 1, 15) ni cum e pacto (ni cum eo pacit *Fest. p. 363 recte*). PLAVT. Poen. 1240 (e *add. A*). Stich. 304 (ex *add. P*). VARRO ling. 9, 84 CIC. Font. 18. Sull. 92 ex reiectione interposita (*an recte?*). Mur. 32 leg. 2, 8. CAES. civ. 1, 41, 2 sex (ex *trad.*). SEN. epist. 65, 17. LEX Salpens. (CIL II 1963; *a. 81/84*) ex h(ac) l(ege) exve [ex] edicto. *et al. dub. trad.*: LVCIL. 799 CAES. Gall. 7, 86, 4. *dub. interpr. fragmenta nonnulla, e. g.*: LEX XII tab. 5, 8 (Vlp. dig. 50, 16, 195, 1) ex ea familia ... in eam familiam. ACC. trag. 501 primo ex loco. CATO orig. 122.]

totam rem tractaverunt Hand, Tursell. II 613 sqq.; Schmalz-Hofmann⁵ 528 sqq.; reliquas litteras partim p. 1082, 79 sqq. l. 23, partim suo loco nominavi; adde: J. Wenz, Quaestiones gramm. ad vetust. transl. l. Hippocr. ..., Diss. Marburg 1935, p. 39. Mossberg, Stud. Sidoniana, 1934, p. 66. B. H. Skahill, The synt. of the Variae of Cassiod., 1934, p. 118 sqq.

CONSPECTVS MATERIAE

CAPVT PRIMVM: *de separatione.*

I ***exempla varia selecta:***
A *c. not. originaria vigente:* **1** *generatim de separatione locali:* **a** *c. subst. quae definitum locum indicant:* *α de concretis: p. 1087, 46.* *β de abstractis: p. 1088, 39.* **b** *c. indefinitis (plerumque adi. subst.): p. 1089, 7.* **2** *spec. c. not. liberandi, servandi sim.:* **a** *sensu latiore: p. 1089, 33.* **b** *sensu artiore de reficiendo, convalescendo sim.: p. 1089, 57.*
B *not. orig. evanida respicitur vis q. e.* 'seorsum', *i. q.* 'ab', 'de': **1** *de loco:* **a** *generatim: p. 1089, 80.* **b** *spec.:* 'de superiore loco': *p. 1090, 29.* **2** *de ordine: p. 1090, 42.* **3** *de tempore: p. 1090, 65.*
C *c. not. pressa, i. q.* 'statim ex': **1** *sensu locali perlucente:* **a** *varia: p. 1091, 41.* **b** *c. certis subst.:* e vestigio: *p. 1091, 53.* **2** *sensu temporali praevalente, i. q.* '(statim) post': **a** *varia: p. 1091, 64.* **b** alius ex alio *sim.: p. 1092, 6.*
II ***iuncturae:***
A *pendet a verbis:* **1** *compositis: p. 1092, 17.* **2** *simplicibus: p. 1094, 30.*
B *a nominibus: p. 1094, 64.*
C *a locutionibus: p. 1095, 13.*

CAPVT ALTERVM: *de origine.*

I ***magis proprie:***
A ***respicitur origo ipsa:***
1 *de procreatione:* **a** *c. verbis nascendi sim.: p. 1095, 27.* **b** *varia exempla selecta: p. 1095, 72.*
2 *indicatur unde sumitur vel suppeditatur alqd.:* **a** *generatim:* *α praevalet not. localis: p. 1097, 10.* *β acc. not. violentiae et hostilitatis: p. 1097, 81.* triumphare: *p. 1098, 16.* *γ acced. not. lucrum sim. capiendi: p. 1098, 28.* **b** *spec.:* *α de sumptu: p. 1098, 69.* *β de origine nominis: p. 1099, 2.*
3 *de materia:* **a** *pendet a nominibus: p. 1099, 22.* **b** *a verbis: p. 1099, 39.*
B *de* ***commutatione:***
1 *not. commut. verbis exprimitur: p. 1100, 24.*
2 *not. commut. ipsi praep. inhaeret:* **a** *de comm. sensu proprio:* *α indicato fine, quid alqd. postea fiat:* Ⓘ *generatim: p. 1101, 28.* Ⓘⓘ *spec. de munere: p. 1101, 80.* *β non indicato fine, i. q.* 'antea', 'quondam': *p. 1102, 10.* **b** *de mixtione et transitu: p. 1102, 56.*
II ***a not. originis remotiora:***
A *de* ***causa*** *et* ***auctore:***
1 *de fonte et fundamento intellegendi:* **a** *c. verbis cognoscendi:* *α generatim:* Ⓘ *ex personis: p. 1102, 73.* Ⓘⓘ *ex rebus: p. 1103, 6.* *β peculiariter: p. 1103, 59.* **b** *c. verbis demonstrandi sim.: p. 1103, 76.*
2 *de causa efficiente et movente:* **a** *in universum:* *α causa est res: p. 1104, 18.* *β persona: p. 1104, 79.* *γ communia vel intermedia:* ex se *sim.: p. 1105, 35.* **b** *peculiaria:* *α de patre, a quo concipitur: p. 1105, 62.* *β de affectione, passione sim.:* Ⓘ 'pati', 'laborare' *sim.: p. 1105, 82.* Ⓘⓘ 'sperare', 'timere' *sim.: p. 1106, 27.* Ⓘⓘⓘ *c. aliis verbis quae motum animi indicant: p. 1106, 50.*
3 *de causa logica, i. q.* 'propter': **a** *generatim: p. 1106, 67.* **b** *speciatim:* 'damnare' *sim.: p. 1107, 24.*
4 *de auctoritate:* **a** *exempla varia: p. 1107, 49.* **b** *c. certis quibusd. subst. (formulae): p. 1108, 19.*
B *de* ***norma,*** *i. q.* 'pro', 'secundum', *κατά:*
1 *c. not. originis perlucente:* **a** *varia: p. 1109, 14.* **b** *de specimine: p. 1109, 27.*
2 *de norma extrinsecus petita:* **a** *vario usu: p. 1109, 47.* **b** *c. certis quibusd. subst.: p. 1110, 22.*
3 *de norma propriae mentis:* **a** *varia: p. 1110, 81.* **b** ex sententia: *p. 1111, 14.*
4 *c. verbis metiendi, aestimandi sim.: p. 1111, 29.*
C *de* ***instrumento:*** **1** *usu laxiore: p. 1111, 55.* **2** *usu strictiore: p. 1112, 78.*
D *de* ***comitatione,*** *i. q. abl. sociativus:* **1** *usus praeparativus: p. 1113, 46.* **2** *usus plenus:* **a** *acced. ad verba: p. 1113, 58.* **b** *non coniungitur c. verbis: p. 1113, 76.*

CAPVT TERTIVM: *de partitione.*

I ***pendet a verbis:***
A *additur quae vel quanta pars dematur:* **1** *generatim: p. 1114, 32.* **2** *spec.:* **a** *c. verbis eligendi: p. 1114, 66.* **b** relinquere *sim.: p. 1115, 5.*
B *non indicatur quid dematur: p. 1115, 27.*
C *praedicative: p. 1115, 76.*
II ***pendet ex nominibus:*** **A** *numeral.: p. 1116, 9.* **B** *pronom.: p. 1116, 72.* **C** *adi.: p. 1117, 42.* **D** *subst.: p. 1118, 3.* **E** *sententia: p. 1118, 48.* **F** *adverbiale ipsum subiecti vice fungitur: p. 1118, 51.*

[Rehm]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CAPVT QVARTVM: ***de statu et extensione vel regione.***
(definitur: p. 1118, 74.)

I ***c. not. originali perceptibili et vigente:***
A *respicitur actio personae:* **1** *generatim: p. 1119, 11.* **2** *speciatim:* ex persona *sim.: p. 1119, 64.*
B *de rebus: p. 1120, 22.*
II ***c. vi originali evanida:***
A *exempla varia sec. notionem digesta:* **1** *de loco:* **a** *generatim: p. 1120, 42.* **b** *c. verbis pendendi, alligandi sim.: p. 1120, 77.* **2** *de quantitate et mensura:* **a** *generatim: p. 1121, 21.* **b** *de pretio: p. 1121, 50.* **3** *de modo: p. 1121, 60.* **4** *de relatione et respectu:* **a** *generatim: p. 1122, 2.* **b** *i. q.* 'de', περί: *p. 1122, 35.* **5** *de tempore, occasione sim.: p. 1122, 61.*
B *locutiones adverbiales:* **1** *c. subst.: p. 1123, 1.* ex intervallo: *p. 1123, 23.* e regione: *p. 1123, 61.* **2** *c. adi. subst.: p. 1124, 3.*

CAPVT QVINTVM:
potiora ad gramm., stilum, usum pertinentia.

I ***singularia et anomala:***
A *notabilia varia:* **1** *usus praedicativi exempla duriora: p. 1125, 29.* **2** *adverbialia pro subst. usurpantur: p. 1125, 46.*
B *notiones singulares:* **1** *pro abl. comp.: p. 1125, 65.* **2** *i. q.* 'extra': *p. 1126, 1.*
C *iuncturae notabiles:* **1** *c. nom. urbium et insularum: p. 1126, 8.* **2** *c. adverbiis: p. 1126, 16.* **3** usque ex: *p. 1126, 50.* **4** *c. aliis praep.: p. 1126, 56.*
D *de ellipsi sim.: p. 1126, 64.*
E *c. aliis casibus atque abl.:* **1** *c. acc.: p. 1127, 6.* **2** *c. gen.: p. 1127, 44.* **3** *? c. nom.: p. 1127, 57.*
II ***opposita, synonyma, iuxta posita sim.:*** *p. 1127, 62.*
III ***de iteratione:*** *p. 1129, 1.*
IV ***de collocatione:*** **A** *inter subst. et attrib.: p. 1130, 15.* **B** ex *postponitur: p. 1130, 63.* **C** *a suo subst. seiungitur (tmesis): p. 1130, 72.*

CAPVT PRIMVM: ***de separatione.***

I ***exempla varia selecta:*** **A** *c. notione praep. originaria (sc.* 'de intus—foras') *vigente (paulo laxius fere i. q.* 'ab', 'de': *p. 1088, 28. 1089, 33):* **1** ***generatim de separatione locali*** *(trsl. p. 1088, 63):* **a** ***c. subst., quae definitum locum indicant:*** *α de concretis (in imagine p. 1088, 22):* Ⓘ *sensu artissimo de locis:* NAEV. trag. 29 ut in venatu vitulantis ex suis locis nos mittant (PLAVT. Rud. 908 Trin. 823. *cf.* Rud. 211 ex his l. *nota:* AMBR. spir. 1, 11, 119 opiniones quae ex l. ad locum possunt ... aestimari [*i.* 'locales']). *ex aedificiis (sim. navi l. 55):* PLAVT. Asin. 200 a pistore panem petimus, vinum ex oenopolio. 632 ex aedibus (Aul. 44 *al.*). Mil. 126 Athenas fugere ... ex hac domu. Most. 1 exi e culina. Persa 90 lautum credo e balineis iam hic adfuturum (TER. Phorm. 339). Poen. 323 e fano (821 *al.*). Rud. 43 ire e ludo fidicinio domum. PLAVT. Men. 1075 exire ex navi (Poen. 651 *al. cf.* Rud. 173 desiluit ... in terram e scapha). *ex urbe, oppido sim. (cf. p. 1096, 16. 1126, 8):* NAEV. carm. frg. 5 e Troia ... foras ... exibant. PLAVT. Amph. 217 ex oppido legiones educunt. 256 in castra ex urbe ad nos veniunt (TER. Hec. 589 *al.*). *ex regionibus (cf. p. 1096, 11. 1097, 23):* PLAVT. Capt. 537 periisti e patria (TER. Ad. 275 *al.*). Stich. 152 si ... ex Asia navis ... venerit. LVCIL. 254. GRACCH. or. frg. Gell. 15, 12, 4 (27 M.) zonas ... ex provincia inanes retuli. RHET. Her. 4, 51, 64 frater venit ex Falerno. *ex aqua, mari, terra sim.:* PLAVT. Rud. 175 evasit ex aqua (534). 272 eiectae e mari (562 Stich. 365. Truc. 527 ex medio m.). TER. Eun. 491 e flamma petere ... cibum. CATO agr. 65, 1 oleam ... ex terra tollito. VARRO Men. 549 piscis ex salo captus. *ex variis locis:* PLAVT. Aul. 766 ex Silvani luco quam abstuleras. Bacch. 288 e portu ... navis solvitur. Cist. 124 puellam proiectam ex angiportu sustuli. Men. 988 ex hoc saltu ... ut educam foras.

ex porta sim.: PLAVT. Persa 436 ex porta ludis cum emissust lepus (LVCR. 6, 32). ENN. ann. 86 emittat pictis e faucibus currus. LVCIL. 841 has e[t] fenestris in caput deiciunt.

Ⓘⓘ *de variis receptaculis: ex vasis:* LIV. ANDR. trag. 30 florem anclabant Liberi ex carchesiis. PLAVT. Cas. 396 ut tua sors ex sitella effugerit. ENN. ann. 624 crateris ex auratis hauserunt. *cf.* AFRAN. com. 187 aquam ex aheno haurire. PROP. 3, 5, 4 bibit e gemma. *ex fonte, puteo sim.:* NAEV. trag. 42 sumere aquam ex fonte (LVCIL. 1008 CIC. Arch. 13 *al.*). PLAVT. Mil. 551 ex uno puteo. HEMINA hist. 36 ex Tiberi lacte haurire. *ex variis repositoriis (sim.* 'lecto' *l. 83):* PLAVT. Amph. 156 quasi e promptaria cella depromar ad flagrum. Epid. 308 ex occluso atque obsignato armario decutio *argentum* (Men. 531 CIC. Cael. 52). e lecto *sim.:* TER. Ad. 520 ut ... e lecto nequeat surgere (CIC. Flacc. 22 ex ... subselliis. 3, 112 e lectulo). VERG. Aen. 3, 176 corripio e stratis corpus. *ex frugibus nucleum sim.:* PLAVT. Curc. 55 e nuce nuculeum esse. CATO agr. 119 ex oleis ... nuculeos eicito. VARRO ling. 5, 106 triticum quod tritum e spicis. rust. 1, 64 amurca ... ex olea expressa. *unde estur (cf. p. 1113, 47):* LVCIL. 662 e mensa ... capturus cibum. VARRO Men. 432 apes ... ex omnibus floribus libantes. PLIN. nat. 1, 32, 7 ubi ex manu edant *pisces.*

3 *i. q. albo mixtus* (*gr.* διάλευκος, *cf.* 'furvus', 'maculosus': *l. 84. p. 1156, 1. 3*): ITALA gen. 30, 32 (Lugd.) segrega ... omnem ovem nigram in agnis et omnem -um et varium inter capras ([διάλευκον καὶ ῥαντόν, *l.* κ. διάῤῥαντον *A*; *Vulg.* furvum et maculosum]. 30, 33 omne quod non fuerit varium et -um in capris [διάλευκον, *Vulg.* maculosa et furva]. 30, 35 hircos varios et -os et ... capras v. et -as [διαλεύκους *bis*, *Vulg.* maculosos *prius, dein aliter*]).

exalbo, -āvī, -ātum, -āre. [ex *et* albo. *W.*] -alv- (*v. p. 1155, 62*): *infra l. 16.* [*it.* scalbare. *M.-L.*] [*variat c.* dealbare (*recte ut vid.*): *infra l. 28. c.* -altare: *v. infra l. 28; restit. pro* -altare *trad.*: ITALA Ioel 1, 7 *infra l. 19. corrig. ex* ex albore: DIOSC. 2, 57.]

i. q. album reddere, dealbare (*maxime purgando; potius i. q.* '*clariorem*' *reddere sc. metallum: infra l. 17 [cf. et infra l. 14]; audacius de vitibus decorticatis et arescentibus: infra l. 17. acced. per compar.* 'nix': *infra l. 25. 30*; 'lana': *infra l. 25; mediopass. v. infra l. 22*): **1** *proprie*: DIOSC. 2, 57 p. 202, 22 *adeps* asininum dicitur cicatrices nigras -are (ex albore *trad.; gr. 2, 76, 18* οὐλὰς ὁμόχρους ποιεῖν. *i.* '*clariores*' *reddere, ut cutis colori propius accedant; cf. l. 10*). 2, 66 cera (*gr. 2, 83, 1* λευκαντέον). 5, 112 -vatur ... *lithargiru* sic *eqs.* (*gr. 5, 87, 4* λευκαίνεται). *nota* (*v. supra l. 11*): ITALA Ioel 1, 7 (Weing. Ps. Aug. spec. 112 p. 644, 13) *locustarum multitudo* -⟨b⟩avit (-alt- *utroque loco trad.*) vites suas (ἐλεύκανεν, *Vulg.* albi facti sunt rami; *hebr. hif. rad.* לָבַן *i.* '*albescere*').

2 *per imag. et alleg.: animi nigrores quasi dealbando purgare, emundare* (delicta: *l. 24; homines: l. 29 sqq.; mediopass. [i.* '*candidum fieri*'*]: l. 29. 32. cf. supra l. 13*): ITALA Is. 1, 18 (Tert. adv. Marc. 4, 10 p. 445, 2. 3) etsi fuerint delicta vestra tamquam roseum, velut nivem -bo; etsi ... coccinum, velut lanam -bo (ὡς χιόνα λευκανῶ ... ὡς ἔριον λευκανῶ, *Vulg.* quasi nix dealbabuntur ... velut l. alba erunt [*cf. et Cypr. testim. 1, 24 p. 59, 13 eundem l. citantem*: -bo *LM*², -altabo *M*¹; de- *rell.; v. supra l. 5*]). ITALA thren. 4, 7 (Tert. adv. Marc. 4, 8 p. 437, 27) Nazaraei -ti sunt super nivem; *opp.* luridati ... maculis et nigrati ([ἐκαθαριώθησαν, *Vulg.* candidiores ... nive]. *cf.* HIL. in psalm. 67, 14 p. 290, 2 [*ad psalm. 67, 15* nive dealbabuntur, χιονωθήσονται] reges ... -tos nive. *v. l. 22*).

exalburnātus, (-a), -um. [ex *et* alburnus. *W.*] *i. q. alburno exutus* (*teneriore sc. illa parte, quae corticem subsequitur*): PLIN. nat. 16, 204 ex reliquis *arboribus* spississima (sciss- *sim. trad.*) lotos, ... dein robur -um.

CASSIOD. in psalm. 2, 6 p. 38ᴬ hactenus ex sua persona propheta locutus est, nunc per figuram quae graece dicitur **exallagē** (*i.* ἐξαλλαγή), latine permutatio, verba refert *eqs.* (*inde* GLOSS. V 359, 28).

exālo *v.* exhalo.

✖**exaltātio,** -ōnis *f. ab* exaltare. *plur.* -es: *l. 55. p. 1157, 5. 18. 19.* GLOSS. ὕψωσις (*v. et p. 1157, 33*). *inde a* TERT. [*variat c.* -ultatio (*v. p. 1157, 64*): *cf. infra l. 76. 77. 79. p. 1157, 7. 10. 19. 23. 27.* SACR. Leon. 315 (-ultatione *trad.*, -em *edd. recte, ut vid.*). *c.* -halatio: *cf. infra l. 48.* CASSIOD. in psalm. 143, 14 p. 1020ᴬ (*leg. videtur* -halatio). *inc. interpr.*: VINDIC. med. 32 p. 228, 12 (*de digestione*) non digeri cibos in alborem ... sed in -em (*?*) transire seu mutari (*an* -hal-*?*). CASS. FEL. 21 p. 33, 10 (*cp,* -alatio *g*).]

1 *i. q. actio sursum levandi, extollendi, elevatio*: **a** *proprie* (*hic afferuntur etiam ei loci, quibus sensus quidam myst. vel transl. per planam alleg. accedit [v. infra l. 60]. cf. et p. 1157, 3*): *α in universum: variarum rerum allevatio*: Ⓘ *corporaliter: astrorum* (*v. p. 1158, 13; opp.* descensio): CHALC. comm. 59 p. 127, 12 caelestium ignium ... peragrationes cum certis -bus et ... descensionibus usque ad occasum submersionem. *serpentis aenei* (*v. p. 1158, 51*): AVG. pecc. mer. 2, 27, 43 p. 115, 3 quid Moyses fecerit in -e serpentis (serm. 294, 14, 14 p. 1344 init.). Ⓘⓘ *incorporal.: vocis* (*v. p. 1158, 27*): EVCHER. form. 9 p. 57, 8 tuba vocis -o in praedicatione divina (*seq. Is. 58, 1; v. p. 1158, 33*). *β peculiariter: de crucis sive Christi in cruce elevatione* (*inde interpret. translata [v. supra l. 51]: infra l. 65. 69*): RVFIN. Orig. in Ios. 4, 2 p. 310, 1 B. in crucis -e *Christi* (*al.* AVG. in euang. Ioh. 53, 1 p. 1774 extr. *al. cf. l. 68*). *huc spectant loci paulo deflexi*: HIER. epist. 65, 9, 6 (*ad Phil. 2, 9* exaltavit *deus Iesum; v. p. 1160, 43*) -o nominisque donatio ad patrem reditus *est* (*sim.* LEO M. serm. 72, 6 p. 393ᶜ assumpti hominis -o). AVG. in euang. Ioh. 40, 2 p. 1686 fin. -em ... dicit (*sc. act. 2, 33; v. p. 1160, 31*) passionis, non glorificationis; crucis (*v. supra l. 62*), non caeli, quia ... exaltatus est quando pependit in ligno. 52, 13 p. 1774 med. -o trahentis post se omnia (*v. p. 1159, 3*). *v. et l. 83.*

b *translate de condicione* (*i. q.* '*praedicatio*': *p. 1157, 5; fere i. q.* '*ascensio*' *[syn.]: p. 1157, 12 [cf. etiam p. 1157, 4]; in alleg. de* '*oculis*'*: p. 1157, 21. acced.* ad *fin.: p. 1157, 12. de praeponendis notabilioribus quibusdam exemplis v. p. 1159, 49*). *opp.* 'humilitas' *sim.* (*peiorative infra l. 76. 78 [cf. appos.]; contra opp.* elatio: *infra l. 80*): TERT. cult. fem. 2, 3 p. 718 Oe. -o (-ult- *A*) non congruit professoribus humilitatis (CYPR. zel. 10 p. 425, 18 [-ult- *M*]. epist. 59, 3 p. 669, 9; *acced.*: inflatio, iactatio. PS. AVG. quaest. test. I 97, 3 p. 173, 12 [-ult- *CFB*]. SALV. gub. 7, 39 [*ad Luc. 14, 11; v. p. 1159, 54*] illis -o data est pro h., nobis pro elatione deiectio. ORIG. in Matth. 18, 10 p. 1613ᶜ BENED. reg. 7, 18 *al.*). VVLG. Iac. 1, 9 frater humilis in -e sua. AVG. in euang. Ioh. 40, 2 p. 1686 fin. illa -o (*sc. Christi in cruce; v. supra l. 62*) humiliatio fuit. *v. et p. 1157, 24.*

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

α bono sensu: absol.: VVLG. exod. 17, 15 aedificavit ... Moyses altare et vocavit nomen eius 'dominus -o mea' (יְ֭הוָה נִסִּ֑י *i. fere 'vexillum' sc. 'tutela'; propria levandi vi pellucente. v. p. 1156, 51*). BENED. reg. 7, 12 ad -em illam caelestem pervenire (*v. quae seqq.*). *c. gen. obi.*: VVLG. psalm. 149, 6 -es dei in gutture eorum ([*antea*: exultabunt; *hebr. bis* רוֹמְמוֹת־אֵל(וְ); *LXX καυχήσονται, ὑψώσεις*]. RVFIN. Greg. Naz. orat. 7, 2, 2 p. 210, 17 [-alt- *R.*, -ult- *rell.*]. *v. p. 1156, 71*). prov. 3, 35 gloriam sapientes possidebunt, stultorum -o ignominia ([*dub. in hebr.*]. *cf.* GLOSS. Suet. Claud. 38, 3 p. 362 *μωρῶν ἐπανάστασις* st. -o [*L*, -ult- *S*]). PROSP. in psalm. 118, 154 p. 360^{C} sanctorum ([*v. p. 1159, 73*]. *cf.* OP. imperf. in Matth. 5 p. 669$^{med.}$ ascensio super templum moraliter -o cordis sanctorum ad sanctitatem [*v. p. 1156, 73*]).

β in malam partem: i. q. superbia (cf. l. 20), elatio (v. etiam p. 1156, 75): absolute: TERT. cult. fem. 2, 3 p. 718 Oe. nobis ... *non* gloriae studium est, quia gloria -is ingenium (-centivum *B*) est. AVG. civ. 14, 13 p. 34, 9 D. (*ad prov. 18, 12* exaltatur cor; *v. p. 1160, 74*) quis ... -em ruinam putat *eqs.* conf. 5, 3, 4 -es suas (-ult- *V*). serm. dub. 363, 2 p. 1635$^{a\text{-}extr.}$ -es saeculares et catervas ... peccatorum. BENED. reg. 7, 4 omnem -em genus esse superbiae. *pendet genet.* (*obi. l. 21, subi. l. 23*): VVLG. prov. 21, 4 -o oculorum est dilatatio cordis (*v. p. 1156, 73*). PAVL. NOL. epist. 21, 1 p. 149, 20 in alienis grandibus superba diaboli -o (exult- *LM*) deiciebatur (*opp.* humilitate).

2 *vi fere passiva de statu eius, qui exaltatus est: i. q. altitudo, sublimitas*: **a** *dei, Christi*: IREN. 4, 33, 11 in regno speciem eius (*sc. Christi*) et decorem et -em (*Arund.*, -ult- *rell.*; *v. Souter, Iren. p. LXXX*) supercoruscantem et supereminentiorem omnibus. VVLG. Is. 33, 3 ab -e tua dispersae sunt gentes. *?***b** *de eximietate facundiae* (*cf. adi. appositum*): CIL II 1972 (*inscr. lacera*) *viro* laudabilis prudentiae 〈et clem〉entiae singularis, eloquen-〈ti〉a〈e〉que -is eximiae.

3 *de actione profundius reddendi*: GLOSS. II 255, 24 -o *βάθυνσις*. *v. p. 1161, 46*.

CASSIOD. in psalm. 9, 33 p. 89^{D} (*ad psalm. 9, 33* [= *10, 12*] exaltetur manus tua'; *v. p. 1158, 58*) decursis quattuor partibus nunc **exaltātīvē** propheta se convertit ad quintam *eqs.* (*i.* '*more elevantis*').

exaltātor, -ōris *m.* *ab* exaltare. *qui allevat, elevator* (*transl. de deo, Christo; opp.* 'humilis' [*v. p. 1159, 51*]; *acced. gen. obi. l. 43*): AVG. serm. 207, 1 p. 1043$^{a\text{-}mod.}$ creari creatorem, servire dominatorem, vendi redemptorem, humiliari -em, occidi suscitatorem (*item* CASSIOD. in psalm. 50, 2 p. 359^{D}, *nisi quod pro* 'suscit.' *legitur* 'vivificatorem'). EVANG. nat. Mar. 5, 1 domino humilium -i gratias egerunt.

[*?* **exaltem** explorantem GLOSS. V 499, 24 (*vid. leg. esse*: -(h)alantem expirantem; *cf. Gloss.*^{L} *III Abstr. EX 99*). *v s.* exhalo.]

✖**exalto** -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* altus. *imperat. mediopass.* -are: *v. p. 1158, 81. 82. 1160, 35*. VVLG. psalm. 107, 6 *al.* CHAR. gramm. p. 472, 14 B. (*inter verba act. I*^{ac} *coni.*; *item* GRAMM. suppl. 49, 13). GRAMM. suppl. 55, 31. NOT. Tir. 77, 94 altum, ab alto, -at, altissimus *eqs.* *de notione atque usu*: GLOSS. *βαθύνω* (*v. p. 1161, 46*). *ἐξυψῶ, ὑπερυψῶ, ὑψῶ* (*confus. c.* -ultat: *e. g.* IV 346, 10 *al. cf. l. 64*). *legitur inde a* PAVLO FESTI *infra l. 77*, COLVM. *p. 1161, 48* (*v. l. 68*), TERT. *vox longe maximam partem eccles. (in* INSCR. *v. l. 79. p. 1158, 1 sqq. 11. 1160, 16). adhibetur saepissime mediopass. (v. e. g. p. 1158, 16. 32. 57. 78. 1161, 22. 58; praecipue s. I A 2. 3 p. 1159, 15. 42); rarius reflex. (v. p. 1159, 68. 78. 1160, 55. 61. 82); intransit.: v. p. 1159, 13 (fort. et p. 1161, 58); p. p. p.* -tus *vice fere adi. fungens: p. 1158, 64 (inde pro subst.: p. 1159, 58. 1161, 26). in gr. respondet ὑψόω, ubi nil aliud adscriptum est. verbum recentiore latin. prorsus in provincias vocis q. e.* exultare *abiisse videtur (v. s. III, p. 1161, 57), quamvis certi quicquam vix liceat statuere (cf. l. 64).*

[*variat c.* exultare *(v. l. 52. 61): cf. p. 1159, 14. 1160, 22. 60. 1161, 62. falso trad. pro* -ult-: HIER. epist. 92, 4, 4. *restituitur vix recte pro* -ult- *trad.*: FAVST. REI. grat. prol. p. 4, 8. *cf. et p. 1156, 43. c.* exalbare: *v. p. 1156, 6 (falso trad. pro* -alb-: *v. p. 1156, 7). conicitur satis certe*: COLVM. *p. 1161, 49. 51. l. v. falsa*: SEN. nat. 3 praef. 9 (*Δ*, extruit, extruxit *rell.*). *perperam ut vid.*: CORIPP. Iust. 2, 321 -ta putes ... flantibus Euris ludere ... frondosa cacumina silvae (-agitata *Petschenig; v. p. 1150, 32*).]

I *i. q.* ***altiorem reddere: allevare, extollere*** *sim.*: **A** *c. mera notione sursum levandi*: **1** *proprie*: **a** *res*: *α potiore usu*: Ⓘ *aedificia, opera exstruenda quasi a solo erigere* (*de augenda altitudine, amplitudine: l. 84. p. 1158, 6. 7 sq. [acc. gr.: p. 1158, 7]; i. q.* '*aedificare*' *[syn. l. 82]: l. 82. p. 1158, 11; de aggeribus extruendis p. 1158, 10*): PAVL. FEST. p. 29 altaria ab altitudine ... dicta, quod antiqui diis superis in aedificiis a terra -tis sacra faciebant. CIL VIII 2630 (*a. 158*) 〈Is〉idi et 〈S〉erapi 〈M〉atuccius ... aedem cum Volteia ... uxore ... ab antecessoribus 〈suis i〉nstitutam -tam ... adiecto pronao ... exornavit (*cf.* VVLG. Sirach 49, 14 aedificaverunt domum et -verunt templum [*gr. 49, 12 ἀνύψωσαν*]. GREG. TVR. Franc. 4, 36 p. 171, 16 aedificium domus ecclesiasticae -ari [*i.* '*ampliari*'. *sic et*: 10, 31 p. 446, 29 ecclesiam infra muros urbis; *cf. p. 444, 21: opp.* aedificavit *de eadem eccl.*]). CIL VI 31553 (*a. 161*) Platorio Nepote ... curat(ore) alvei Tiberis et ripar. et cloacar. urbis, terminos vetust(ate) dilapsos -vit et restit(uit) *eqs.* (31554^{a} [*a. 161*] t. v. collapsos -verunt et restituerunt. *ibid.* ^{b}[*eodem a.*] t. v. delapsos. 31555 [*a. 198*] t. v. dilapsos -vit et restituit). VVLG. prov. 17, 19 qui -at ostium, quaerit ruinam. I Macc. 12, 36 aedificare muros ... et -are altitudinem magnam (*v. p. 1157, 76*) inter *arcem et civitatem* (*cf.* 14, 37 -vit muros Ierusalem). CASSIOD. Ios. antiq. 10, 10 p. 291 *Babylonius in obsessione* faciens turres cum magnis aedificiis et aggeres ingentes -ans (*gr. 10, 131 πύργους ... μεγάλων οἰκοδομήσας χωμάτων*). INSCR. Afr. Cagnat-M.-Ch. 400 〈e〉xaltatis duab(us) exhedris.

Ⓘⓘ *t. t. astr.: de sideribus in ὕψωμα ascendentibus* (*opp.* humiliari [*i.* ταπεινοῦσθαι]: *l. 24; ad rem cf. Bouché-Leclercq, astr. gr. p. 192 sqq.; Boll-Gundel, Sterngl. u. Sterndtg.*^{3}*, 1926, p. 59. nonnisi mediopass.; def. cf. l. 17*): FIRM. math. 2, 3, 3 p. 43, 30 altitudines ... dictae sunt ob hoc, quod, cum in ipsa parte fuerint stellae, in qua -antur, in oportunis scilicet geniturae locis *eqs.* ([3, 5, 34 p. 140, 5 in qua -atur *Sol*]. *cf.* 3, 2, 20 p. 102, 20 〈in his locis〉, in quibus -atur. 3, 8, 10 p. 167, 13 *Mercurius* constitutus in his in quibus gaudet signis vel in quibus -atur [3, 13, 9 p. 189, 19 *Luna.* 4, 17, 9 p. 241, 7 in bonis s. ... idest in quibus gaudent vel in q. -antur vel in domiciliis suis. *al.*]). 4, 17, 10 p. 241, 17 *al.* CHALC. comm. 83 p. 154, 19 cum -atur *sol* vel cum humiliatur vel cum a medietate caeli ad diversas ... plagas discedit (*cf.* 92 p. 164, 2 dum -antur *planetes* et h. *v. l. 14*).

ⓘⓘⓘ *vocem, sonum sim.* (*c. respectu intendendae vocis: infra l. 32 sqq.; potius ingressive* ['*tollendo edere*']*: infra l. 39 sqq.* [*contra alqm. infra l. 40*]; 'verba' [*i.* '*fundere*', '*edere*']: *infra l. 46. audacius*: VVLG. Iac. 3, 5 lingua modicum quidem membrum est et magna -at [*i.* '*gravia pronuntiat*'; *gr. μεγάλα αὐχεῖ vel μεγαλαυχεῖ. aliter p. 1161, 64*): ITALA gen. 19, 13 (Lugd.) -tus est clamor eorum ante deum (*Vulg.* increverit). ITALA Is. 58, 1 (Tert. adv. Iud. 9 p. 726 Oe. = VVLG.) exclama ... in vigore ... ne peperceris, -a ut tuba vocem tuam ([HIER. in Ioel 2 p. 965^{A} -ent *sacerdotes et magistri* quasi t. v. suam. AVG. c. Iul. 2, 10, 34 p. 697$^{extr.}$]. *cf.* VVLG. Is. 40, 9 -a in fortitudine v. tuam ..., -a, noli timere *eqs. v. supra l. 27*). AMBR. Ios. 5, 26 adulterii ... temptamenta vulgavit *mulier* -ans v. suam (VVLG. Sirach 46, 23 *al.*). VVLG. IV reg. 19, 22 cui exprobrasti? ... contra quem -asti vocem tuam *eqs.*? (*sic* Is. 37, 23 super quem). Sirach 21, 23 fatuus in risu -at vocem suam ([*opp.* tacite ridebit; *gr. 21, 20 ἀνυψοῖ*]. *cf.* PS. MATTH. euang. 6, 3 [*C*] ne aliqua in risu -ret sonum suum [*rell.*: ne quid in r. ... committeret]). Is. 13, 2 levate signum, -ate v. (*cf.* HIER. in Is. 13, 2 p. 207^{B} -at v. qui de sublimibus loquitur). GILD. Brit. 74 chron. III p. 68, 31 vos arroganter verba -asse (*v. app. cr. et cf. l. 29*).

β in universum: varias res variis modis (*cf.* HIER. in Hab. 1, 1 p. 1283^{A} volabunt quasi aquila, quae -ans volatum ... inter sidera ... nidum *ponit* [*i. fere* '*in altum volans*']): Ⓘ *corporeas*: ITALA Ioh. 3, 14 (Ps. Tert. haer. 2 p. 216, 10 sq. Aug. c. Faust. 5, 4 p. 276, 12 *al.* = VVLG.) sicut Moyses -vit serpentem (*sc. aeneum; v. num. 21, 8 sq.*) in deserto (heremo *Aug.*), ita -ari oportet filium hominis ([*v. p. 1160, 43, sensu sc. transl. et mystico. sim. et:* AMBR. hex. 4, 8, 33 *ecclesia* sicut serpens -tus devorat colubras. *al.*]. AVG. pecc. mer. 1, 32, 61 p. 62, 1 sqq. [*ter*]. *et al.*). PS. CYPR. mont. 15 p. 118, 11 (*vinea i. plebs spiritalis*) custoditur ... a puero Christo in ligni speculum -tum (*v. p. 117, 15* in alto ligno). VVLG. psalm. sec. hebr. 10, 12 exurge, domine ..., -etur manus tua (*cf. infra l. 80; aliter p. 1161, 10*). Is. 49, 22 levabo ad gentes manum meam et ad populos -bo signum meum (נֵס). Os. 11, 4 ero eis quasi -ans iugum super maxillas (*loc. in hebr. corrupt.*). AVG. civ. 10, 8 p. 414, 24 D. in ligno -to.

Ⓘⓘ *naturales* (*c. vi surgendi infra l. 66. 72; p. p. p.* -tus *fere adi. vice i. q.* '*altissimus*': *infra l. 71; singulariter i. q.* '*in altum emittere*' *[de lumine]: infra l. 73*): ITALA gen. 7, 24 (Aug. quaest. hept. 1, 11 p. 8, 3) -ta est aqua super terram *tot* ... dies ([*Vulg.* obtinuerunt ... a. terram. *item* ISID. in gen. 7, 25 p. 233^{C}]. AVG. civ. 15, 27 p. 117, 18 D. cur ... usque ad illa caeli spatia terris -ari licuisse et aquis -ari non licuisse contendunt? *cf.* VVLG. psalm. 106, 25 -ti sunt fluctus eius. ALC. AVIT. carm. 5, 683 [*in mari rubro*] -tis pendens sustollitur undis ... mergenda phalanx [*seq.* lympharum monte; *v. supra l. 64*]). VVLG. IV Esdr. 15, 40 -buntur nubes magnae et validae (*i.* '*excitabuntur*'). *nota* (*v. supra l. 65*): CHALC. comm. 89 p. 160, 18 perspicuum est radios ... in directum -tos (*sc. a globo AB ad globum ΓΔ pari amplitudine lumen mittente*) ... esse ... aequali distantia.

b *animantia: i. q. excitare, ut quis surgat curare sim.* (*mediopass. i. q. exsurgere, se levare*): *α trans.*: Ⓘ *laxiore usu*: ITALA Iob 39, 27 (Aug. *in h. l.* p. 624, 12) tuo praecepto -atur (-bit- *C*) aquila (*Vulg.* elevabitur). VVLG. psalm. 7, 7 exurge ..., -are in finibus inimicorum meorum (Is. 33, 10 consurgam, ... -bor, ... sublevabor. *al. v. supra l. 58*). 93, 2 -are, qui iudicas terram (*talia passim*). Ezech. 10, 16 *Cherubim* de terra (10, 19 a t. [*v. p 361, 50 sq.*]). AVG. civ. 9, 9 p. 381, 13 D. in perversum ligati atque suspensi ...

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

parte inferiore -ti, superiore deiecti. Ⓘⓘ *strictius de Christi in cruce allevatione (interpr. mystica hic illic accedente [v. l. 5. 7. 12]. cf.* Vvlg. Ioh. 12, 32 si -tus fuero a terra, omnia traham ad me [*v. vs. 33*]; *cf. et l. 8*): Lact. inst. 4, 26, 33 *cruce* -ari ... *Christum* fuit necesse (epit. 46 [51], 5 *Chr.* crux et re et significatione [*v. supra l. 2*] -vit. Rvfin. Greg. Naz. orat. 2, 2, 2 p. 88, 3 in cruce [*συνεπαίρεται*]. *cf.* Gavdent. serm. 12 p. 931A -andum se a terra [*v. l. 5*] ... crucis patibulo indicabat [*ibid.*B elevatus in cr.]. *sim. al.*). Rvfin. Greg. Naz. orat. 7, 3, 7 p. 212, 17 in ligno (Avg. serm. 287, 3, 4; *opp.* capite deminutus. *al.*). Greg. Tvr. glor. mart. 27 p. 503, 30 *Petrus resupinum se voluit* crucifigi, indignum se vociferans ut dominum -ari. *v. et p. 1156, 60.*

β intrans. (cf. p. 1157, 58): Evcher. instr. 1 p. 85, 9 deo adstare idem est quod volare et in sublime -are (-ult- *A*).

2 *propria allevandi et excitandi notione per meram imag. aut alleg. vel plane servata vel adhuc perlucente (sensu superbiae, iactantiae [v. infra l. 46]: infra l. 35. 39. praeter infra l. 24 res obi. sunt)*: Itala psalm. 71, 16 (Victorin. Poetov. in apoc. 21, 3 p. 150, 6) erit firmamentum ... super cacumina montium et -bitur super Libanum fructus *terrae* ([*ὑπεραρθήσεται, Vulg.* superextolletur; *deest rec. Hier.*]. Itala Is. 2, 2 [Tert. adv. Iud. 3 p. 706 Oe.] *mons domini* -bitur ... s. colles [*Vulg.* elevabitur]. *al.*). Itala psalm. 112, 7 (Tert. adv. Marc. 4, 14 p. 460, 8) qui suscitat mendicum de terra et de stercore -at pauperem (*ἀνυψῶν, Vulg.* erigens. *cf. p. 362, 80*). Itala Ier. 17, 12 (Aug. c. Faust. 13, 13 p. 393, 6) sedes ... gloriae -ta est *eqs.* ([*Vulg.* altitudinis]. *cf.* Vvlg. Is. 14, 13 super astra dei -bo solium meum [Abd. 3; *antea*: extulit]. *al.*). Vvlg. III Esdr. 8, 76 iniquitates nostrae -tae sunt usque ad caelum; *antea*: multiplicata ([*gr. 8, 72 ὑπερήνεγκαν*]. Matth. 11, 23 [= Luc. 10, 15] tu, Capharnaum ... u. in [ad *Luc.*] c. -beris [*opp.* descendes, demergeris]. *al. cf.* Avg. epist. 142, 1 p. 247, 12 super caelos -ta ecclesia [*cf. p. 1160, 34*]). Sirach 24, 17 (*Sapientia*) quasi cedrus -ta sum in Libano *eqs.* (*sim.* 24, 18 [*gr. 24, 13 sq. ἀνυψώθην*]. *cf. p. 1160, 30*). Is. 10, 15 numquid gloriabitur securis contra *eqs.* ... aut -bitur serra contra *eqs.* ([*syn.* elevetur]. *hebr.* גָּבַל *hitp. i.* '*superbientem extolli*' [*cf. supra l. 16*]). 40, 4 vallis -bitur et mons humiliabitur. 49, 11 semitae meae -buntur ([יְרֻמּוּן *i.* '*alte sternentur*']. *cf.* 55, 9 sicut -antur caeli a terra, sic -tae sunt viae meae a viis vestris *eqs.*). Ier. 49, 16 cum -veris quasi aquila nidum tuum (גַּבַּח *hi. i.* '*in alto collocaveris*'; *cf. supra l. 16*). Ezech. 19, 11 *al.* Greg. M. moral. 20, 45 p. 164C. *talia passim.*

3 *translate de statu et condicione, de auctoritate ac dignitate sim. in altiorem locum ducendis: i. q. amplificare, augere, extollere, magnificare (strictius praedicando, laudando, celebrando: v. p. 1160, 38. 75. 1161, 5. 15 [inde fere i. q. colere atque observare: p. 1161, 13. at cf. et p. 1161, 57]. peiorative [mediopass.; infra l. 68. 78. p. 1160, 55. 61 refl.] i. q. efferri, insolescere: v. e. g. l. 62. 78. 82. p. 1160, 30. 45 sqq. 68* [*opp.* extolli: *p. 1160, 20. cf. et supra l. 16*]). *hic usus quam arte c. locis quibusdam bibl. cohaereat et qua ex re originem maxime sumpsisse videatur, ut clarius appareat, exempla illa potiora praemittimus, quibus* '*humilis*' *notio voci q. e.* -are *opponitur. loci bibl.*: Itala Luc. 18, 14 (Cypr. unit. eccl. 21 p. 229, 7 *al.* = Vvlg.) qui se extollit (se -at Vvlg., *item* Luc. 14, 11) humiliabitur et qui humiliat se, -bitur. Vvlg. Esth. 11, 11 humiles -ti sunt (Luc. 1, 52 deposuit potentes de sede et -vit h.). psalm. 74, 8 hunc humiliat et hunc -at (II Cor. 11, 7 me ipsum humilians, ut vos -emini). 87, 16 -tus ... humiliatus sum et conturbatus. Sirach 11, 1 sapientia -ti -bit caput illius (*ἀνυψώσει, v. p. 1157, 59*). *al. exempla eccles.* (*cf. et* Schol. Hor. carm. 1, 34, 16 [*ΓV*] *Fortuna* hinc elevat, hic deicit, mutua vice unum -ans alterum humilians): Tert. adv. Marc. 4, 15 p. 466, 15 'humiliabitur homo' (*Is. 5, 15*), utique -tus divitiis (Avg. in euang. Ioh. 14, 4 p. 1504init. [*ad Ioh. 3, 30* crescere, *αὐξάνειν*] illum. ..-ari, me autem h. *al.* Fvlg. Rvsp. epist. 17, 53 p. 485B iustificatus humiliatur, ut -etur ad gloriam. *al.* Greg. Tvr. Franc. 4, 3 p. 143, 7 [-salutata *B 3. 4, corr. B 3*]). cult. fem. 2, 9 p. 727 Oe. gloria ... -are, non humiliare consuevit Clem. ad Cor. 16 p. 15, 13 humilium ... est Christus, non -antium se super gregem illius (Comm. apol. 464 nunc -bor [= Vvlg. Is. 33, 10], humilem quem ... vidistis. Lvcif. reg. apost. 1 p. 35, 19. Rvfin. Greg. Naz. orat. 1, 54, 2 p. 45, 2 [*opp.* deicit; *syn.* erigit]. Avell. p. 138, 13. Prosp. in psalm. 118, 154 p. 360C *tantum* est vivificari h. quantum et -ari, quia sanctorum exaltatio [*v. p. 1157, 10*] vita aeterna est. *al. cf.* Hil. in psalm. 56, 6 p. 172, 5 [*v. p. 1160, 35*] quae in altum de humilibus efferuntur ... -ari videntur; *seq.* sublimius). Cypr. epist. 14, 3 p. 512, 1 sq. -bitur (-bit *C*) qui se humiliaverit (Rvfin. hist. 5, 2, 5 p. 431, 4 humiliabant se sub ... *deo,* per *quem* nunc sublimius -ti sunt. Avell. p. 136, 7 -antes semet ipsos ... humiliat *dei dextera* et h. se ... -at. *al.*). Ps. Ambr. serm. Sess. 3, 10 p. 135B *Christi passione* -ta humilitas, ... elevata depressa *sunt eqs.* (Avg. civ. 14, 13 p. 33, 7 D. -at humilitas [*opp.* elatio]. Cassiod. inst. div. 24 p. 1139A *al.*). Hier. in Ier. 2, 108, 3 p. 146, 13 (*alleg.*) *oliva* -ta per superbiam nequaquam egit humiliter ... sed elata per superbiam *eqs. al.* Verec. in cant. 1, 3. *et passim* (*v. et l. 36. p. 1158, 24. 1160, 28*).

a *aliquem: α in bonam partem:* Ⓘ *homines (item populum, genus [infra l. 17] sim.)*: Tert. adv. Iud. 3 p. 707 Oe. *Israel a deo* in Aegypto -tus fuerat. Itala gen. 26, 13 (Aug. quaest. hept. 1, 76 p. 41, 8) benedixit ... eum dominus et -tus est homo et ... maior fiebat ([*Vulg.* locupletatus]. Itala Iob 7, 17 [Aug. in Iob 1, 7 p. 524, 23] quid est ... h., quod -asti eum? [*ἐμεγάλυνας, Vulg.* magnificas]. *al.*). Itala gen. 48, 19 (Cypr. testim. 1, 21 p. 54, 20 *al.*) hic erit in populum et ... -bitur (*Vulg.* multiplicabitur). Itala prov. 18, 19 (Cypr. epist. 55, 18' p. 636, 20) frater fratrem adiuvans -bitur (*ὑψηλή, Vulg.* firma). Itala Ezech. 29, 15 (Sangall.) *Aegyptus* non -bitur ... super gentes (*Vulg.* elevabitur). Vvlg. gen. 50, 20 ut *deus* -ret *Ioseph.* psalm. 149, 4 *deus* mansuetos in salutem (*cf.* Greg. M. in Ezech. 1, 12, 10 p. 922B eum superna gratia in altiorem intellegentiam). III reg. 14, 7 -vi te de medio populi ([psalm. 88, 20 de plebe]. III reg. 16, 2 te de pulvere. *al.*). psalm. 117, 16 dextera domini -vit me (Inscr. christ. Diehl 2420b. *al.*). Sirach 44, 23 ut stellas -are semen eius ([*gr. 44, 21 ἀνυψῶσαι*]. *cf.* Cassiod. Ios. antiq. 15, 14 p. 452 genus nostrum [*gr. 15, 384 ηὐξήσαμεν*]). *passim.* Cassian. conl. 1, 19, 1 summi ... gradu honoris *Mardochaeum.* Greg. M. moral. 13, 37 p. 1033D extolli ... possunt *carnales* (*v. p. 1159, 48*), sed -ari nequeunt (*opp. postea*: apud se altiores. *v. et ibid.*4). Pass. Mar. Iac. 5 p. 52, 8 (-ult- *V*). *et saepe.*

Ⓘⓘ *peculiariter: deum, Christum (ad interpr. cf.* Avg. serm. dub. 380, 6 p. 1681init. quid est '-bo te'? [psalm. 29, 2; *v. infra l. 39*] altum te confiteor. *cf. ad eund. l.*: Cassiod. in psalm. 29, 1 p. 203A '-bo' dicit: latius innotescere facio, quod *eqs.*): Itala Is. 2, 17 (Aug. c. Faust. 13, 9 p. 388, 27) -bitur dominus solus in illa die; *opp.* humiliabitur ([*Vulg.* elevabitur]. Hier. in Is. 5, 17 p. 84D [*ad vs.* 16 -bitur d. exercituum] quando ... d. -tus fuerit ... ut mali agricolae ... pereant et -ta cedrus ... succidatur *eqs.* [*v. p. 1159, 32*]. Cassiod. in psalm. 45, 11 p. 332B *al.*). Itala act. 2, 33 (Tert. adv. Prax. 17 p. 259, 8 = Vvlg.) *Christus* dextera dei -tus ([*anteced.*: altissimus]. Vvlg. act. 5, 31 salvatorem deus ... dexterā suā. *al.*). Ps. Hil. dedic. eccl. p. 881C *Christus* resuscitatus a mortuis et -tus est super coelos (Vvlg. psalm. 56, 6 -are s. c., deus [*v. p. 1159, 73.* 56, 12 *al.*]. *cf.* Vvlg. psalm. 96, 9 -tus es super omnes deos. *al.* [*v. p. 1159, 31*]). Vvlg. exod. 15, 2 glorificabo eum (*sc. deum*) ... et -bo eum (*sic* '*praedicando*', '*laudibus celebrando*': Tob. 13, 6 regem ... saeculorum -ate in operibus vestris. psalm. 17, 47. 29, 2 -bo te, domine, quoniam *eqs.* [*v. supra l. 24.* 98, 5 -ate d. deum ... et adorate. 98, 9 Is. 25, 1 *al.*]. 65, 17 *eum* sub lingua mea. 106, 32. 144, 1 [*syn.* benedicam]. *al.*). Vvlg. II reg. 22, 47. psalm. 20, 14 in virtute tua. 63, 8 *al.* Ioh. 8, 28 filium hominis (12, 34. *v. p. 1158, 53*). Phil. 2, 9 *v. p. 1156, 64. et frequenter.*

β in malam partem (v. p. 1159, 46): Itala Iudith 9, 7 (Lucif. non parc. 10 p. 231, 3) -ti sunt in equo et ascensore et gloriati sunt *eqs.* ([*Vulg. aliter*]. *cf.* Vvlg. psalm. 65, 7 qui exasperant non -entur in semet ipsis [Psalt. Cas. *ibid.*: sibi]. *al.*). Itala psalm. 36, 35 (Cypr. epist. 59, 3 p. 669, 7 *al.*) impium -tum et extolli super cedros Libani ([*ὑπερυψούμενον, Vulg. v. p. 363, 63*]. Greg. M. in Ezech. 1, 3, 11 p. 810B -tum et elevatum. *al.*). Itala Is. 3, 16 (Cypr. hab. virg. 13 p. 196, 17 *al.*) -tae (-altae *W*1) sunt ... filiae Sion ([*Vulg.* elevatae]. Cypr. hab. virg. 13 p. 197, 5 *virgines; opp.* ceciderunt [*inde* Comm. instr. 2, 19, 5]. *al.*). *al.* Clem. ad Cor. 39 p. 37, 10 -ari cordibus suis ([*ἐπαίρεσθαι*]. Ambr. hex. 6, 8, 51 -es te corde [*ad deut. 8, 14* elevetur]. *al.*). Siric. epist. 4 p. 1165B in superbiam -antur (Fvlg. Virg. cont. p. 100, 19 -tus quis in superbia [-am *DE*] duplum eliditur [*syn.* elatus, *opp.* deiectio]). Vvlg. I Macc. 8, 13. III Esdr. 9, 55 magnifice ... sunt -ti verbis *eqs.* (*ἐνεφυσιώθησαν*). Pelag. in I Tim. 3, 6 p. 485, 11 S. (-ultari *MN*; elatus *Tim. l. c.*). Avg. civ. 18, 32 p. 302, 7 D. eos qui se -ant, vindicando conlides. *al.* Romvl. fab. Aesop. ed. Thiele 46 epil. (*rec. v.*) litigantium ... qui ... apud se foventur -ti. Evstath. Bas. hex. 6, 10 p. 933B opibus aut divitiis *non* -emur (*antea*: elati; *gr. p. 141C ἐπαίρεσθαι*). Greg. M. moral. 4, 57 p. 668A -ari successibus exquirit *superbus. et al.*

b *aliquid (praecipue de rebus quales sunt animi, affectuum sim.;* '*membra*' *[sc. pro ipsis* '*hominibus*', '*deo*' *aut* '*potentia*' *eorum]: p. 1161, 10 sq.; opes: p. 1161, 3. malo sensu: l. 70. 82. p. 1161, 4* [*cf. p. 1159, 46*]): Itala deut. 8, 14 (Tert. adv. Marc. 4, 15 p. 466, 1 *al.*) *ne* bobus tuis multificatis et pecunia et auro -etur cor tuum ([*Vulg.* elevetur]. Itala deut. 17, 20 [Lugd.] a fratribus [*Vulg.* elevetur ... super fr.]. Itala Ezech. 28, 2 [Optat. 3, 3 p. 75, 18]; *Vulg.* elevatum. *al.* Optat. 3, 3 p. 76, 7. *al.* Vvlg. II par. 32, 26 psalm. 130, 1 prov. 18, 12. I Macc. 1, 4 [*syn.* elevatum]. *passim.* Greg. M. moral. 1, 52 p. 550D. *et al.*). Itala num. 14, 17 (Lugd.) -etur virtus tua ([*Vulg.* magnificetur. *v. p. 1159, 44*]. *cf.* Hier. Didym. spir. 51 p. 145B *Christus per patrem* salvat et -at et facit v.). Itala I reg. 2, 10 (Eucher. form. 9 p. 52, 16) -vit cornu ([*Vulg.* sublimabit]. Ambr. patr. 3, 13 [*ad* psalm. 148, 14 = Vvlg.] verbo dei -vit cornum populi sui. *al.* Vvlg. I par. 25, 5. psalm. 88, 18 c. nostrum. *al. v. et vol. IV 973, 44 sq. 50 sq.*). Itala I reg. 26, 24 (Lucif. Athan. 1, 15 p. 93, 30) -vit se anima tua ([*ἐμεγαλύνθη, Vulg.* magnificata est]. Itala psalm. 23, 4 [Aug. spec. 6 p. 30, 24] frustra; *gr. et Vulg. aliter. v. supra l. 68*]. Vvlg. psalm. 130, 2 -vi a. meam. *al.*). Cypr.

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

epist. 67, 8 p. 742, 11 christianam fidem ... perfidia *non* deprimit ad ruinam, sed magis excitat et -at ad gloriam. COMM. apol. 130. VVLG. II reg. 5, 12 regnum (*i.* '*potentiam*') *David* ... super populum ... Israel (*cf.* Iudith 1, 7 -tum est r. Nabuchodonosor [*seq.* elevatum; *v. p. 1160, 68*]). Iudith 16, 2 -ate et invocate nomen eius ([*sic* '*praedicando*': psalm. 33, 4 *al.*]. psalm. 148, 13. GREG. TVR. Franc. 5, 18 p. 210, 4 n. vestrum. *al.*). psalm. 3, 4 gloria mea et -ans caput meum, *domine* ([26, 6 super inimicos. 109, 7 in via bibet, propterea -bit c.; *i.* '*humilis erit, ... potentissimus*'. *al.*]. *cf. simil.*: psalm. 88, 14 -etur dextera tua [88, 43; *seq.* laetificasti. Mich. 5, 9 manus ... super hostes tuos *i.* '*superior erit quam h.*' *al.*; *aliter p. 1158, 59*]). Sirach 28, 12 iram (*i.* '*augebit*'. *gr. 28, 10 ἀνψώσει*). *saepe.* CONC.^{S} I 5 p. 249, 26 *caritatem* tua sanctitas vehementer -at (*gr. I 1, 6 p. 110, 18 ποιεῖται περὶ πολλοῦ, cf. ibid. p. 142, 35* plurimi facit. *v. p. 1159, 45*). VICT. VIT. 2, 80 *angeli* in unius fastigium ... *dei* gloriam ([exult- *BV*^{1}*WPR*]. *cf.* CASSIOD. var. 12, 1, 3 famam tui praeceptoris [*v. p. 1159, 44*]). VEREC. in cant. 2, 20 perversus ... inferiora sua -at, superiora vero deicit. *et saepe al.* (*cf. et l. 44*).

B *accedunt ad vim tollendi certae quaedam* ***notiones speciales:*** **1** *sensu* '*alti*' *quodam modo servato:* **a** *i. q. evehi* (*nave; sc. a terra quasi* '*in altum*'): ITALA Luc. 5, 3 (cod. e) desideravit ab eo, ut -retur a terra aliquantulum (*ἐπαναγαγεῖν, Vulg.* reducere). **b** *c. vi educandi, alendi:* *α proprie:* ITALA Is. 1, 2 (Tert. adv. Marc. 3, 6 p. 384, 24 *al.* = VVLG.) filios generavi (enutrivi *Vulg.*) et -vi ([ה֫רוֹמַמְתִּי *pi. v. p. 364, 51 sqq.*]. ZENO 2, 23 filios vocat ..., -tos ..., spretores *eqs.* [2, 24; *v. p. 1157, 59*]. GAVDENT. serm. 10 p. 914^{B} ab ... filiis, quos protexerat et -verat ... crucifixus. *al.*). VVLG. Ezech. 31, 4 (*cedrus excelsus altitudine*) aquae nutrierunt illum, abyssus -vit illum. ALC. AVIT. hom. 23 p. 141, 9 (*ad Marc. 4, 8* '*semen* dabat fr. ascendentem') fructūs -et tritici granum, ut suscitans a terra *eqs.* *β transl.* (*incorporal.*): LVCIF. Athan. 1, 39 p. 136, 17 idololatriam per Arrium invectam, per te (*Constanti*) vero -tam (*i.* '*enutritam et auctam*'). **c** *quasi sublevando tueri, salvare* (*seq.* ab *l. 35*): VVLG. psalm. 9, 15 qui -as me de portis mortis. 17, 49 ab insurgentibus in me -bis me. 26, 6 in petra ... me (60, 3 dum anxiaretur cor meum). **d** *resuscitando a mortuis:* AVG. epist. 140, 31 p. 182, 4 futurum erat, ut deus *Christum* -ret a mortuis (serm. 52, 4, 13 p. 359$^{a.\,med.}$ resuscitavit ... pater filium -ando eum et excitando a m.).

2 *i. q. excitare ortum dando:* CONC.^{S} I 5 p. 252, 4 discordiae in altum flammas -ans ([*gr. I 1, 6 p. 108, 2 εἰς ὕψος ἐγείρων τὴν φλόγα. cf. ibid. p. 143, 25* flammam accendat]. *huc trahas etiam:* PETR. CHRYS. serm. 116 p. 518^{C} si *vitia* ad mentem pervenerint ... inextinguibile gignitur et -atur incendium [*vix ad I A 3b, p. 1160, 66*]). *cf. praeterea l. 55.*

II *i. q.* ***profundius reddere*** (*de fodiendo; per imag. fort. et huc referendum* [*cf. gr.*] AVELL. *infra l. 54.* GLOSS. *v. p. 1157, 51*): COLVM. 3, 13, 4 qui *pastinationem* reformidant ... senum pedum latitudinis sulcos derigunt et -ant (-tantant *SA*) in tres pedes *eqs.* (3, 13, 9 paulatim sulcum -are et ... secundo vel tertio gradu pervenire ad destinatam pastinationis altitudinem). 4, 4, 2 ⌊-are fortius⌋ orbem (⌊ ⌋ ex latere *SAR*). ITALA Luc. 6, 48 (cod. e) homini aedificanti domum qui fodit et -vit et posuit fundamentum super petram (*ἐβάθυνεν, Vulg.* fodit in altum). *? in imag.:* AVELL. p. 184, 5 cur lumina ignorantium effodis -ando impetus impiorum *eqs.*? (*ἐπισκαλίζων. an ad I B 2, l. 40?*). *v. et p. 1157, 33.*

III *i. q.* ***exultare*** (*trans. [i.* '*celebrare*'; *v. p. 1159, 44]: l. 60; absol. [intrans.?, i. q.* '*iactare*']: *l. 64; mediopass. [i.* '*gaudere*']: *l. 62. ceterum v. p. 1157, 64*): ITALA psalm. 50, 16 (Clem. ad Cor. 18 p. 19, 20) -bit lingua mea iustitiam tuam (*ἀγαλλιάσεται, Vulg.* exultabit). RVFIN. Greg. Naz. orat. 2, 1, 1 p. 87, 4 Christus nascitur: gloriamini ... Chr. in terris: -amini (-ult- *A Ca. c.*, -ultate *Cp. c.*; *at gr. ὑψώθητε*). ENNOD. epist. 1, 5, 2 p. 9, 22 quotiens nos obnoxios sibi fecit lingua, quae apud alios -vit? (*aliter p. 1158, 30*).

syn., apposita, coniuncta: benedicere: *p. 1160, 41.* consurgere: *p. 1158, 81.* efferre: *p. 1159, 83. 1160, 58. 64.* elevare: *p. 1158, 80. 1159, 8. 35. 60. 1160, 51. 74* (*cf. et p. 364, 60*). erigere: *p. 1159, 71.* excitare: *l. 2. 39.* exsurgere: *p. 1158, 58. 80.* extollere: *p. 1159, 27. 53.* gloriari: *p. 1160, 46.* glorificare: *p. 1160, 37.* levare: *p. 1158, 44. 59.* nutrire: *supra l. 28.* sublevare: *p. 1158, 82.* sustollere: *p. 1158, 71.* *opp.:* conlidere: *p. 1160, 61.* deicere: *l. 18. p. 1159, 1. 60. 71.* demergere: *p. 1159, 30.* deponere: *p. 1159, 55.* humiliare: *p. 1159, 52 sqq.* mergere: *p. 1158, 71.*

acced.: *praep. et adv. local.* (*hic illic abundanter*): altius: RVFIN. Orig. in num. 17, 5 p. 164, 20 B. a. -entur hi, qui in *Christo* ... sunt. sublimius, in sublime: *p. 1159, 14. 77.* ITALA Ier. 31, 37 (Hier. in Ier. 6, 28, 4 p. 409, 5); *Vulg. aliter* (*cf. ibid. p. 408, 8* elevatum). super: *l. 8. 10. p. 1158, 41. 61. 1159, 19. 26. 31. 68. 1160, 11. 34. 36. al.* ITALA Is. 2, 2 (Cypr. testim. 2, 18 p. 84, 20); *Vulg.* elevabitur. VVLG. psalm. 107, 6 Is. 14, 13 *al.* supra: RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 43 p. 583^{B}. *abl.* (*causae, instr.*): corde: *p. 1160, 54.* dextera: *p. 1160, 32 sq.* divitiis: *p. 1159, 62. 1160, 63* (opibus: *p. 1160, 63*; pecunia: *p. 1160, 70*). successibus: *p. 1160, 65.* verbis: *p. 1160, 59.* per superbiam (in s.): *p. 1159, 82. 1160, 56 al.*

deriv.: exaltatio, exaltator.

compos.: superexaltare.

exalūmināt̆us, -a, -um. [*ab* ex alumine *ortum videtur. W.*] *i. q. ad colorem aluminis accedens:* PLIN. nat. 9, 113 *unionibus* summa laus coloris est -os (*R*, -us *rell.*) vocari.

exămārico, (-āvī), -ātum, -āre. *ab* ex *et* amarico. **1** *absol. quasi intr.: i. q. rebellem esse, repugnare, obsistere* (*gr. παραπικραίνω, cf.* amarico, exacerbo *sim.*): PSALT. Cas. 77, 8 generatio declinans et -ans (exmar- *trad.*) generatio (*Vulg.* exasperans). 105, 7 *patres nostri* -verunt adscendentes in mari rubro (*Vulg.* irritaverunt). **2** *transit.: i. q. exasperare, amariorem reddere* (*cf. l. 13. 16*): **a** *alqm.:* Ps. ORIG. in Iob 3 p. 455^{B} qui in doloribus et in tormentis ... fuerint, ipsis doloribus -ti atque exaggerati, amariores et noxiores ... efficiuntur. **b** *alqd.:* ORIG. in Matth. 18, 114 p. 1764$^{a.\,extr.}$ Petrus egressus atrium ... ad ianuam ... plorat ex amaritudine peccati -ans in paenitentia fletum suum.

? examat NOT. Tir. 36, 23 (*in ras.* exa///amat); *post* amat, adamat.

exămbio, (-īvī), -ītum, -īre. *ab* ex *et* ambire. *imperf.* -ibant: PANEG. *infra l. 38.* *[l. v.:* amb-: *infra l. 28. 44.]* *i. q. circumire quaerentem, flagitantem, temptantem:* **1** *proprie* (*pendet* ad): CYPR. epist. 20, 2 p. 528, 2 eos qui ... manus suas ... maculassent vel ... conscientiam polluissent, -ire ad martyras passim.

2 *transl.: quasi ambiendo exorare, supplicare sim.* (*c. nota peiorativa [sc.* '*adulando*', '*captando*']: *infra l. 28. 34. 38. 44* [*cf. syn.* extortum, captabant]. *acced. abl. instr.: infra l. 32. 39. 47; cf. l. 48. syn.* expetendi *infra l. 41* [*cf. et l. 33*]): **a** *c. acc.:* *α rei* (*audacius* 'regiam' *i.* '*aulicos*' *captare: infra l. 34*): CYPR. epist. 55, 9 p. 630, 11 episcopatum non -tum (amb- *Q*) nec extortum, sed de dei ... voluntate susceptum. SYMM. epist. 6, 53 (54) adventus vestri petitione, quam frequenter -o. 7, 49 suffragium tui favoris. 9, 25, 2 -rem super his (*sc. confirmatione equorum tractoriis praestanda al.*) nimio precatu gratiam tuam, sed apud *te* ... simplicitas efficacior est *eqs.* (*seq.* quod cum fiducia postulatur). AMM. 26, 7, 6 Araxius -ta regia praetorio praefectus accessit (*v. supra l. 27*). *β personae: i. q. supplicantem, captantem sim. adire et rogare* (*cf. et infra l. 46*): PANEG. 3, 19, 4 uti quisquam ... imperatori acceptissimus videbatur, eum ... captabant. nec viros quidem (-dam *Baehr.*), sed mulierculas -ibant; nec feminas tantum, sed spadones *eqs.* IVL. VAL. 1, 31 vs. 24 honore[m] divum, summo cultu -ent astris receptum *Alexandrum* (*cf. infra l. 46*). SYMM. epist. 2, 90 (89) nunc supra vota processit, quod me expetendi plane et -endi viri familiaritate decorasti.

b *c. additam.:* *α pro obi. est acc. c. inf.:* CYPR. epist. 67, 5 p. 739, 22 collegam nostrum ... fefellit, ut -ret (et amb- *C*) reponi se iniuste in episcopatum, de quo fuerat ... depositus. *β pendet* ut *fin.:* ARNOB. nat. 3, 24 p. 128, 15 numquid ... rex poli libamine aliquo -itur aut hostia, ut omnia ... commoda ... *mortalibus* largiatur? 7, 15 p. 249, 16 non -iri *deos,* ut prosint, ⌊non⌋ praemiis ut noceant proritari (⌊ ⌋ *post* pr. *transpos. Reiffersch.*).

exămbulo, (-āvī), -āre. *ab* ex *et* ambulo. NOT. Tir. 90, 36 (*inter alia compos.* '*ambulandi*') -at. *i. q. ambulare:* DIOSC. 2, 47 *amurcam* quisquis biberit -are debet (*gr. 2, 70, 4 περιπατείτωσαν*). *K.-M.*

exāmen, -inis *n.* *ab* exigere (*v. infra l. 77 et p. 1164, 17*). *scribitur:* exag-: VERG. ecl. 9, 30 *M*^{1}. georg. 4, 30 *M*. EPIST. pontif. Löwenfeld 650 p. 5. exac-: VERG. georg. 2, 452 *M*^{1} (*item* 4, 103). exagimine: EPIST. pontif. Löwenfeld 691 p. 9. exsa-: CIL III 459, 4 (*contra praeceptum* CASSIOD. gramm. VII 204, 24 [*ex Caesellio*]). NOT. Tir. 45, 49 -n. GRAMM. suppl. p. 42, 21 (*ut* 'nomen' *declinandum*). *de notione:* PAVL. FEST. p. 80 -n est et aequamentum et iudicii investigatio et apium congregatio vel locustarum. SYNON. Cic. Char. gramm. p. 435, 5 B. iudicium. voluntas. placitum. -n. tractatus. perpensio. *v. et p. 1164, 18 sqq. 44.* GLOSS.^{L} II Abav. EX 6 -n iudicium (*v. II B*) vel apium congregatio (*v. I A*). *ad I A:* GLOSS.^{L} I Ansil. EX 55 -n multitudo apum (*V*, kaput *rell.*, *i.* [k]apum). II Philox. EX 14 *σήκωμα.* GLOSS. *ἑσμός. σμηνίον. αὐτὰ τὰ μελίσσια. ad II A:* GLOSS. *ῥοπή. ζυγὸς ἐν ᾧ σταθμίζομεν. ad II B:* GLOSS.^{L} I Ansil. EX 56 probatio vel disceptatio cuiuslibet rei. III Abstr. EX 88 iudicium, discussio. Corp. E 490 exemplum, expositio. II Philox. EX 13 *ἐξέτασις, ἀκρόασις, δικαστήρ⟨ι⟩ον.* GLOSS. *κρίσις. κριτήριον. δικαστήριον. cf. p. 1165, 53.* [*it.* sciame, *francog.* essaim, *hisp.* enjambre. *M.-L.*] *legitur inde ab* ENNIO, PLAVTO, VARRONE, CIC. (*not. I*), *inde a* VERG. (*not. II*). [*ex corr.:* PLAVT. Truc. 534 *v. p. 1163, 54.* MANIL. 4, 549 *v. p. 1164, 46.* *coni. in vs. minus perspicuo, vix prob.:* AVIEN. carm. ad Flav. 17. *corrupt.* PLIN. VAL. 1, 25; *v. p. 1167, 67.*]

I (*ab* exigere: *i.* '*expellere*', *eicere v. l. 79*) *i. q.* ***agmen, congregatio:*** **A** *proprie de apibus:* **1** *stricto sensu: de apium subole ex alveario expulsa atque egressa:* VARRO rust. 3, 16, 23 -n ubi volunt considere (CIC. div. 1, 73 LIV. 21, 46, 2. 27, 23, 2 -n ... ingens in foro consedisse [OBSEQ. 35]. IVV. 13, 68 longa consederit uva culmine delubri [*cf.* TAC. ann. 12, 64 fastigio Capitolii ... insedit]. *al.*). 3, 16, 29 cum -n exiturum est, quod fieri solet cum adnatae prospere sunt multae (*cf.* PLIN. nat. 11, 35

[Junod]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

educto -e. 11, 54 migraturo -e. 21, 71 evolantium *apum* -a [GAIVS dig. 41, 1, 5, 4 ex alveo nostro]. PALLAD. 1, 38, 2 ne omne ianuas suas egrediatur -n [7, 7, 4]). CIC. har. resp. 25 si -n apium ludis in scaenam caveamve venisset. *ibid.* VERG. georg. 4, 21 cum prima novi ducent -a reges (*cf. in imag.* HOR. epist. 1, 19, 23 qui sibi fidet, dux reget -n). 4, 103. 139. Aen. 7, 67 pedibus per mutua nexis -n subitum ramo frondente pependit (*cf.* SEN. Oed. 602 -n arto nectitur densum globo). LIV. 24, 10, 11. VAL. MAX. 1, 6, 12 -bus apum signa obscurando (FLOR. epit. 2, 6, 14 insidentia signis -a [4, 7, 7. *cf. p. 1162, 83*]. *al.*). COLVM. 9, 3, 4 vere cum se nova profundent -a. 9, 9, 7 an totum -n in speciem unius uvae (*cf. p. 1162, 82*) dependeat. 9, 9, 8 *si* compluribus velut uberibus diductum fuerit -n. *al.* PLIN. nat. 11, 53 totum -n circa . . . *regem* globatur. 11, 74. *al.* PS. QVINT. decl. 13, 16 p. 262, 4 suspensumque proximis ramis -n humanas manus expectat (*cf. l. 7*). *al.* PALLAD. 7, 7, 9. *et al.*

2 *latiore sensu: de apibus una in alveario viventibus, fere i. q. apes, alveare:* VARRO rust. 3, 16, 20 sanitatis signa, si sunt *apes* frequentes in -e. CIC. Cato 54 res rusticae laetae . . . tum pecudum pastu, apium -bus, florum omnium varietate. off. 1, 157 apium -a non fingendorum favorum causa congregantur. VERG. ecl. 7, 13. 9, 30. georg. 2, 452 apes -a condunt corticibusque cavis vitiosaeque ilicis alveo. OV. rem. 185 suppositos fugiunt -a fumos (*cf.* LIV. 4, 33, 4 fumone victi . . . velut -n apium). fast. 1, 379. 3, 747. COLVM. 9, 2, 4 utrum -a . . . concubitu subolem procreent. 9, 3, 3 nec ullum -n hanc aetatem (*sc. decimum annum*) potest excedere. 9, 4, 7 nunc de ipsis receptaculis et domiciliis -um loquar. 9, 7, 2 subinde curantur -a (*cf.* 9, 14, 2 firmabuntur). 9, 8, 5 segniora . . . -a. 9, 8, 8 si commeant *apes* frequentes, spem quoque aucupandi -a maiorem faciunt (*cf.* 9, 8, 14 capiendi). 9, 8, 9 persequens iter volantium *apium* ad sedem perduceris -is (*cf.* 9, 8, 10 ad latebram). 9, 13, 9 frequentissimorum -um favi (SOL. 22, 4 -a favos deserent). *passim.* CALP. ecl. 4, 151 solent -a lambere nectar. PLIN. nat. 11, 46 rex in quoque appelletur -e. 21, 148 *al.* SIL. 2, 218 sparsa super flores -a. LEX Manc. (Bruns fontes[7] 114) 2, 6 si quis alveos, -a, apes . . . transtulerit. *al.* PALLAD. 1, 38, 1 *plena esse alvearia* frequentia monstrat commeantis ac remeantis -is. 4, 15, 2 *al.* VVLG. iud. 14, 8. *et al.*

B *per similitudinem et translate de conglobatione, multitudine quasi constipata sim.:* **1** *de animantibus:* **a** *tam de bestiolis apium quodam modo similibus quam de quibuslibet animalibus (comparat. v. infra l. 46):* PLAVT. frg. inc. 31 glirium -a. LIV. 35, 9, 4 -n vesparum ingens in forum advolasse et in Martis aede consedisse (*cf.* COLVM. 1, 5, 6 infestis aculeis armata . . . animalia, quae in nos densissimis -bus involant). 38, 46, 5 avium -a (*cf.* PLIN. nat. 10, 77 graculorum, monedularum). 42, 10, 7 *locustarum* (*al.*). MELA 3, 82 *serpentes* in magno -e Aegyptum *tendunt.* PLIN. nat. 8, 30 muscarum. 9, 111 sicut apibus, ita concharum -bus . . . esse veluti duces. 31, 2 piscium -a (SYMM. epist. 1, 14, 4 amnicorum p. *cf.* AVSON. Mos. 76 -a lubrica pisces. 244). EPIST. Alex. p. 206, 9 K. *elephantorum.* LACT. mort. pers. 33, 9 *vermiculorum.* AMM. 18, 7, 5 culicum . . . -hus per eas terras referta sunt omnia.

b *de hominibus (deis infra l. 65): i. q. globus, turba, multitudo sim.; proles (de re personata infra l. 64; de animis, umbris infra l. 60):* PLAVT. Truc. 534 paenitetne te quot ancillas alam, quin -n (*Haupt*; etiam men *trad.*) super adducas quae mihi comedint cibum? CIC. har. resp. 25 (*nota ibid. bis*: apium -n; *v. supra l. 3*) repente -a tanta servorum immissa in populum Romanum (*cf.* HOR. epod. 2, 65). HOR. carm. 1, 35, 31 iuvenum recens -n Eois timendum partibus (*cf.* SCHOL. *ad l.* habito ab Augusto dilectu novus fuerat collectus exercitus, quem bene '-n' vocavit). SIL. 4, 159 sociata -a densent infandi Senones. STAT. Theb. 1, 95 animarum -e (*cf.* 11, 82 innumero Lethaea -e gaudet ripa. silv. 5, 3, 284 pii manes Graiumque -a vatum). 3, 196 longo -e (*i. fere 'pompa'. cf. p. 1164, 4*) matres invidiam planxere deis (CLAVD. 3, 38 insomnes longo veniunt -e Curae). 11, 39 denso fugientum -e. 12, 472. PLIN. paneg. 26, 1. MIN. FEL. 21, 4 Saturnum . . . principem huius generis et -is *deorum* (*cf.* TERT. adv. Marc. 1, 5 p. 296, 15 usque ad triginta Aeonum fetus . . . -n divinitatis effudit [PRVD. ham. 97 in populos dispersa -a divum fundere. *v. supra l. 51*]). TERT. apol. 40, 7 nondum Iudaeorum ab Aegypto -n Palaestina susceperat (*cf.* LACT. inst. 4, 10, 14). anim. 23 p. 336, 14 -n Valentini (*i. haeretici V. sectae.* adv. Val. 32 p. 207, 17 spiritale -n V. *cf. sim. de haereticis:* adv. Marc. 4, 5 p. 431, 3 Marcionis -e. PACIAN. epist. 1, 1 p. 3, 4. PROSP. carm. de ingrat. 59). 30 p. 349, 25 *v. p. 826, 12 sqq. al.* TER. MAVR. 1290. PANEG. 2, 32, 3 Scythicae nationes tantis -bus confluebant ut *eqs.* 8, 8, 4 cum coniugibus ac liberis ceteroque -e necessitudinum. PACIAN. epist. 3, 25 p. 94, 18 nostrae plebis -a (*syn.* catholicos greges. PAVL. NOL. epist. 13, 11 p. 93, 2). AVIEN. orb. terr. 304 populorum (315. 393. HIER. in Gal. 3 p. 354[C] *al.*). AMM. 16, 12, 11 hostium. 18, 4, 5 castratorum puerorum. 20, 7, 15 captivorum (*cf.* ENNOD. opusc. 3, 176 p. 377, 1 captum). HIER. epist. 58, 3, 4 -a monachorum (in Is. 19, 24—25 p. 188[B] *al.* VEN. FORT. vita Patern. 10, 32 *v. vol. VI 1, 1549, 60 sqq.* INSCR. christ. Rossi II p. 294, 4, 9). PRVD. perist. 2, 180 catervae pauperum, inculta visu -a. AVG. c. Faust. 13, 2 p. 379, 23 fidelium. MART. CAP. 4, 335 Romulae vocis (*i. Romanorum*) -a. *et al.*

2 *de rebus:* **a** *de variis naturae rebus:* LVCR. 5, 1364 arboribus . . . bacae glandesque caducae tempestiva dabant pullorum -a supter (*cf. de copia florum:* STAT. silv. 5, 1, 210 omne illic stipatum -e longo [*cf. p. 1163, 62*] ver Arabum Cilicumque fluit). AETNA 372 ventorum. 469 atra . . . -a arenae. 505; *v. p. 484, 34.* CHALC. carm. frg. 18, 10 M. (= comm. 72 p. 140, 20 *ex Alex. [Miles.], immo Aetol. aut Ephes.*) plectricanae citharae septem discriminibus quos (*sc. globos planetarum*) adsimulans genitor concordi -e iunxit (*gr. ἑπτατόνοιο λύρης φθόγγοισι συνῳδὸν ἁρμονίην προχέουσι διαστάσει*).

b *de rebus incorporeis (praeter l. 16 de malis, vitiis):* PLAVT. Truc. 314 -n mali (ARNOB. nat. 2, 7 p. 52, 20 malorum tanta . . . -a). ENN. scaen. 66 exitium (*i. '-orum'*) -n. PROP. 2, 32, 41 in tanto stuprorum -e. ARNOB. nat. 1, 1 p. 3, 17 maerorum mortalium. 6, 24 p. 235, 20 -a maleficiorum nova. CHALC. carm. frg. 13 M. (= comm. 76 p. 143, 20; *ex Emped. frg. 121 D.*) rabies, furiarum -a mille (*Κότος τε καὶ ἄλλων ἔθνεα Κηρῶν*). AMM. 21, 5, 4 per aetatum -a.

II (*ab* exigere: *i. 'examinare'*) *spectatur* ***libra:*** **A** *respicitur aut actus librandi, ponderandi aut aequilibrii ratio:* -n *i. q. aut lingula librae (vel filum, cf. def. l. 21 sqq.) seu libra ipsa aut actio librandi vel aequilibrium:* **1** *proprie (de signo in locutione quasi abundanti l. 38. def., cf. l. 19:* PORPH. Hor. epist. 2, 1, 72 -e vel agina, quae pars trutinae est. SERV. Aen. 12, 725 -n proprie est filum quo trutina regitur. SCHOL. Pers. 1, 6 -n est lingua vel linum, quod mediam hastam ad aequanda pondera tenet. ISID. orig. 16, 25, 5 -n est filum medium quo trutinae statera regitur et lances aequantur): VERG. Aen. 12, 725 Iuppiter ipse duas aequato -e lances sustinet (*cf.* SVET. Vesp. 25 stateram . . . positam -e aequo, cum in altera lance . . ., in altera *eqs. sim.:* PLIN. nat. 17, 184 dividi . . . *oportet* putatione pollices *vitis* in aequali -e undique [*sc. ut fructus futuri in aequilibrio sint*], ne praegravet fructus parte aliqua). MANIL. 2, 921 culmina (*caeli*) . . . insurgunt occasus inter et ortus suspenduntque suo libratum -e mundum ([*cf. Cic. Tusc. 5, 69* terra . . . quibus librata ponderibus; *Wageningen ad l.: 'in medio caelo quasi aequilibrium est mundi'*]. AMBR. Hel. 13, 48 *pincernae* mensuras ipsas bonas supereffluentes diligenti librant -e ne quid effundant. *v. et infra l. 51. cf.* COD. Theod. 12, 7, 1 aurum . . . aequa lance et libramentis paribus suscipiatur, . . . nec *digiti* pondera deprimant nullo -is libramento servato ⟨sed⟩ *eqs.*). MANIL. 3, 305 iustae . . . -a Librae (*v. supra l. 20.* 4, 216). VITR. 10, 3, 7 quemadmodum in statera pondus cum -e progreditur ad fines ponderationum. PERS. 5, 101 *v. p. 396, 30.* SYMM. rel. 13, 2 mille sescentas auri libras . . . urbanis ponderibus conferendas, id est trutinae largioris -e (COD. Theod. 14, 4, 4, 2 pondus . . . porcorum trutinae -e, non oculorum libertate quaeratur).

b *de ipsis affectibus et rebus ad animum, mentem pertinentibus* (*additur unde: per* ex: *infra l. 32. 38. 44.* ab: *infra l. 50.* de: *infra l. 57. quo: per* in *c. acc.: infra l. 44. 45. 50. in quem: per* in *c. acc. infra l. 33. al.* adversus: *infra l. 47. 61.* erga: *infra l. 39. acced. abl.: infra l. 49. 52. al.*): Cic. Sull. 75 ex multis ... hominum vitiis repente ista tanta inportunitas inauditi sceleris -sit. Tusc. 2, 58 ira -it, libido concitatur (Sen. dial. 3, 2, 3 in quos ira viritim -sit. Apvl. Plat. 1, 15 *v. p. 1180, 21.* Itala deut. 29, 20 [Lugd.] -et ira domini et zelus ... in homine illo [ἐκκαυθήσεται, *Vulg.* fumet]. Vvlg. psalm. 2, 13. *et al. cf.* Tac. hist. 1, 58 -serat in eum iracundia exercitus). Cic. div. 1, 66 *praesagitio*, si -sit acrius, furor appellatur. Lael. 29 admirabilis quaedam ... benivolentiae magnitudo (*cf.* 100 ex quo -it sive amor sive amicitia [Rvfin. Orig. in cant. prol. p. 67, 25 B. spiritalis amor animae ... erga aliquos spiritus nequitiae]). 76 intolerabilis iniuria. ad Q. fr. 2, 3, 2 dolor (Verg. Aen. 5, 172 -sit iuveni dolor ossibus ingens. 8, 219). Verg. Aen. 11, 376 talibus -sit dictis violentia Turni (Homer. 58). Liv. 3, 35, 2 ambitio (35, 10, 1). 10, 23, 5 brevis altercatio inde ex iracundia muliebri in contentionem animorum -sit (*cf.* Tac. hist. 1, 64 rixae ... prope in proelium). 32, 22, 4 in quem *diem* adeo -sere studia, ut *eqs.* (Tac. ann. 14, 21 ne modica quidem studia plebis -sere). Val. Max. 9, 7, 4 creditorum ... consternatio adversus Semproni Asellionis ... caput. Sen. epist. 18, 15. Plin. nat. 33, 18 indignatio (*B*, -one *rell., vg.*). 33, 48 -sit rabie ... non iam avaritia, sed fames auri. 37, 2 a quibus initiis in tantum admiratio haec -serit. Plin. paneg. 84, 2 *aemulatio* nascitur ex coniunctione, alitur aequalitate, -it (*edd.*, et ard- *trad.*) invidiā. Tryph. dig. 26, 3, 8 inimicitiae cum patre. Apvl. Plat. 2, 15 cupidines ... non solum iustis desideriis. Min. Fel. 9, 6 *v. p. 9, 23.* Hil. myst. 1, 28 p. 22, 28 odium et metus regis ... in eundem (eodem *cod.*) nobis hominem (Avien. Arat. 349 in populos ... virginis ... odia [*cf. gr. Arat. 133* μισήσασα ... γένος ἀνδρῶν]). Filastr. 27, 2 de gente Cananeorum ...-sit impietas. Amm. 16, 5, 16 barbarica rabies ... ⟨...⟩ maius ([⟨in⟩ maius *BG*, ⟨rursus in⟩ m. *Her.*]. Coripp. Ioh. 1, 28). 28, 4, 5. Ambr. Ioseph 2, 5 p. 75, 8 inter Iacob sancti filios -sit invidia ([*antea*: oriuntur ... iurgia]. *cf.* Hier. quaest. hebr. in gen. p. 1, 16 adversus doctissimos ... livor). Cassiod. Ios. antiq. 15, 9 p. 443 (*gr. 15, 240* ἐξήφθη). *et al.*

c *de malis, bello, certamine* (*fere c. vi* '*oriundi*'. *additur* ex: *l. 68*): Cic. Lig. 3 bellum subito -sit (*al., v. vol. II 1833, 21. cf.* Vell. 2, 1, 3 Numantinum [*sc. bellum*] gravius -sit. Heges. 1, 14, 1 p. 21, 26 *Pompeius*, cui recepti Mitridatis ultio gravis bellique in socerum transferendi propositum -sisset [-sit *l. v.*]). Liv. 27, 2, 8 novum atque atrox proelium ex iam segni repente -sit (Porph. Hor. carm. 2, 12, 6 Amm. 20, 7, 14). Liv. perioch. 59 acrius seditiones triumvirales (Tac. hist. 2, 27. 4, 46. *cf.* Amm. 21, 12, 2 *de seditione Aquileiae*: ad id quod -serat ... corrigendum). Lvcan. 4, 582 non segnior illo Marte fuit, qui tum Libycis -sit in arvis. Tac. hist. 2, 38 inter patres plebemque certamina. Flor. epit. 1, 25, 1 tumultus in monte Ianiculo (Rvfin. hist. 4, 2, 1 Iudaeorum tumultus [*gr.* ἐπαναστᾶσα]). Amm. 26, 5, 15 turbines (-is *trad.*) ... maestissimi. Ioh. Bicl. chron. II p. 213, 16 (*a. 573?*) mortalitas inguinalis plagae.

2 *significationes singulares*: **a** *de pretio fere i. q. crescere, augeri* (*cf. p. 1200, 4*): Svet. Tib. 34, 1 Corinthiorum vasorum pretia in immensum -sisse. **b** *de risu fere i. q. erumpere*: Apvl. met. 3, 10 cohibitus risus libere iam -sit in plebem. *huc fort. ref.*: Mar. Victor aleth. 3, 427 rursum -sit repetitus clamor in iras (*ex Verg., v. p. 1180, 82*). **c** *i. q. evadere, fieri* (*acced.* ex *et additam. praedicativo*): Oros. hist. 7, 4, 7 p. 441, 20 ex mansuetissimo principe saevissima bestia -sit.

II *versa vice i. q. ardorem amittere, ardere cessare* (*cf.* intepuit *iuxta posit. l. 3*): Arnob. nat. 1, 2 p. 4, 16 numquid ... sol ..., cuius omnia ... animantur calore, -sit, intepuit atque in contrarios habitus moderaminis soliti temperamenta corrupit? (aut *post* -sit *Heumanno auctore Reifferscheid*).

exārēfīo, -fierī. [*lect. var.* Plin. nat. 26, 103, *v. vol. II 501, 23.*]. *i. q. arefieri* (*syn. l. 8*): Incant. mag. p. 559, 34 Heim quemadmodum ista (*rana rubeta*) arefiet, sic huius pueri rami (*intellege* '*ramices*') -ant.

exarēno, *v.* exhar-. *Burckhardt.*

Prisc. gramm. II 438, 16 areo, **exāreo.**

✱**exārēsco,** -uī, -ere. *ab* ex *et* arescere. *scribitur* exha-: Amm. 28, 1, 39 (*V*). Not. Tir. 76, 65 -it. Gloss. siccavit. ἀποξηραίνω. *legitur inde a* Plavto, Varrone, Rhet. Her., Cic. [*l. v., recta, ut vid.*: Vlp. dig. 43, 13, 1, 1 *v. infra l. 58. vix prob.*: Colvm. 3, 12, 3 -ere *vulg.*, exrarescere *Sang. falso*: Tert. nat. 2, 7 p. 107, 4.]

fere i. q. arefieri, exsiccari (*pendet* usque *c. acc. infra l. 72*): **A** *proprie*: **1** *in universum*: **a** *de umoribus animantium vel rerum naturae propriis: -unt: α umores corporis* (*de animanti ipso infra l. 23 [in iocosa imag.], infra l. 28 fere i. q. emacrescere; de exsiccatis corporis partibus infra l. 30 sqq. sim. de stercore infra l. 29*): Plavt. Mil. 641 et ego amoris aliquantum habeo umorisque etiam in corpore, neque dum -ui ex (*v. p. 1093, 20*) amoenis rebus et voluptariis. Cic. part. 57 cito ... -it lacrima, praesertim in alienis malis ([Amm. 28, 1, 39]. Cic. Att. 10, 14, 1). Sen. contr. 2, 5, 6 cruor (Amm. 23, 5, 19 *hostium* in gladiis nondum nostrae propinquitatis -uit cruor). Prob. Verg. georg. 3, 129 p. 384, 12 *equae* ieiunio -uerint et labore. Chiron 425 p. 131, 23 -unt in eo (*i. iumento*) stercora fervoris beneficio et adsiccatur in eis omnis [h]umor. *de corporis partibus* (*v. supra l. 21*): Cic. rep. 1, 66 (*in imag.*) cum ... inexplebiles populi fauces -uerunt libertatis siti (Vitae patr. 5, 4, 10 -uerunt fauces meae; *gr. Cot. p. 388* ἐξηράνθη ὁ φάρυξ μου). Hier. in Is. 41, 17 (*sec. LXX*) p. 416^{D} lingua eorum ⌊prae siti -uit⌋ (ἀπὸ τῆς δίψης ἐξηράνθη, *Vulg.* siti aruit).

β suci herbarum, arborum, frumenti sim. (*tam de herbis sim. emorientibus quam de fructibus in messem arefactis*): Varro ling. 5, 102 virgultum ... a viridi, id a vi quadam umoris, quae si -uit, moritur. rust. 1, 32, 1 frumentum dicunt quindecim diebus ...-ere. 1, 40, 4 *surculos* celeriter antequam sucus -at, in terram demittunt (*cf.* 1, 41, 2 ne prius -at surculus). Colvm. 2, 10, 12 *faba* in area. 3, 19, 2 ne semina -ant. 4, 32, 3 *harundo* situ. 11, 2, 61 uvae ... ventis aut caloribus. 11, 3, 49 ad usum vasorum ... idoneae ... cucurbitae, cum -uerint (Avg. epist. 102, 35 p. 574, 19 vermis ... matutinus, quo rodente cucurbita -uit *eqs.*). *al.* Svet. Galba 1 silva ... radicitus. Ivl. dig. 8, 5, 18 si prata arboresve -uisse⟨n⟩t (*cf.* Comm. instr. 2, 14, 11 arbor *maledicta*. Veg. mulom. 2, 119, 4 radicibus ... praecisis [*Chiron 409* arescit]. Boeth. cons. 3, 11, 18 W. herbas atque a. ...-ere atque interire). *al.* Pallad. 6, 1, 2 fena. Symm. rel. 3, 16 p. 283, 9 nec rubigo segetibus obfuit *eqs.*: sacrilegio annus -uit. *in imag.*: Rhet. Her. 4, 34, 45 rei p. rationes, quae malitia nocentium -uerunt, virtute optimatium revirdescent. Cic. Brut. 16 exustus ... flos siti veteris ubertatis -uit.

γ latices naturales: Cic. Pis. 82 si ... amnes -uissent (div. 1, 38 evanuisse et -uisse). Caes. civ. 3, 49, 4 fontes ([*interpol.?, antea*: puteos]. Hirt. Gall. 8, 43, 5 *al.*). Fest. p. 352 *fluvius* siccitatibus -it. Plin. nat. 20, 198 cum ros ...-uerit (*in imag.*: Ps. Avg. serm. 36, 4 p. 1817$^{a.\,med.}$ ros fidei -uit in pectoribus Iudaeorum). Plin. paneg. 16, 5 flumina (Vlp. dig. 43, 12, 1, 12. 43, 13, 1, 1 ne derivationibus minus concessis flumina -ant [*dett., prob. Mommsen*; excrescant *FXaC*]). Call. dig. 41, 1, 12 pr. lacus et stagna licet interdum crescant, interdum -ant. *al.* Gell. 16, 11, 5 flatu aquam ...-uisse.

b *de rebus variis (quasi extrinsecus) umore sive aspersis, madefactis sive repletis, imbutis: arefiunt: α vestimenta, lana*: Plavt. Rud. 578 -ent *vestimenta uvida* faxo. Cels. 6, 6, 1^{K} lana mollis ... quae id (*sc. medicamentum*) excipiat superque oculos *imposita* ... pituitam coercet, et non -it, et glutinari oculum non patitur. *β terra, solum terrenum, argilla sim.*: Pavl. Fest. p. 11 area proprie dicitur locus vacuus, quasi -uerit et non possit quicquam generare. Sen. nat. 4, 2, 28 nisi aliquid (*sc. umidi*) terra acciperet, -uisset (*ibid.* 29). Colvm. 1, 6, 13 *solum terrenum madefactum.* 12, 46, 5 argilla. Plin. paneg. 30, 2 *Aegyptus* inopina siccitate usque iniuriam sterilitatis -uit. *in imag.*: Itala psalm. 21, 16 (Cypr. testim. 2, 13 p. 78, 15; Aug. in psalm. 21, 1, 16 p. 169; Psalt. Rom.) -uit velut testa (testum *Cypr.*) virtus mea ([ἐξηράνθη ὡς ὄστρακον, *Vulg.* aruit tamquam *eqs.*]. *cf.* Avg. *l. l.* -uit passione virtus mea, non velut fenum, sed velut testa quae fit igne firmior [*falsa explic., spectat enim ad* '*inopiam, inutilitatem*']).

2 *significantius*: **a** *i. q. ustione deleri*: Sen. nat. 3 pr. 5 conflagratio, qua magna pars animantium -uit (*opp.* inundatio). **b** *i. q. irritum fieri* (*sc. exsiccando*): Itala Ezech. 37, 11 (Tert. resurr. 29 p. 67, 10) -uerunt ossa nostra (ξηρὰ γέγονεν, *Vulg.* aruerunt). Vvlg. III reg. 13, 4 -uit manus eius, quam extenderat (*rex*).

B *translate: fere i. q. evanescere, interire*: Cic. Brut. 82 *Ser. Galbae* exiliores orationes sunt et redolentes ... antiquitatem

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

..., itaque -uerunt, vix iam ut appareant. Tusc. 3, 75 quae *opinio* tum denique non appellatur recens, cum vetustate -uit. epist. 7, 31, 2 -uisse iam veterem urbanitatem. 9, 18, 3 facultas orationis. APVL. met. 4, 26 miseratio. AMM. 22, 16, 17 nondum ... apud *Alexandrinos* ... penitus -uit musica.

VEREC. in cant. 7, 15 Asa ... **exarguentem** (*i. vituperantem*) se prophetam vinculo pedibus alligavit *eqs.*

exāridus, -a, -um. [*ab* exaresco, *cf. c.* aridus. *W.*] *fere i. q. valde arefactus: transl.*: TERT. resurr. 30 p. 67, 25 *v. p. 524, 80.* PS. CYPR. singul. cler. 39 p. 215, 3 castitas sola ... *est* armatura virium et ⌊**exarmātio** fluxurarum⌋ (⌊ ⌋ *C*, exarmatura fluxorum *v*]. *fere i. q.* '*debilitatio*').

✖**exarmo,** -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* armare. *legitur inde a* SEN. rhet. [*ex coni.*: TERT. idol. 19 *v. l. 34. l. v.*: exanim-: *l. 29.* -orn-: TERT. cult. fem. 2, 9 (*BC*, -arm- *recte A; v. l. 77.*)]

i. q. arma detrahere, armis spoliare (*acced. abl. separ.: infra l. 23. 40. 59. 67. 75. p. 1184, 13*): **A** *proprie* (*acced. not. transl. e. g. infra l. 26 sqq. 39*): **1** *homines* (*de regione infra l. 37. cf. et infra l. 71*): **a** *usu stricto: i. q. armis exuere* (*sim.* '*bellatoribus*' *infra l. 31*): SEN. Phoen. 482 dum frater -atur, armatus mane (SERV. Aen. 2, 668). LVCAN. 5, 356 dextras (*militum male contentorum*) -are datur. 8, 387 Medos proelia prima -ant vacuaque iubent remeare pharetra (*cf.* FRONTIN. strat. 2, 3, 20 *spiculis* -ti Macedones. CLAVD. 15, 437 -tus erit, cum missile torserit, hostis). PETRON. 105, 7 iam Giton mirabili forma -verat nautas ([*cf. antea*: nos ... cum funibus temptant]. *i.* '*flagella et iram* [*v. p. 1184, 14*] *deponere coegerat*'. *sim.*: FLOR. epit. 1, 22, 3 nisi quod iam inferentem signa filium [*i. Coriolanum*] mater ... lacrimis suis -vit). STAT. Theb. 3, 303 pallentes agar (*sc. Mars*) -tus (exanimatus *C*) ad umbras. 5, 226. 9, 845 turbatos arripit ense Arcadas -atque ducem (*i. Parthenopaeum, sc. bellatoribus spolians*). TAC. hist. 1, 31. 2, 76 SVET. Dom. 15, 3. FLOR. epit. 2, 3, 5 Postumius ita -vit *Liguras*, ut vix reliquerit ferrum quo terra coleretur. TERT. idol. 19 p. 53, 23 omnem postea militem dominus in Petro -ando (*Gel.*, examin- *B*) discinxit. PANEG. 12, 12, 4. *ibid.* 21, 1 deditam sibi idem Sulla -tamque legionem ... trucidavit. AVSON. 157, 18. PRVD. psych. 49 -tae iugulum meretricis adacto transfigit gladio. CLAVD. 21, 217 sine caede subactus servitio Boreas -tique Triones (*v. supra l. 18*). 26, 484 nititur altis pro baculo contis non -ta senectus (*i. curia Getarum*). carm. min. 49, 25 piscator ... amissa redit -tus avena (*i. piscatoris harundine*). MEROB. poet. 39 -at Bellona comas galeamque remittens. CLAVD. MAM. anim. 3, 16, 10 p. 187, 19. ALC. AVIT. carm. 5, 687 -tis ... membris. *per imag.*: SEN. epist. 104, 31 utrumque (*i. Caes. et Pomp.*) ... improbat, utrumque -at *Cato*. OPTAT. 2, 21 p. 58, 11 sagittati sunt innocentes, -ti fideles, honore nominis sui spoliati sunt sacerdotes. PS. AVG. serm. 48, 2 (*de Iudith*) licuit mulieri -are iuvenes et debellare victores (*i. quasi arma detrahendo infirmare; cf. p. 1184, 5 sqq.*). CASSIAN. conl. 7, 24 velut -tos omni praesidio *eqs.* **b** *usu latiore: i. q. tamquam -ando pugnā, proelio debilitare, infringere, devincere* (*cf. et p. 1184, 5 sqq.*): VELL. 2, 17, 1 finito ex maxima parte ... Italico bello, quo quidem Romani victis adflictisque ipsi -ti quam integris (-gri *Heinsius, sine necessitate, ut vid.*) universis civitatem dare maluerunt. 2, 25, 3 -tum Quintum ⟨...⟩Sertorium. SIL. 10, 227 insani quamquam contraria venti -at vis (*sc. Paulum*). STAT. Theb. 11, 206 *Eteocles* nequiquam Danaos ratus -asse. SPART. Hadr. 5, 3. CASSIOD. var. 10, 29, 2 p. 316, 3 absit ..., ut bellicosissimum virum tyrannis ... -et.

2 *bestias*: **a** *stricte: i. q. armis naturalibus privare*: COLVM. 7, 3, 5 *aries* mutilus (*i. cornibus spoliatus*) ..., cum se tamquam -tum intellegat *eqs.* SIL. 1, 411 serpentem diro -are veneno doctus (*aliter l. 67*). LAMPR. Heliog. 21, 1 habuit et leones et pardos -tos in deliciis, quos edoctos per mansuetarios subito ad secundam ... mensam iubebat accumbere ignorantibus cunctis quod -ti essent. CLAVD. 24, 353 fixum dea quassat ebur (*elephanti*) penitusque cruentis stirpibus avulsis patulos -at hiatus (*cf.* SIDON. carm. 2, 53. 11, 104). **b** *latius*: *i. q. innoxium reddere, ferociam frangere* (*cf. et p. 1184, 5 sqq.*): CALP. ecl. 5, 94 *per fumum* non stringere dentes ulla *serpens* (*v. l. 59*) potest uncos sed ... obtuso iacet -ta veneno (STAT. Theb. 11, 743 leo ... iam piger [*fere syn.*] et longo iacet -tus ab aevo). VAL. FL. 7, 597 alium *taurum Medea* ... -at (*sc. incantationibus*).

3 *res*: **a** *artiore sensu*: *α de navibus i. q. armamentis nudare sim.* (*gubernatorem infra l. 76*): SEN. contr. 7 pr. 9 qui fratrem parricidi damnatum in -ta nave dimisit (7, 1, 9 *al.* SEN. dial. 11, 16, 7. PAVL. dig. 14, 2, 2, 1 si ... deterior facta sit navis aut si quid -verit *eqs.* CLAVD. DON. Aen. 5, 280 p. 453, 23 movebatur navis -ta remorum subsidiis). 7, 1 (thema) -to navigio (*al. cf.* SEN. epist. 30, 3). SEN. epist. 85, 34 *gubernatorem. in imag.*: TERT. cult. fem. 2, 9 p. 726 med. Oe. adeo ... inritam et ingratam reddunt (*sc. gratiam decoris*), velut -tam (*v. l. 15*) et naufragam. *β i. q. arma amovendo evacuare*: CLAVD. DON. Aen. 6, 525 p. 576, 29 -tum cubiculum (*cf. Verg. Aen. 6, 523 Helena* arma omnia tectis amovet). **b** *liberius*: *α arborum fruges quae post insitionem aculeis quasi armis* (*cf.* arma *Pallad. 15, 57*) *exuuntur*: PALLAD. 15, 69 *pirus insita* mespila ... -at (-ant *RDU*) pugnacibus horrida membris. 15, 115 *prunus* -at fetus, sed bracchia roboris armat castaneae (*i.* '*exuit quasi spinis fructus*' *sc. castaneae, sed ramos spinosos facit*). *β mare fere i. q. placare*: CLAVD. carm. min. 2, 4 hic (*in portu Smyrnaeo*) -tum terris cingentibus aequor clauditur et ... discit servare quietem.

B *translate (cf. p. 1183, 26 sqq.): i. q. infirmare, tollere* (*cf. p. 1183, 47. 49. 65*): SIL. 11, 308 mens una, inviolata mero nullisque venenis potando -ta *eqs.* 13, 275 victus mentem fuso per membra Lyaeo ... medicamina cladis hauriat ac placidis -et fata venenis. PLIN. epist. 3, 9, 29 ut accusationem -ret. TERT. pudic. 1 p. 219, 12 deserta sunt studia, ... -ta sunt iura. CYPR. epist. 59, 13 p. 682, 5 imminente antechristo -atur fides militantis populi ([*seq. syn.* tollitur]. PAVL. NOL. carm. 24, 556 spolians et -ans fidem). POMER. 2, 15, 2 p. 459 A omnibus viribus honestatis. 3, 8, 1 p. 484 C *superbia* omnes virtutes -at. BOETH. cons. 1 carm. 4, 14 -veris impotentis iram.

✖**exaro,** -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* arare. -átó (*imp. fut.*): INSCR. *p. 1185, 36.* CHAR. gramm. p. 472, 24 B. *inter verba activa coni. I*^{ae}. NOT. Tir. 68, 43 -at. GLOSS. ἐξαροτριῶ. *legitur inde a* CATONE, VARRONE, CIC. [*ex coni.*: APVL. met. 6, 14 qui (*fontes*) ... angusti canalis -to (*Petschenig*, exarto *F*, exarcto φ) contecti tramite proxumam convallem latenter incidebant (*cf. p. 1185, 31*). CENS. 4, 13 p. 9, 10 (*v. p. 1185, 40*) -tus *Guilielmus*, exora- *codd.* (*cf.* SVET. vita Lucani p. 52, 1 exoravit *P*, *falso*; -vit *B*). *dub.*: FRONTO p. 20, 14 N. -tae bestiae (*m*^{2}, *cf. Hauler, WSt. 41, 1919, p. 104*).]

I *i. q. (probe) arare, sulcare* (*corporaliter ubique, praeter l. 54 [cf. l. 53], p. 1185, 8. fere i. q. delere* [*cf. l. 46 sqq.; v. et p. 1178, 9. 17*]): **A** *sensu stricto*: **1** *terram sulcis proscindere, (diligenter) arando colere*: **a** *proprie*: VARRO rust. 1, 10, 1 iugum vocant, quod iuncti boves uno die -are possint (*inde* PLIN. nat. 18, 9 *al.*). COLVM. 2, 17, 3 de integro locum -are. *ibid.* APVL. apol. 23. PALLAD. 3, 20, 1 nunc ... fodiendae sunt vites vel ... -andae (*cf.* 3, 25, 14 neque -ari neque effodi *mela*). 4, 2 agros ... proscindere atque -are. *et al.* **b** *allegorice*: QVODV. quart. fer. 2, 3 p. 688 init. ideo tibi (*i. animae*) talis cultura impenditur, propterea crucis ligno -aris, propterea coelesti pluviae praepararis *eqs.* (*cf. ibid.* Christi cruce -aris, quando eius signo in fronte signaris). CASSIOD. in psalm. 130 praef. p. 943 A utinam boves simus qui agrum domini nostri sulcis regularibus -emus.

2 *inde significantius*: **a** *arando sibi quaerere* (*cf.* ARVS. gramm. VII 473, 4 -at ex agro, Cicero frumentaria [*seq.* Verr. II 3, 113, *v. l. 42*]): CIC. Verr. II 3, 25 poscet *decumanus* omne quantum -vero (*ex agro. cf. ibid.* 57. 86). II 3, 113 fieri non poterat ut plus quam X medimna ex iugero -rent. II 5, 99 tantum labore suo frumenti -bant. *sim.*: CIC. Verr. II 3, 45 hae litterae ... L. Metelli ... hoc quantum est ex Sicilia frumenti hornotini -verunt. II 3, 199 nummos vero ut det arator, quos non -at *eqs.* **b** *arando, sulcando delere*: *α vomere*: PAVL. dig. 43, 11, 3, 1 (= sent. 1, 14, 2) qui viam publicam -verit. GREG. M. epist. 9, 11 p. 48, 8 messem de agro quem Donatus possidebat feceris -ari (*cf. p. 1178, 16*). *β aliis modis*: CASSIOD. var. 12, 18, 2 iter Flaminiae rivis sulcantibus -tum. VEN. FORT. carm. 1, 21, 13 cum Titan radiis ferventibus -at arva.

B *sensu latiore*: **1** *usu fere technico i. q. ceram stilo sulcare sc. litteras incīdendo, fere i. q. scribere (in quamvis materiam, v. e. g. l. 70. 71) et inde fere i. q. conscribere, conficere*: CIC. Att. 12, 1, 1 hoc litterularum -vi (*cf.* 15, 1 b, 1 hanc epistulam. SVET. Otho 10, 2 codicillos [*al.*]. SIDON. epist. 3, 4, 1 litteras [PAP. Marini 2 (*s. V*) tenorem praefati privilegii praesentibus feci mus de verbo ad verbum litteris -ari. *aliter infra l. 77*]). 13, 38, 1 -vi nescio quid ad te (14, 22, 1). 16, 6, 4 novum prooemium. epist. 9, 26, 1 cum ad te harum exemplum in codicillis -vi. 12, 20 haec (EVCHER. epist. ad Val. p. 711 D SIDON. epist. 1, 5, 10 *al.*). ad Brut. 2, 4, 1 frg. epist. 7, 12 Sj. OV. Pont. 3, 2, 90 ad fratrem scriptas -at illa notas. PHAEDR. 3 prol. 29 librum -bo ... Aesopi stilo (*al.* HIER. vir. ill. 75 *volumina* manu *Origenis* [*cf.* HIER. in Zacch. 3, 14 p. 1522 D Tacitus ... vitas Caesarum triginta voluminibus -vit]). QVINT. inst. 9, 4, 90 poetam talem *versum* -asse (SVET. Nero 52 [*antea*: ipsius chirographo scriptis]. *cf.* PLIN. epist. 7, 4, 5 id ipsum, quod me ad scribendum sollicitaverat, his versibus -vi). SYMM. epist. 1, 2, 2 -ta nuper elogia. FVLG. myth. praef. p. 10, 16 quidquid libet Niliacis -are papiris. aet. mund. p. 149, 26 -atur digito petra legalibus titulis mancipata. AMBR. c. Aux. 28 p. 1016 A *lex* non in charta -ta, sed *eqs.* (MACR. Sat. 2, 4, 31 sua manu in charta -vit ... epigramma). VVLG. Iob 19, 23 *al.* MACR. Sat. 2, 4, 10 Vettius cum monumentum patris -asset *eqs.* SIDON. epist. 7, 17, 2 nihil aliud -turi (*nom.*) stili scalpentis impressu quam *eqs.* carm. 23, 306 quanta ... gesseris ..., par fuit -are Musam. EVG. TOLET. carm. 39, 1 Moyses primus Hebraeas -vit litteras. *in imag.*: HIER. epist. 65, 7, 2 sermonem -bit in tabulis cordis carnalibus. LAVRENT. paen. p. 91 A scriptum est in corde meo, -tum est sub oculis meis, fixum est in conscientia mea.

2 *spectat ad corpus humanum* (*praeter p. 1185, 5*): **a** *generaliter: cutem rugis, lacrimis, vibicibus, vulneribus sim., carnem vermibus* (*sim. lignum p. 1185, 5*): HOR. epod. 8, 4 cum sit tibi dens ater et rugis vetus frontem senectus -et (AVG. in euang. Ioh. 3, 21 p. 1405 med. senem ... rugis undique -tum. PETR.

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CHRYS. serm. 92 p. 459[B] aride atque -ta rugis membra. *al.*). GAVDENT. serm. praef. p. 338[init.] *Iob* ex vegeto ac sano vulneratus, ex florentissimo vermibus -tus aspicitur (HIER. epist. 38, 2, 1 *corpus.* in Ezech. 6, 18 p. 174[B]. TRACT. Pelag. p. 87, 27 caro ... mox -anda v. MARCELL. med. 8, 127 p. 68, 21 palpebras. CASSIAN. inst. 9, 3 lignum [*v. p. 1184, 80*]. *cf.* SALV. eccl. 3, 48 *Lazarum* vermium globi). AMBR. exhort. virg. 12, 82 p. 360[D] potuerunt ... vultum eius (*i. sanctae*) vulnerum vibicibus -are, ... gratiam decoris interni nequaquam -are (*v. p. 1184, 25 sq.*) potuerunt (in psalm. 118 serm. 8, 38 p. 173, 17 Iob ... vibicibus corporis -tus). off. 1, 12, 41 p. 35[B] *Iob* -tum vulneribus a capite usque ad pedes. paenit. 1, 16, 91 p. 494[A] sulcasse vultum lacrimis, -asse continuis fletibus genas. **b** *specialiter: de hominibus (christ. praeter infra l. 16 sq.) qui in tormentis subeundis lacerantur, unguibus scalpuntur sim.*: PS. CYPR. laud. mart. 15 p. 37, 17 artus ... laniatos tortor saeviens -ret (LVCIF. moriend. 8 p. 301, 5). AMM. 15, 7, 5 ut ... tamquam in iudiciali secreto -tis lateribus ... eiceretur (AVG. serm. coll. Morin p. 313, 3). AMBR. in psalm. 118 serm. 20, 10, 1 p. 449, 26 *martyrem* -tum ungulis (RVFIN. hist. 8, 10, 5. AVG. in psalm. 66, 7[init.] -at ungula. *al.*). PRVD. perist. 10, 797 *Romanum* recentes per cicatricum vias denuo -bant. *al.* AVG. serm. coll. Morin p. 243, 14 ossa extendendo separata, -ando nudata. SERM. Corp. Vind. 21 p. 273, 7 *in Vincentii martyris* corpore poenis variis -to iam tormenta defecerant. *et al.*

3 *i. q. navigando aequora sulcare, iter maritimum facere*: AMBR. Hel. 19, 71 p. 454, 10 cur ... saepius sulcare atque -are fluctus impatiens nauta contendis? cur temptas frequenter innoxia aequora *eqs.*? MAR. MERC. Conc.[S] I 5 p. 19, 28 quid mari -to et Oriente lustrato novum ... inde adtuleris (p. 23, 24 peragratis terris -to m. atque Oriente lustrato).

4 *fere i. q. perforare (cf. supra l. 5), perforando conficere: v. p. 1184, 19.*

II *i. q. arando eruere, effodere*: CATO agr. 61, 1 qui oletum saepissime et alt⟨issime miscebit, is tenu⟩issimas radices -bit ([*inde* PLIN. nat 17, 127]. PLIN. nat. 18, 45 *filicis radices* -tas vomeri [*sim. ibid.*]). CIL I[1] 1409 add. I 4 (= Bruns fontes[7] p. 158 n. 33) eumque (*i. sepultum*) s(ine) f(raude) s(ua) qui volet -átó (*cf.* CIC. leg. 2, 58 multa in eo loco sepulcra ... -ta sunt). CIC. div. 2, 51 estne quisquam ita desipiens, qui credat -tum esse, deum dicam an hominem? (*cf.* 2, 80 Etrusci ... habent -tum puerum auctorem disciplinae suae [CENS. 4, 13 p. 9, 10 nomine Tages; *v. p. 1184, 21*]). PAVL. dig. 10, 1, 4, 4 termini deiecti aut -ti (sent. 5, 22, 2; *syn.* effodiunt). VIR. ill. 3, 3 in Ianiculo ... arcula cum libris ... -ta.

? **exarthrēsis,** *ἐξάρθρησις.* THEOD. PRISC. eup. faen. 97 tit. p. 102, 2 de luxationibus vel eiectionibus articulorum quas medici -is (exarterisis *r*, parexartreseis *Gel.*, peri exantipes *b*, peri exantrexis *c*) appellant.

exarticulātio *ἐξάρθρημα* GLOSS. III 363, 55.

exarticulo, (-āvī,) -ātum, -āre. *ab* ex *et* articulare. *i. q. articulos luxare, solvere*: SORAN. p. 85, 11 numquam ... obstetrix *manum infantis emissam* teneat et conetur adducere, ... nam ipso conatu -are (*h*, -articl- *b*; exarmorare *l*) manum infantis poterit. *translate: p. p. p. fere i. q. non articulatus* (*cf.* inarticulatus): TERT. nat. 1, 8 p. 72, 11 -tum sonum tinnitumque sine modulatu labellorum, expanso ore, lingua stupente de solis faucibus cogi licet.

exartus *v.* exs-.

CIL VI 1785, 3 ⟨h⟩austoribus in cupa una numm. XXX. tabulariis in singulis apocis numm. XX. **exasciātōrī** in cupa una numm. X. falancariis ... custodibus cuparum ... professionariis *eqs. enumeratur inter officiosos qui in vini degustatione sollemni secundum canonem vinarium remunerationem accipiunt. significari videtur officium eius qui ascia usus effringendas claudendasque cupas curat* (*de re v. Mommsen, BerSGW. 3, 1851, 77*).

exascio, (-āvī,) -ātum, -āre. *ab* ex *et* asciare. *i. q. ascia dolare; transl. fere i. q. subtiliter perficere*: PLAVT. Asin. 360 istuc ago, quomodo argento intervortam et adventorem et Sauream. iam hoc opus est -to (*Acidalius*, -eato *Lindsay*, -eatum *cod.*).

exasperātio, -ōnis *f.* *ab* exasperare. **1** *fere i. q. inflammatio* (*cf. p. 1186, 62 sqq.*): SCRIB. LARG. 222 (= MARCELL. med. 31, 1) lipara ad intertrigines et -em ⟨et⟩ tumorem ani mirifica. VEG. mulom. 2, 126, 1 -o aut iniuria faucium.

2 *fere i. q. exacerbatio*: **a** *fere i. q. irritatio, iracundia, amaritudo* (*cf. p. 1131, 50 sqq. acced. gen.: subi. l. 77; obi. infra l. 75*): TERT. adv. Marc. 2, 16 p. 357, 20 ita et illas species, irae dico et -is, non tam feliciter patimur *eqs.* CASSIAN. conl. 4, 12, 1 absque ullius -e convicii patientiae gratiam possidere. GREG. M. epist. 13, 30 p. 395, 1 *v. p. 1131, 76.* CAES. AREL. Ps. Aug. serm. 257, 2 p. 2220[init.] pro -e pauperum. **b** *fere i. q. repugnatio aspera* (*cf. p. 1131, 83 et p. 1188, 18; acced. gen. explic. infra l. 83*): HIER. in Ezech. 1, 7—8 p. 34[A] semel diximus -em sive irritationem Septuaginta amaritudinem ponere (3, 12 p. 102[A]). hom. Orig. in Ezech. 12 p. 433, 3 B. si volumus videre cuius modi sit peccatum '-o' *eqs.* GREG. M. moral. 26, 57 p. 383[C] deteriores existunt ex verbere ... aut ... duriores existunt, aut, quod peius est, in blasphemiae etiam -em prosiliunt.

3 *fere i. q. durities (l. 4, cf. l. 39 sqq. acced. gen. explic.), fere i. q. hebetatio (l. 6, cf. l. 56 sqq. c. gen. subi.)*: FIRM. math. 3, 1, 11 ut ad imitationem huius (*i. Saturni*) sideris ⟨in⟩ initiis vitae constituta mortalitas agresti se conversatione et inhumana feritatis -e duraret. MACR. Sat. 7, 12, 38 calor sensum occupat et gustatum linguae fervor interpedit. ideo -e oris praeventa suavitas excluditur.

VVLG. Ezech. 2, 8 noli esse exasperans, sicut domus **exasperātrīx** est (*cf. p. 1188, 20*).

✖**exaspero,** -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* asperare. NOT. Tir. 54, 79 -at. 54, 80 exasprat. GLOSS. *ἐκτραχύνω. ἐξαγριῶ. cf. et p. 1188, 19. legitur inde ab* Ov. *infra l. 27*, LIV. *infra l. 29. 40. p. 1187, 53 sqq.*, SEN. contr. *p. p. p. fere pro adi. e. g. infra l. 21. 58. p. 1187, 27.* [*variat in codd. c.* exasperno: APVL. met. 8, 17.]

I *cum vi aut asperandi aut acuendi*: **A** *i. q. (valde) asperum facere* (*ubique sc. c. notione praep. intentiva, praeter p. 1187, 19*): **1** *in universum*: **a** *spectat ad superficiem rerum corpor.*: *α naturalium*: Ⓘ *variarum* (*respicitur fere iniquitas locorum*): SEN. contr. 1, 3, 3 stat moles (*sc. petrarum*) abscisa in profundum frequentibus -ta saxis. MELA 3, 79 *Arabiae* frontem quae inter ostia ostenditur silvae cautesque -ant. APVL. met. 1, 10 summo vertice montis -ti. RVFIN. hist. mon. epil. 2 p. 461[A] omnia illa -antur loca (*sc. umore terrae salso in salem sudesve acutas stricto*). *in imag. vel transl.*: SYMM. epist. 5, 48 fortunae difficultatem, quae cursum vitae eius -at, ... sperat posse removeri. HEGES. 4, 27 p. 285, 22 -to transitu (*cf. antea* inter scrupeas rupes) periculosus fiat navigiis ingressus (*sc. in portum*). Ⓘⓘ *aequor maris, fere i. q. turbare*: Ov. am. 2, 11, 27 si concussas Triton -et undas *eqs.* met. 5, 7 saeva quietum *fretum* ventorum rabies motis -at undis (*cf.* LIV. 37, 12, 12 -to fluctibus mari. SEN. epist. 14, 8 *auster* Siculum pelagus). HEGES. 1, 35, 4 p. 69, 13 fluctus ... efferum mare cedendo -at (*gr. 1, 409 ἐξαγριοῦν*).

β arte quadam factarum: COLVM. 8, 3, 6 ascensus ... avibus ... datur ... modicis asserculis, qui paulum formatis gradibus -antur. PRVD. perist. 5, 218 serrata lectum regula dente infrequenti -at. *aegida signis exstantibus i. exornare* (*cf.* NON. p. 244, 8 asperum, -tum non lēve *et vol. II 809, 10 sqq.*): CLAVD. 7, 193 Brontes innumeris -at aegida signis.

b *respic. res ad corpus hom. pertinentes: asperum reddendo (vel fere siccando l. 45 sqq.): fere i. q. durare* (*syn. l. 40. opp.* mollis: *l. 42*): LIV. 38, 17, 17 duratos eos tot malis -tosque (*transl.*) accepit terra, quae copia rerum omnium saginaret. HIER. epist. 14, 2, 2 mollem otio manum durus -at capulus. *i. q. raucum facere* (*cf. l. 45 sqq.*): QVINT. inst. 9, 3, 20 *faucium* vitio ... obscuratur et -atur et scinditur vox (*cf. p. 1187, 38.* PHYSIOGN. 84 p. 112, 14 qui vocem ita intendunt, ut ... eam -ent). *i. q. exsiccare, raucum facere* (*cf. l. 39. 42 sqq.*): HEGES. 5, 40 p. 382, 9 saeva fames ... -vit umores (*cf.* HIER. epist. 9, 3 quam diu venter vacuus siccum fame guttur -at. psalt. sec. Hebr. 69, 4 laboravi clamans, -tum est guttur meum [*gr. ἐβραγχίασεν, Vulg.* raucae factae sunt fauces meae]). *i. q. saetosum reddere (de capillis):* PHYSIOGN. 36 p. 53, 8 praestat ... iuxta huiusmodi oculos ... palpebras erigi, supercilia -ari (*gr. I p. 333, 3 ὀφρύες ... τραχυνόμεναι*). *transl. de vultus severitate*: FIRM. math. 6, 15, 18 p. 105, 14 inefficaci artis suae studio semper invigilant *sapientes* et vultum eorum tristitia severitatis semper -at.

c *incorporea fere i. q. hebetare*: RVFIN. Orig. in Ios. prol. p. 287, 15 B. si ... vim sensuum oratio inculti sermonis -at *eqs.* *p. p. p.* -tus *(cf. supra l. 12) i. q. asper, incultus, rusticus*: PHYSIOGN. 104 p. 126, 11 in quibusdam ... hominibus signa quidem sunt stultitiae, verum eadem -ta atque efferata.

2 *c. respectu tam morbi sim. quam curae medic.*: **a** *i. q. asperum reddere, inflammare sim.*: *α i. q. asperitate quadam afficere (aut naturaliter morbo sim. aut arte med., sc. ad curandum, e. g. l. 72. 74. 76; cf. et defricando, destringendo asperare p. 1187, 4), irritare, et inde liberius fere i. q. morbo incendere* (*v. p. 1187, 7 sqq. c. acc. gr. p. 1187, 2. cf. et* CALP. decl. 4 p. 5, 6 inluvies corpus [*damnati in carcere custoditi*] -at): CELS. 1, 3, 23 nisi ... fauces vomitus -rint ([-vit *J*]. 2, 1, 10 aquilo ... fauces -at. *al.* PLIN. epist. 8, 1, 2 Encolpius ... -tis faucibus pulvere sanguinem reiecit. ANTHIM. 93 *et al. aliter p. 1187, 20. 23*). 3, 22, 2 ut per adsiduas pusulas aut ulcera summa cutis -etur (3, 25, 1 quasi squamis quibusdam. 3, 27, 1[D] prodest ... -are [-asse *J*]). 5, 13 lēvat id, quod -tum est, spodium *eqs.* 5, 28, 13[B] super id *ulcus*, quod minus crebris foraminibus -tum est *eqs.* 6, 4, 3 quidam haec genera arearum scalpello -ant. 6, 6, 31[C] umor aliquis ... modo ipsum oculum, modo ... palpebras -at. 7, 33, 2 frons ossis, quem serrula -vit (*cf.* 8, 3, 11 ex ictu ... os ... summum ... collidatur -eturque [8, 10, 7[L] ossa ... concurrendo -entur]). *al.* SCRIB. LARG. 13 ad arteriam -tam simplicia ... haec faciunt (PLIN. nat. 22, 100. GARG. MART. med. 52 p. 196, 17 gummi ... -tas arterias optime lenit [*19 p. 152, 14* asperatas]. VEG. mulom. 2, 132, 1 *al.*). 187 salamandra quibus data est, lingua -atur (DIOSC. 4, 165 lingua [*acc.*] -at et exardescit [*gr. 4, 170, 2 τῷ μὴ λίαν πυρροῦν τὴν γλῶσσαν*]). 254 nitro et aceto locus -etur, deinde hoc oblinitur. PLIN. nat. 31, 67 (*de aqua sale temperata*) quoniam

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ita et nervos excalefaciat et corpus non -et. APVL. met. 9, 13 *muli sim.* totum ... corium (*v. p. 1186, 66*) veterno atque scabiosa macie -ti. DIOSC. 4, 166 *cameleae folia* gustu mordaci, gula (*acc.*) -at. *et al.* *nota* (*v. p. 1186, 64*): PELAGON. 362 contra pilum unguito, prius strigilibus aut testis -ato corpus equi (*cf. Hippiatr. gr. I 272, 23 τὸ δέρμα ψήκτρᾳ ἢ ὀστράκῳ ἀναδείρας καὶ ἐκτραχύνας*).

β fere i. q. morbos irritando aggravare, acerbare (*cf. p. 1188, 25 sqq.*): CELS. 2, 14, 6 ne morbus ... iterum, quamvis levi de causa -etur. 3, 22, 9 cavendae destillationes, ne, si quid cura levarit, -rent. 3, 27, 4[C] *al.* SEN. dial. 9, 2, 11 foedam corporum scabiem ... quicquid -at. epist. 78, 5 tussim (*syn.* irritet; *aliter infra l. 22*). 83, 26 vitiatur ... -aturque sanitas mentis. SCRIB. LARG. 220 duritia ..., quae ad omne medicamentum -atur. AMBR. in psalm. 37, 4 p. 139, 11 (*in imag.*) quando medicus venit e caelo, qui non -ret vulnera, sed sanaret (37, 42, 4 p. 170, 15 ne ... incisio vulnus -et. *alleg.*: HIER. epist. 39, 5, 2; *opp.* curat). CAEL. AVR. acut. 1, 9, 67 ne caput impleant et alienationem -ent. 1, 11, 82. chron. 1, 1, 17 passione nunc ... -ta, nunc ... levigata (*opp.*). 1, 5, 157.

b *peculiari usu (sc. c. vi praep. privativa, cf. p. 1186, 15 sq.): i. q. asperitate liberare*: PLIN. nat. 23, 80 *oenanthinum oleum* fauces (*v. l. 23*) -at et venena omnia hebetat (*aliter p. 1186, 68 sqq.*). 23, 97 *palmulae* tussim -ant ([*cf. Diosc. 1, 109, 2 ἀρτηριῶν τραχύτητας ἰῶνται*]. 23, 143 fauces [*v. l. 20*] videntur -are et tussim *nuclei nucis pineae* [*cf. Diosc. 1, 69, 3 βοηθοῦσι δὲ βηξὶ*]. *aliter l. 11*).

B *i. q. exacuere*: **1** *ensem*: SIL. 4, 19 saxo ... -at ensem (*in belli adparatu*). APVL. met. 5, 20 novaculam praeacutam adpulsu etiam palmulae lenientis -tam. *transl.* (*syn.* asperare, *opp.* mollire): CLAVD. DON. Aen. 11, 830 p. 535, 5 cum deficiente *Camilla* ... bellum mollire debuisset, tunc -tum est magis, ut ..., asperatum est quoque *eqs.*

2 *vinum: i. q. amarum reddere sc. in acorem vertendo*: MACR. Sat. 7, 12, 12 vinum ... acore -atur (*cf. antea*: in acorem corrumpitur). *transl.*: SEN. benef. 2, 6, 2 non sunt -anda beneficia nec quidquam illis triste miscendum. AVG. epist. 73, 4 p. 267, 15 *amici* autem minorem, quam oportet, exhibent iustitiae libertatem, dum amicitiae timent -are dulcedinem.

3 *litterae sonum, sermonem*: VEL. gramm. VII 72, 20 's' ... geminata vocis sonum -at. *transl.: de sermone*: QVINT. inst. 4, 2, 75 adiecit invidiam (*fere syn.*), rem verbis -vit. *fere i. q. acuendo augere*: RVFIN. Orig. in Rom. 5, 1 p. 1006[D] moris est apostolo Paulo ..propter neglegentiores quosque auditores paululum velut -are quae dixit et metum aliquem ... intentare.

4 *audacius de oculis ira incensis, passive fere i. q. excandescere, ignescere*: GREG. M. moral. 5, 79 p. 724[C] facies ignescit, -antur oculi.

II *fere i. q. acerbare*: **A** *animantia, i. q. irritare, ad iram incitare animos* (*v. infra l. 53. absolute e. g. infra l. 61. 72 sq. seq. praep.*: ad *infra l. 67* [*aliter p. 1188, 5. 6*]; adversus *infra l. 70. 81*; contra *infra l. 80*; in *infra l. 75. 77. seq.* quod *p. 1188, 13. acced. abl. causae vel instr. saepe: e. g. l. 62. 64. 66. p. 1188, 1. 8*): **1** *in universum*: **a** *homines* (*syn. infra l. 57. 61. 63. 71. 77. 82 al. opp. v. l. 53. p. 1188, 17*): LIV. 28, 25, 4 ad quorum (*i. tribunorum milit.*) primum adventum -ti animi, mox ... leniti sunt ([33, 39, 3. 36, 29, 1 saevitia imperii atque indignitate. VAL. MAX. 6, 2, 1]. 40, 20, 6 patris animum. 42, 14, 3 -vit animos ferocia ... Harpali. CELS. 3, 5, 11 siqua sunt quae -tura ... *aegrotorum* animos sunt *eqs.* SEN. dial. 5, 9, 4 [*syn.* incendit]. *al.*). 42, 26, 1 e re publica visum erat comprimi ac sedari -tos Ligures. VAL. MAX. 6, 5, 3 cum Ti. Gracchus et C. Claudius ob nimis severe gestam censuram maiorem partem civitatis -assent. CVRT. 8, 1, 32. PS. QVINT. decl. 7, 2 p. 135, 17 nos -amus, nos offendimus (17, 14 p. 313, 16 -o hilaritate, offendo tristitia). 11, 7 p. 213, 3 populus, secundum quod -atur, irascitur. 14, 4 p. 268, 12 hominem ... -vit ira (*v. infra l. 73*). *al.* APVL. met. 9, 29 illa ... contumeliā ... altius commota atque -ta (Socr. 13 p. 148. AVG. in epist. Ioh. 8, 10 p. 2042[a. mod.] inimicum ... -antem contumeliis, insectantem odiis). 9, 38 sermone (*cf.* AMM. 25, 9, 4 verbo. *al.*). 10, 4. TERT. apol. 21, 18 ad doctrinam *Christi* ... magistri primoresque Iudaeorum ita -bantur *eqs.* ITALA Ezech. 32, 9 (Weing., Tycon. 4 p. 44, 17) -bo cor populorum (*παροργιῶ, Vulg.* irritabo). ITALA Dan. 8, 7 (Wirc.) -tus est adversus eum (*i. arietem. ἐξηγριάνθη πρὸς αὐτόν, Vulg.* efferatus ... in). CYPR. unit. eccl. 16 p. 225, 11 magis ac magis ... superbia inflat, discordia -at, ira praecipitat (*sim.* mort. 4 p. 299, 18 ira -at. *v. supra l. 63*). COMM. instr. 1, 33, 4 tollite corda fera et -ta (-ate *codd.*) seorsum. CAPITOL. Alb. 14, 1 quae *contio* Commodum in Albinum -vit. FIRM. math. 5, 3, 4 p. 29, 4 fratres acerbis inimicitiarum odiis -at *Saturnus* (*al.*). CLAVD. DON. Aen. 4, 645 p. 412, 33 *Dido* effera, id est -ta in perniciem suam. RVRIC. epist. 2, 35 p. 421, 14 vos ... quos nec odium -at, nec inflammat invidia. CASSIOD. Ios. antiq. 17, 8 p. 494 propter eius crudelitatem ne contra se ... fortassis -tus *eqs.* (*gr. 17, 164 ἐξαγριώσαι*). 19, 1 p. 549 eum tam nequiter adversus homines -tum (*gr. 19, 27 ἐξηγριωκότα*). MVTIAN. Chrysost. hom. 27, 5 p. 408[p. med.], *syn.* saevimus (*gr. p. 190[extr.] χαλεπαίνομεν, ἀγριαινόμεθα*). 31, 1 p. 433[p. med.] indignari neque -ari (*gr. p. 216[init.] ὀργίζεσθαι ... ἀγριαίνειν*). GREG. TVR. Franc. 4, 14 p. 152, 6 *regem* conviciis -antes *Franci.* COD. Iust. 5, 17, 8, 2 (*a. 449*) *maritum* ad contemptum *uxoris* ... cum impudicis mulieribus (quod maxime etiam castas -at) coetum ineuntem *eqs. et al.*

b *bestias*: COLVM. 9, 15, 4 *non* convenit aestu medio -tas apes lacessi. FRONTIN. strat. 1, 7, 2 elephantus -tus ad persequendum doloris sui auctorem *eqs.* APVL. apol. 7 numquam ferme nisi ... ad morsum -tis *bestiis* conspicitur *os.* met. 4, 3 cum viderem canes ... in me convocatos -ari (8, 17). 8, 25 me (*i. asinum*) ferocitate ... -tum. PS. LACT. PLAC. fab. Ov. 15, 45 *Hippolytus* -tis equis tractus periit. AMBR. Cain et Ab. 2, 1, 3 p. 379, 20 caeditur canis, ut pavescat leo, et qui sua iniuria -atur, coercetur aliena. *et al.*

c *deos (l. 14), deum Christ.*: VICTORIN. POETOV. in apoc. 13, 4 p. 130, 5 'aspernatio' dicitur, quando -atur deus, quod idola colantur. ARNOB. nat. 1, 3 p. 5, 22 *dii* iniuriis vestris atque offensionibus -ti (4, 37 p. 171, 25 motibus ... irarum. *al.*). PRVD. c. Symm. 2, 596 saevis ... armis. AVG. nupt. et concup. 2, 13, 27 p. 281, 3 quod ... aufert -tus deus redditque placatus. *et al.*

2 *peculiariter: usu Eccl. proprio* (*de significatione cf.* exacerbare *p. 1133, 58 et p. 1131, 82.* GLOSS. -ans ad amaritudinem provocans [*ad* Ezech. 2, 8 *p. 1186, 7*]): ITALA Ezech. 24, 3 (Sangall.) dic in domum -antem parabolam ([*ἐπὶ τὸν οἶκον τὸν παραπικραίνοντα. Vulg.* domum irritatricem]. VVLG. Ezech. 2, 5. 17, 12. 44, 6 [*v. p. 1133, 67 sq.*]. *al.* HIER. epist. 106, 67). VVLG. gen. 49, 23 I reg. 12, 14. 15 psalm. 65, 7 *al.* Ier. 5, 23 *al.* *v. et p. 1133, 66. 68. 77.*

B *res incorporeas: i. q. irritare, incitando exaggerare, aggravare* ([*cf. p. 1187, 7 sqq*]. *fere i. q. laedere infra l. 35*): SEN. dial. 3, 1, 5 *animalia* feritatem suam -ent (*sc. irā commota*). 3, 18, 2 *iram* (*cf.* 5, 1, 1 vis mali ... omni ... impedimento -atur et crescit. *al.*). epist. 85, 8 -atur torvitas mitigata *leonum.* PS. QVINT. decl. 17, 3 p. 304, 3 omnem occursum, quem mihi videbar -are praesentiā (*v. totum l.*). FRONTIN. strat. 1, 11, 4 sciebat ... Romanos eius esse libertatis, quae contumelia -retur. PANEG. 6, 10, 7 ut mallent *alii reges* amicitiam colere Romanam quam -are iustitiam. FIRM. math. 6, 1, 7 p. 68, 17 si *sidus* malignum fuerit, fortius ad nocendum -ta malitiae potestate firmatur. ZENO 1, 15, 6 p. 367[A] qui coniugale -ant iugum. AMBR. exc. Sat. 1, 63 haec et alia ... nunc recordationem doloris -ant (*cf.* PS. ORIG. in Iob 2 p. 470[A] cur hunc dolorem -as? cur augmentas? cur exaggeras *eqs.* [ALC. AVIT. epist. 17 p. 49, 8 salubriter -atur in temporaneis, quem salvari cupimus in aeternis]). PS. RVFIN. in Am. 2, 9/10 p. 1065[C] ad -andum ingratorum facinus. *et al.*

fo[r]mitat: fo[r]mitibus **exassulat** GLOSS.[L] IV Ps. Plac. F 33.

[**exauctiōnibus** *falso trad.* TAC. ann. 13, 51 *v. p. 1134, 54.*]

exauctōrātio, -ōnis *f.* *ab* exauctorare. [*ex coni.: fere i. q. auctoritatis privatio*: ALC. AVIT. epist. 30 p. 60, 12 *haeresis* dominum nostrum ex Maria coepisse contendens, etiam deum patrem in filii -e (*Peiper*, exortione *L* [*an recte? cf.* abortio], execratione *S*) blasphemat.] *i. q. missio militaris* (*ignominiosa*): COD. Theod. 8, 5, 35 pr. militans -em (*T,* -auctoritatem *R*) subibit aut decurio vel manceps relegatione annua plectetur. *?* **exauctōritās** *v. l. 48.*

***exauctōro,** -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* auctorare. NOT. Tir. 42, 13 -at. GLOSS. *ὑπερανθεντῶ.* V 292, 61 -[i]at auctoritatem tollit dimicantis. GLOSS.[L] I Ansil. EX 147—148 -tus exauguratus, eiectus. *legitur inde a* LVCIL. (*v. l. 54*), LIV. [*loc. dub. interpr.*: LVCIL. 644, *cf. Helm, PhW. 55, 1935, 712.*]

1 *proprie: i. q. ab auctoramento, iuramento, officio solvere, dimittere*: **a** *a militia removere, fere technice (praeter e. g.: milites se ipsos l. 68, cf. l. 69), i. q. missionem dare (fere syn.; opp. l. 60) aut honestam (expletis stipendiis sim.) aut ignominiosam* ([*fere i. q. insignia militaria detrahere, v. l. 65*]. *nota fere i. q. in subsidio collocare*: TAC. hist. 1, 36 missionem dari [*opp. cf. supra l. 58*] vicena stipendia meritis, -ari qui sena dena fecissent, ac retineri sub vexillo *eqs.* *de re v. Marquardt, Staatsverw. II*[2] *p. 463; Fiebiger, RE VI 1553, 29.* *ad def.*: MEN. dig. 40, 12, 29 pr. -tus, id est militia remotus. VLP. dig. 3, 2, 2 si eum [*i. militem*] -verit, id est insignia militaria detraxerit, inter infames efficit, licet non addidisset ignominiae causa se eum -asse): LIV. 8, 34, 10 milites ... immemores sacramenti licentia sua (*l. v.* sola, *v. Conway*) se ubi velint -ent (*v. supra l. 57*). 25, 20, 4 volonum ... exercitus qui vivo Graccho summa fide stipendia fecerat, velut -tus morte ducis ab signis discessit. 29, 1, 9 ubi ... -tum equitem cum gratia imperatoris ceteri viderunt *eqs.* 32, 1, 5 in Galliam ubi is venisset, omnes milites -ti domum dimitterentur (36, 40, 13). 40, 40, 15. 41, 5, 11 -ti qui sacramento dixerant et exercitus ... domum dimissus. CONST. veteran. 10 p. 851 (*a. 71*) ⟨qui⟩ ante emerita stipen⟨dia⟩ -ti sunt (*cf.* PS. QVINT. decl. 3, 3 p. 44, 5 pater ... emeritis bello stipendiis ... -tas armis manus agresti labore subegit). FRONTIN. strat. 1, 9, 4 *militibus* postulantibus missionem ... dedit *imperator*; -tos *eqs.* (*cf.* SVET. Aug. 24, 2 citra commoda emeritorum praemiorum). 4, 5, 2 legionem totam (CAPITOL. Maximin. 7, 6 LAMPR. Alex. 12, 5 *al.*). 4, 6, 4 honesta missione -vit *adulescentem.* TAC. hist. 1, 20 tribuni. 2, 96 praetorianos (*cf.* SVET. Vit. 10, 1 SPART. Sept. Sev. 17, 5). 3, 43. PLIN. epist. 6, 31, 5 Caesar ... centurionem -vit atque etiam relegavit. SVET. Tib. 30 de legendo vel -ando milite. Vesp. 8, 2. TARR. PAT. dig. 49, 16, 7 proditores transfugae ... capite puniuntur et -ti tor-

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quentur (*cf.* AMM. 24, 3, 2). IVST. 12, 12, 7 milia veteranorum. AMM. 15, 1, 2 cuius nutu in modum gregariorum militum ... duo -ti sunt principes, Veteranio ... et Gallus. 25, 3, 10 OROS. hist. 6, 18, 33. *et al.* *in imag.* (*cf.* PS. CYPR. rebapt. 16 p. 90, 13 perinde ac si quis ... miles *eqs.*, constat eum vetere sacramento -tum esse): SEN. epist. 32, 5 ille demum necessitates supergressus est et -tus ac liber, qui vivit vita peracta. rem. fort. 2, 4 (exc. ed. O. Rossbach) 'morieris'. hic est humani officii finis. quis sanus -ari (*codd. opt.*, exactorem *vg.*) moleste tulit? TERT. pudic. 14 p. 248, 27 *caro* diabolo proiciebatur, ut sacramento benedictionis -etur numquam in castra ecclesiae reversura.

b *a quibuslibet muneribus amovere* (*syn. v. l. 12. 17*): COD. Theod. 1, 32, 3 *procurator* specie honoris exactus -tusque omni pristina dignitate ... tormenta sustineat. SIDON. epist. 1, 7, 11 privilegiis geminae praefecturae ... -tus (*sic: CF* [M^1 ///uctoratus]; auguratus *M*, exauguratus *rell., edd., vix prob.* [*cf. p. 1194, 13*]). *ab episcopatu*: MAR. MERC. Conc.^{8} I 5 p. 60, 8 *episcopum* olim ab apostolica sententia -tum atque depositum.

2 *transl. fere i. q. auctoritate (dignitate) destituere, privare*: **a** *de incorporeis*: TERT. adv. Marc. 3, 3 p. 379, 3 hanc ... speciem (*i. virtutes*) ... ipse (*Christus*) postmodum -vit. SERV. Aen. 11, 386 sententiam. 11, 768 Dianae favor. IVL. Aug. c. Iul. op. imperf. 2, 236 -ta ... doctrina est, quam non tuetur aequitas; *opp.* plena ⟨auctoritatis⟩. MACR. Sat. 1, 5, 3 verba ... -ta ... a sequenti aetate repudiataque. 7, 5, 4 integrum restituas -tum conviviorum leporem.

b *de hominibus*: TERT. pall. 4 p. 941 Oe. *matrona* quae ita (*i. cum sine stola in publicum prodiret*) sese -asset (*sc. dignitatem suam obliviscendo*) *eqs.* ARNOB. nat. 7, 30 p. 264, 16 *vinum homines* ipsos ... deos maledictis conpulit -are dementibus. SERV. Aen. 4, 694.

deriv.: exauctoratio, *?* exauctoritas. *K.-M.*

exaudībilis, -e. *ab* exaudire. GLOSS. facilis (*Iuv. 10, 8, cf. Rönsch, Sem. Beitr. II p. 12*): **1** *active: qui preces exaudit, fere i. q. exaudiens* (*cf. Leumann, Adj. auf -lis p. 125. 127*): SCHOL. Iuv. 13, 248 dicturus es[t] et potentes et -es esse deos (PS. RVFIN. Ios. antiq. 1, 27 p. 28 Symeon, quod nomen significat, -em ei fuisse deum [*gr. 1, 304 ἐπήκοον. cf. de re p. 1192, 37*]. *cf.* 8, 4 p. 228 -is ei effectus [*i. deus populo Israel; gr. 8, 115 ἐπήκοος*]). **2** *passive: qui exaudiri potest; dignus, cuius preces exaudiantur*: AVG. serm. 351, 3, 4 p. 1539$^{init.}$ quis non tota humilitate supplicans divino adiutorio se -em praebeat. soliloq. 1, 1, 3 p. 871$^{init.}$ deus qui nos -es facis. FVLG. RVSP. c. Fab. frg. 6 p. 759^{B} illa ... oblatio ... ipsa pro nobis est -is oratio salvatoris.

✖**exaudio,** -īvī, -ītum, -īre. *ab* ex *et* audire. *de prosodia*: -irĭ, *ut vid.*: COMM. instr. 2, 38, 1; *v. Hanssen, de arte metr. Comm. p. 16. de formis: imperf.*: -ibam: PLAVT. Epid. 239, *v. p. 1191, 6. formae stirpis perf. breviores*: -ii: AFRAN. com. 392. -isti: ITALA gen. 3, 17 (Cypr. testim. 3, 58 p. 158, 4). *al.* VVLG. II Esdr. 9, 28 *al.* -istis: *v. infra l. 62.* ITALA iud. 6, 10 (Lugd.). -ierunt: SEN. contr. 1, 3, 10. ITALA exod. 6, 9 (Aug. loc. hept. 2, 27 p. 546, 6). *al.* VVLG. psalm. 105, 25. -ieris, -ierit, -ierint: ITALA *et* VVLG. -isset: SEN. dial. 5, 22, 3 clem. 1, 12, 2. *et al.* -isse: VARRO rust. 1, 69, 2 CIC. Att. 4, 8^{a}, 1 *al. et al.* *sec. Graecos ponitur: genet. obiecti pro acc.* (*gr. ἀκούειν* [*εἰσ-, ὑπ-*] *τινός. cf. p. 1191, 57 sqq. 80 sqq.*): ITALA iud. 2, 20 (Lugd.). 6, 10 (Lugd. *al.*). Ion. 2, 3 (Hil. in psalm. 68, 5 p. 316, 14). PSALT. Cas. *saepius, v. ind. p. 121. dat. pro acc.* (*gr. ἐπακούειν τινί*): ITALA Os. 2, 21 (Hil. myst. 2, 1 p. 30, 18), *v. p. 1192, 47 sq.* *per pleonasmum additur* aure *sim.*: ITALA deut. 28, 2 (Lugd.). psalm. 17, 45 (Barnab. 9, 1). *de notione*: ISID. diff. 1, 23, *v. vol. II 1289, 84.* GLOSS. *εἰσακούω. ἐπακούω.* GLOSS.^{L} I Ansil. EX 104 -ire: audientiam commodare (*cf. p. 1191, 29*). NOT. Tir. 27, 47 -it. *legitur inde a* PLAVTO (*v. p. 1190, 23. 1191, 6 sqq.*).

β c. additam. (*non nisi in duobus quibusdam l. bibl. varie prolatis; v. et l. 49. 66. p. 1198, 10*): Ⓘ *c. dupl. acc.* (*c. obi. sc. et* 'exteriore' *et* 'interiore' [*cf. et p. 1198, 9*]): ITALA deut. 25, 10 (Lugd.) domus huius -ti (-culc- *trad.*) calciamentum ([*ὑπολυθέντος τὸ ὑπόδημα, Vulg.* discalceati]. *cf.* ORIG. in Matth. 17, 32 [*ad deut. 25, 9*] -at eum c. eius unum [*gr. p. 1577*^{C} *ut p. 1198, 11*]. *cf. l. 83. p. 1198, 13*). Ⓘⓘ *additur abl. separ.* (*cf. verba* 'privandi', 'exuendi'): ITALA deut. 25, 10 (Ps. Aug. quaest. test., RevBén. 28, 1911, p. 6, 79) domus -ti caliga (*v. l. 77 sq. cf.* AVG. c. Faust. 32, 4 p. 763, 22 [*ad h. l.*] -iatus [*S*^{1}] dextri pedis calciamento). *inde alleg.:* QVODV. prom. 2, 23, 48 p. 795^C (*post locum l. 66 cit.*) ecclesia ... populo Israelitico ... sese obtulit: quam suscipere nolens ... -iatus est gloria collatae legis (*i. fere* 'nudatus', 'exutus'; *v. p. 1197, 37*).

b *aliquid:* *α* pedes (*sc. obi.* 'exterius'): SVET. Vit. 2, 5 a Messalina petit, ut sibi pedes praeberet -iandos (-culci- *M GII*^{1}*R*, -oscul- *ex seqq. Q*) detractumque socculum dextrum *eqs.* *inde p. p. p. (v. p. 1197, 61) i. q.* 'nudus': HERM. vulg. sim. 9, 20 *v. p. 1197, 71.* ASSVMPT. Moys. 11, 12 ne scalciati p. eius *eqs.* (*cf. Rönsch, It. u Vulg. p. 469; Charles, ed. praef. p. XXXII*). *β pendet obi.* 'interius' (*fig. quasi etym.; acced.* 'unde' *per* de; *v. p. 1197, 74*): ITALA deut. 25, 9 (Ps. Aug. quaest. test., RevBén. 28, 1911, p. 6, 76) -bit caligam eius unam de pede eius ([*ὑπολύσει τὸ ὑπόδημα, Vulg.* tollet calceamentum]. *cf.* ORIG. in Matth. 17, 30 [*ad eund. l.*] -bit calceamentum eius de p. eius [*cf. p. 1197, 77*]).

2 *trslt. (in arte veterin.): spectat ad pedes, ungulas bestiarum (dub. tamen notione; ex usu enim qui est simplici* calceare [*i.* 'fasciare'; *v. vol. III 131, 33*] *de contraria vi i.* 'fascias demere' *sim. cogites, quod quidem vix c. re quadret* [*cf. in sim. re: Chiron 699 p. 219, 30*] praeduruerit ... et calciato et duramen imponito]): CHIRON 661 p. 209, 22 cum ei cicatrices vulnerum (*sc. ungularum*) soldaverint et praed⟨ur⟩uerint, duramen imponito et -iato. *v. etiam p. 1197, 30 et cf.* excaliglo.

excalceus (-ius), (-a, -um). [*ab* excalceo. *W. (cf. Brender, Rückläuf. Ableit. p. 45 et v.* discalcius *vol. V 1, 1274, 73. 77).*] *nonnisi* -ius (*v. p. 1197, 16*). [FILASTR. 81 *cod. A*^{1} *v. p. 1197, 71.*] *i. q. calceamentis exutus, nudis pedibus utens* (*cf.* excalceatus *p. 1197, 61*): PAVL. NOL. carm. 24, 321 iste caligis vilibus donatus est, ... qui maluisset confoveri -ius (*B*, -tius *O*), quam calciari frigidus. SALV. gub. 3, 10 quod *salvator* ambulare -ios praecipit (*v. et p. 1197, 70*).

excalci- *v.* excalce-.

excaldātio, -ōnis *f.* *ab* excaldare. *i. q. lavatio calida, calidorum balneorum usus* (*v. et s.* excaldo, *infra l. 45*): GALLICAN. Avid. 5, 11 (*epist. praef. ad imp. Marc. Aur.*) *Avidius* sane omnes -es, omnes flores de capite, collo et sinu militi excutiet (*pro signo luxuriae; v. infra l. 47*). CAPITOL. Albin. 5, 7 *testudinem* curari iussit atque infantulo ad -es pueriles dicari (*cf. 6* ut parvuli ... in testudine⟨is⟩ alveis lavarentur).

excaldo, (-āvī), -ātum, -āre. [*ab* ex *et* calda. *W.*] scald- (*cf. ling. rom. l. 39*): ANTHIM. 76 p. 28, 7 *GAgP* (cald- *l*). [*val.* scalda, *it.* scaldare, *francog.* échauder, *hisp.* escaldar. *M.-L.*] [*falso trad. (nondum emendatum):* CHIRON 629 p. 201, 1 si ungulae a coron⟨a⟩ -verint (-caligla- *Oder; v. p. 1199, 71*), sic curabis ut recrescant. 656 p. 208, 10 ungulas proiciat et -at (-calceat *vel* -caliglat *prorsus dub. Oder; v. p. 1197, 30. 1199, 72*).]

i. q. calidum reddere: **1** *strictius: calida aqua vel perfundendo vel coquendo:* **a** *de lavatione* (*v. supra l. 31; refl.*): GALLICAN. Avid. 5, 5 (*epist. imp. Marc. Aur. ad praef.*) Avidio ... legiones Syriacas dedi diffluentes luxuria ..., quas totas -antes se repperisse Caesonius ... scripsit (*ad rem cf. supra l. 32*). **b** *de coctura* (*tantum p. p. p.; i. q.* 'leviter coctus', 'in caldam immissus' *sim.*): MARCELL. med. 26, 33 de nucleis pineis -tis et purgatis drag. III (*ibid.* amygdalae dulcis -tae et p. *ibid.* avellanae p. et -tae). APIC. 4, 137 caseum mollem -tum (*seq.* calefacies). 8, 360 haedinam sive agninam -tam (*? 8, 361; del. Vollmer*). **2** *liberius: quovis modo calefacere:* ANTHIM. 76 p. 28, 7 *ut* vacca aut capra aut ovis mulgatur ita ut vas ... fictile sit et bene scaldetur (*v. l. 37; opp.* refrigeret).

***excal(e)facio,** (-fēcī), -factum, -facere *et* **excal(e)fīo,** -fierī (*v. l. 64*). *ab* ex *et* cal(e)facere. -cale- *legitur: in formis pass.:* SCRIB. LARG. 158 PLIN. nat. 28, 175. 37, 148 (= ISID. orig. 16, 11, 2). IREN. *p. 1199, 4.* *act.:* PLIN. nat. 26, 61 (*l. v.* -calf-; *v. p. 1199, 14*). 31, 67 PLIN. med. *p. 1199, 27.* CHIRON *ter* (*v. p. 1199, 27. 29. 33; at p. 1199, 30* -calf-). *rell. locis iisdemque longe numerosioribus* -calf- (*imprimis* PLIN. nat.: *30*^{ies}). *formae pass.* (*praeter* -ctus): -(e)fieri: SCRIB. LARG. 158 PLIN. nat. 24, 42. -faciendus: *v. p. 1199, 12. 13.* *verbum fere medicorum legitur inde a* SCRIB. LARG. (*infra l. 75*); *praecipue ap.* PLIN. (*34*^{ies}); *usus a vocis q. e.* cal(e)facere (*v. syn. p. 1199, 5. 9; sic Veg.* cale- *usurpat, ubi* CHIRON excal(e)- *exhibet* [*v. p. 1199, 28. 33 et cf. p. 1199, 41; v. Lommatzsch, ALL 12, 1902, 556*]) *non diversus.* [*it. merid.* scarfare, *francog.* échauffer. *M.-L.*]

i. q. calidum reddere, fovere (*v. infra l. 79; pass. i. q. calidum fieri*): **1** *usu laxiore:* **a** *transit.:* *α in universum: varias res variis modis* (*non nisi pass. [constr. minus perspicua infra l. 84]; ovum incubando: infra l. 84; alleg. de anima: p. 1199, 3*): SCRIB. LARG. 158 p. 65, 23 haec omnia mutare oportet, priusquam -efiant. PLIN. nat. 22, 131 *panicum* his quae vaporanda sunt, -ctum imponitur (*cf.* 28, 174 fel cum murra ... in malicorio -ctum infundunt). 28, 175 -efactis ... auribus (*cf. Marcell. med. 9, 102 inde sumptum:* ferventi aqua ... aurem foveris). 36, 159 *lapis Siphnius* -ctus oleo nigrescit (*inde* ISID. orig. 16, 4, 35). 37, 37 *lacum Electrum* sole -ctum e limo reddere electrum (37, 103 *gemmas* s. -ctas. *cf.* 37, 148 apsyctos ... calorem tenet -efacta igni [*hinc* ISID. orig. 16, 11, 2; -ef-]). HYG. fab. 197 p. 126, 5 (*ex Nigid.*) super quod (*sc. ovum*) columbae consederunt (*v. supra l. 74*) et -ctum ex-

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

clusisse Venerem (*sc.* '*ovum*'*?, an constr. absol.? [v. p. 1198, 74]; cf. et Rose ad l.*). *in alleg. (v. p. 1198, 75), fere i. q. effervescere* (*pass.*): IREN. 1, 13, 3 audax et inverecunda est anima quasi vacuo aëre -efacta [est] (*gr. ψυχὴ κενῷ ἀέρι θερμαινομένη. antea: mulier* calefacta spiritu).

β peculiariter de medicamentis vim ac naturam calefaciendi habentibus (*sim. de curatione infra l. 28; cf. et infra l. 50*): Ⓘ *addito obi.*: PLIN. nat. 21, 163 *oleum amaracinum* ad -endos molliendosque nervos et vulvas calfacit (23, 90 natura ... *olei cyprini* -it, emollit n. 31, 67 -efaciat). 22, 101 per se ... *laser* algores -it (*cf.* 26, 131 rigores). 23, 82 corpora. 24, 42 cum quid siccari -fierive opus sit (*cf.* 24, 100 lentigines et quae -enda sint [28, 136 usus axungiae ad emollienda, -enda, discutienda *eqs.*]). 26, 61 tithymallus ... linguam -efacit (*V² E r*, -calf- *rell.*). Ⓘⓘ *nude*: PLIN. nat. 21, 139 *faex expressi croci* magis -it quam crocum ipsum. 21, 155 *thymi genera* -unt, qua vi *eqs.* 21, 160 usus et foliis *habrotoni*, sed maior semini ad -endum ([adest calf- *R*]. *cf.* 23, 121 natura his [*sc. siccis ficis*] -endi. 25, 131 utrique *pericarpo vis est* ⟨in⟩ [*add. C. F. W. Müller*] -endo). 23, 46 hoc genus vini -it, concoquit, purgat ([*cf. Diosc. 5, 38, 2 ἔστι δὲ θερμαντικός*]. *cf.* 34, 177 *sandaraca* valet purgare, sistere, -ere, erodere. 35, 176 natura *sulpuris* ...-it, concoquit). 24, 38 picis natura -it, explet (*cf.* 28, 145 omnes *medullae* molliunt, explent, siccant, -unt [*cf. Diosc. 2, 77, 1 θερμαντικοί*]). 24, 131 *chamaedrys* -it perunctione (*cf. Diosc. 3, 98, 2 ἀλειφομένη δέ ἐστι θερμαντική*). 28, 146 (*cf. Diosc. 2, 78, 2 θερμαντικαί*). *al.* PLIN. med. 1, 22 p. 36, 8 vellera ... suffita efficaciter -efaciunt. CHIRON 217 p. 65, 30 haec potio ... -efacit (*cf. Veg. mulom. 1, 42, 5* cale-). *in curatione* (*v. supra l. 7*): CHIRON 34 p. 14, 15 *urendo* -efacis. 35 p. 14, 20 haec ratio intellegitur posse stringere, ... confirmare, -ere.

b *vice intransitivi: i. q. calefieri* (*v. l. 33*): CHIRON 410 p. 125, 31 perungito totum iumentum et perfricato manibus, usque donec -efaciant (*cf. Veg. mulom. 2, 119, 6* donec calefiat et sudet *et v. infra l. 40*).

2 *sensu strictiore: i. q. inflammare* (*v. et infra l. 44*): MARCELL. med. 32, 7 ad intertrigines -ctas et dolentes remedium.

excal(e)factio, -ōnis *f.* *ab* excal(e)facere. -cale-: CHIRON *l. 42.* *plur.: l. 40. 43.* *i. q. calfactio* (*syn. infra l. 41*): **1** *liberius*: PLIN. nat. 31, 105 quicumque sal acopis additur ad -es. CHIRON 238 p. 71, 27 perfricare ... tam diu donec manibus -e patiatur (*cf. Veg. mulom. 1, 52, 3* donec calefactionem patiantur. *ad rem v. l. 32*). 656 p. 208, 8 beneficio -efaction⟨is⟩ (*antea*: calefecisti). SORAN. app. 30 p. 124, 30 subiectiones fieri aut -es (ex calf- *trad.*) et cataplasmata. **2** *artius de inflammatione, aestu* (*syn.* calor *l. 46*): CHIRON 385 p. 117, 16 stercus in ungulis eius haerent, propter nimiam -em (*Veg. mulom. 2, 53, 2* p. nimium ... calorem; *cf. Hippiatr. gr. I 239, 19 διὰ τὴν πύρωσιν*). *cf. supra l. 35.*

excal(e)factōrius, -a (-um). *ab* excal(e)factus (*cf.* calfactorius). -calf-: *v. infra l. 57.* *[l. v.* cale-: *infra l. 58 (cf. infra l. 62).]* *i. q. calefaciendi, fovendi vim habens* (*apponitur non nisi ad subst. q. s.* vis [*v. infra l. 52*], natura [*v. infra l. 58*]; *de remediis tantum* [*cf. supra l. 6 sqq.; gr. θερμαντικός*]): vis -a: PLIN. nat. 21, 120 *teuchitis* opisthotonicis cum resina ... imponitur -a v⟨i⟩ ([*Sillig.*, ut *codd.*]. *cf. Diosc. 1, 17, 2 δύναμιν ... θερμαντικήν*). 23, 86 vis ... *olei laurini* -a ([*Diosc. 1, 40, 2 δ. ... θερμαντικήν*]. 26, 86 [-a *om. E*]). 24, 105 *cummis* habet -as vires (28, 52 sordes -am vim habere dicuntur. PLIN. med. 3, 13 p. 87, 8 mirifice -efactoriam [*sic d; g*: -calf-; *rb*: cale-. *cf. l. 13* calefactoriam]). *cf. et supra l. 19.* natura (*v. et supra l. 9. 18. 21. 22*): PLIN. nat. 23, 152 laurus -am naturam habet. 25, 71 *gentianae* radicis natura et -a ([*Diosc. 3, 3, 2 θερμαντικήν*]. 25, 152 vini [*opp.* refrigeratoria vis]. 26, 117 [facalf- *E*¹, calf- *E*²]. 31, 92).

excalēsco, -uī, -ere. *ab* ex *et* calesco. *i. q. effervescere, exardescere* (*sc. affectu. cf.* incalesco): ITALA deut. 19, 6 (Lugd.) ut non persequens propinquus sanguinis ... homicidam, quia -uit in corde *eqs.* (*παρατεθέρμανται ... τῇ καρδίᾳ, Vulg.* dolore stimulatus). [*lect. falsa: v. s.* excandesco *p. 1200, 54.*]

excalf- *v.* excalef-.

? CHIRON 734 p. 228, 27 quem si in eundem impetum ... in itinere cogas ambulare, omnis coniunctio ungularum separata decadit et **excaliglat** (*a* caligula*? sensus autem satis obscurus. ceterum v. s.* excaldo [*coni. Oder*] *p. 1198, 40 sqq. et cf.* excalceo *p. 1197, 30*).

PS. APVL. herb. 109 p. 193, 31 (*interpol. ex Diosc. 4, 164, 4*) *titimallus* detrahit illitus myrmecia, ... impetigines, pterygia, fistulas **excallat** *eqs.* ([*gr. deest verbum*]. *i. q.* '*callositatem demere*', *mollire* [*cf. opp.* incallare *Veg. mulom. 2, 27, 1; item de fistulis*]). *v. etiam* excallatorius (*l. 80, inversa tamen notione*).

CASS. FEL. 20 p. 31, 7 (*ad fistulas*) papyrum ante medicamento ⌊ectylotico⌋ (⌊ ⌋ *v. app. cr.; insere* [*item ibid.* p. 32, 1] *p. 60, 53*), id est **excallatōrĭō** (-cala- *c*, escall- *g*) infra scripto ... lines (*i.* '*obcallescere faciens*'*; aliter l. 75*).

excalo elicio GLOSS. lat.-arab. p. 704, 29. **excalpo** *v.* exscalp-.

excandēfacio, -fēcī, -facere. *ab* ex *et* candefacere. *i. q. flagrantem, calentem reddere* (*in tmesi, interposito pron. pers.: l. 2*): **1** *de ardore mentis* (*v. infra l. 75; acced. abl. causae*): VARRO rust. 3, 4, 1 sexaginta ... milia Fircelina -cande me fecerunt cupiditate (*v. p. 1199, 84 et cf. Wackernagel, Synt. II 175*). **2** *significantius de pretio quasi* '*incendendo*'*, fere i. q. augere*: VARRO rust. 3, 2, 16 epulum aut triumphus ... aut collegiorum cenae, quae ⟨n⟩unc innumerabiles -unt annonam macelli (*cf. Men. 529* ut turba incendant [intend- *trad.*] a.; *Manil. 4, 168* annonae ... incendia. *v. et s.* exardesco *p. 1181, 77*).

excandeo, -ēre (-cando, -ere *?; v. l. 12*). *ab* ex *et* candere (*cf.* PRISC. gramm. II 438, 15 candeo, -o; palleo, expalleo; ardeo, exardeo). scand- (*cf. infra l. 41*): ANTHIM. *l. 17* (*l. v.* cand-). *III*^{ae} *coniug.?*: NOT. Tir. 102, 60 -it (-et *V*, candit *Ge*¹*; v. infra l. 44 et cf. vol. III 234, 9*). *? transitive: v. infra l. 21.* NOT. Tir. 37, 13^{a} -et. GLOSS.^{L} V Aa E 689 -bat exardebat seu candidum fiebat. **1** *i. q. calidum, fervidum esse* (*part.* -ens *sc. i. q.* '*fervefactus*'): ANTHIM. 75 p. 27, 5 de lactes ... si desentericis, caprunos qui fiunt cum petras rotundas scandentes (*A*, -is *G*; cand- *rell.*) in foco et sic missas in lacte sine foco. **2** *de candore* (*cf. p. 1201, 57*): SCHOL. Iuv. 2, 107 (*ad* 'pressum in facie digitis extendere panem') quod (*Jahn*, quia *trad.*) infames faciunt ad -endam cutem (*i.* '*ut cutis candida fiat*'*; vulgariter quasi transitive* [*ad tales usus cf. Svennung, Unters. Pallad., p. 429 c. adn.*]).

excandēscentia, -ae *f.* *ab* excandesco. -isc- (*v. infra l. 43*): GLOSS. *l. 33.* *i. q. actus vel qualitas statusve in iram exardescendi* (*v. infra l. 75*): **1** *strictius in philos.* (*i. q. ardentis animi in iram quasi transgressus* [*gr. θύμωσις, opp.* ira]: *l. 28 sqq. [cf. def. l. 31]; fere i. q. natura animi irritabilis* [*syn.* inritabilitas]: *l. 37*). *cf. def.*: CIC. Tusc. 4, 21 (*ex Chrysippo; v. frg. 398* [*III p. 97, 22 sqq.*]) quae ... lubidini subiecta sunt (*v. l. 34*), ea sic definiuntur, ut ira sit libido poeniendi eius qui *eqs.*, -a autem sit ira nascens et modo existens, quae *θύμωσις* Graece dicitur (*locum cum altero [v. l. 34] citat* NON. p. 103, 13 sqq., *unde* GLOSS. V 640, 72 -iscentia iracundia frequentia [*?*, ferventia *subst. Heraeus*]). CIC. Tusc. 4, 16 ira, -a, odium *eqs.* (*sc. lubidini subiecta sunt; cf. l. 29*). APVL. Plat. 1, 18 p. 216 tripertitam animam *Plato* (*sc. Tim. 89*^{E}) ... dicit: primam eius rationabilem esse partem, aliam -am vel inritabilitatem, tertiam adpetitus. **2** *laxius fere i. q. iracundia* (*syn.* furor): PRISCILL. tract. 2 p. 39, 22 ut sciat *venerabilitas tua* ..., unde -ae eius dolor, unde ... furor fuerit.

excandēsco, -uī, -ere. *ab* ex *et* candescere. *de scriptione et formis*: scand-: HERM. vulg. *p. 1201, 17* (cand- *l. v.*). TRACT. Pelag. *p. 1201, 44; pro lect. var.: v. l. 82. p. 1201, 52* (*cf. et s.* excandeo *supra l. 11*). -isco: NOT. Tir. 37, 14 (*antea*: candiscit). 102, 61 candiscit, excandit (*v. supra l. 12*), -iscit (-esc- *A Gu A*¹). *de notione* (*v. et infra l. 79*): GLOSS.^{L} I Ansil. EX 150 -uit exarsit (*sed cf.* EX 98). *legitur inde a* CATONE (*infra l. 58*), CIC. (*p. 1201, 25*) *sing. locis* (*item praeterea* CAEL. Cic. epist. *infra l. 82*; AETNA, MANIL. *p. 1201, 62*; VAL. MAX. *p. 1201, 21*); *saepius* SEN. min. *et* PETRON. *vis inchoativa usquequaque (praeter p. 1201, 39; fort. et p. 1201, 55) viget (v. praecipue numerosa illa exempla perf. ingressivi sim.). hic illic notio quaedam aucta subesse videtur (v. p. 1201, 6. 8. 12); attamen cf. apposita velut* '*vehementer*' *sim. infra l. 84 sqq.* [*francog. vet.* eschandir. *M.-L.*]. [*var. lect.*: cand-: *v. l. 41.* incand-: *v. l. 62.* excalescere (*falso*) *v. p. 1201, 64.*]

1 *de ardore, calore, fervore*: **a** *proprie* (*in comparatione infra l. 67*): *α i. q. exardescere, ignescere* (*in coctione*): CATO agr. 95, 2 si in tecto coquas *amurcam*, cum bitumen et sulpur additum est, -et (*inde Plin. nat. 17, 264* exardescat). *β i. q. incalescere: nude*: ITALA exod. 16, 21 (Ottob.) cum ...-uisset sol, *manna* liquescebat ([*διεθέρμανεν, Vulg.* incaluisset]. ISID. orig. 17, 8, 14 si sol -uerit [in- *K*], *balsama pura* sustineri manu non *possunt*). SOL. 52, 59 si *lychnites* -uit radiis solis incita (*ex Plin. nat. 37, 103 ubi* excalfactas. *seq.* ad calorem ... excitata). *acced. abl. instr.* (*cf. p. 1201, 62*): SOL. 53, 26 cum ... flagrantioribus radiis -uit dies (*aliter p. 1201, 66*). RVFIN. Greg. Naz. orat. 7, 16, 1 p. 226, 8 *si* aer ardoribus -at (*v. totum l.*). *γ de aqua (in comparat.; v. supra l. 56) i. q. fervescere*: ITALA gen. 49, 4 (Lugd. Ps. Orig. tract. 6 p. 59, 24 *al.*) exabunda⟨s⟩ti (*v. p. 1131, 19*; efferbuisti *Ps. Orig.*) sicut aqua, non -as ([*μὴ ἐκζέσῃς, Vulg. aliter*]. *v. p. 16, 51. 152, 61 et cf. p. 1201, 38; aliter p. 1201, 34*).

b *translate* (*vi propria per imag. perlucente: p. 1201, 38. 46. cf. et* MACR. Sat. 1, 19, 6 fervorem ... quo animus -it excitaturque alias ad iram, alias ad virtutes [*v. p. 1201, 23*]): *α respicitur ardor et inflammatio animi, mentis, ingenii*: Ⓘ *artius: i. q. ira, furore, indignatione incendi; irasci* (*cf. syn. l. 84. p. 1201, 3 sqq. 16. 18. fere i. q. saevire [coniunct.: p. 1201, 7]: p. 1201, 40 [cf. et p. 1201, 54]. de bestiis: p. 1201, 31; de rebus: p. 1201, 20. 27. 34.* GLOSS.^{L} III Abstr. EX 24 -uit in iracundia⟨m⟩ exsilivit. GLOSS. *ἀγαναχτῶ. ζέω ἐπὶ ὀργῇ*): Ⓐ *absolute ponitur* (*c. acc. fort. p. 1201, 12; cf. etiam p. 1201, 13 et p. 1201, 24*): CAEL. Cic. epist. 8, 12, 2 id postquam resci⟨i⟩t, -uit (scand- *M*). SEN. contr. 2, 3, 2 saepe -ui, saepe reconciliatus sum. SEN. apocol. 6, 2 -it hoc loco Claudius et ... irascitur. clem. 1, 5, 4 si vehementius

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-uit ([PETRON. 85, 2 tam v. 87, 10 ego totiens excitatus plane v. -ui]. *cf.* QVINT. decl. 355 p. 386, 18 graviter. AMM. 30, 5, 10 in immensum). dial. 2, 14, 3. 4, 6, 4 *sapiens erit* iracundissimus, si totiens -uerit, quotiens iram scelera meruerint (*antea*: irascetur). 5, 34, 1 levia sunt, propter quae non leviter -imus (QVINT. decl. 374 p. 414, 12; *antea*: iratum). 10, 12, 3 (*anteced.* irascuntur). epist. 47, 20 sic -unt, sic saeviunt. 76, 23 nec -ere ad subita nec *eqs.* (AMM. 22, 16, 23 Aegyptii ... ad singulos motus -entes. *v. et infra l. 50*). PETRON. 53, 8 -uit Trimalchio. 57, 1. 98, 3 merito ... -res, si posses perditum (pro- *trad.*) ostendere. 100, 4 indignatione mulier lacerata ulterius (*cf. infra l. 33*) -uit. 105, 1 -uit Lichas hoc sermone turbatus. 115, 4. 136, 14 novitate facinoris attonitus quaerebam, quid -uisset (*v. p. 1200, 81*) aut quare *eqs.* PS. QVINT. decl. 14, 3 p. 268, 2 unde nunc, quod -o, quod fremo (*an acc. rel.?; v. p. 1200, 81*). *al.* IVV. 10, 327 nec Stheneboea minus quam Cressa (*i. Phaedra*) -uit. PLIN. epist. 4, 25, 2 -uit senatus (*seq.* iratum). SVET. Claud. 40, 3. Nero 40, 4 hactenus ..., ut *eqs.* rhet. 30 p. 127, 1. HERM. vulg. sim. 9, 32 nonne statim -is (cand- *l. v.; v. p. 1200, 41*) et *fullonem* ... convicio persequeris (*Pal.* irasceris). AMM. 20, 9, 2 his recitatis ultra modum (*cf. infra l. 33*) solitae indignationis -uit imperator. *de rebus* (*v. p. 1200, 78; res pro persona l. 22*): VAL. MAX. 1, 6, 11 deorum spreti monitus -unt (*pro* '*di spreto monitu suo -unt*'). SEN. epist. 123, 5 *firmitatis certissima argumenta sunt*, si *animus* non -uit, non litigavit (*cf. p. 1200, 73*).

(b) *c. additam. (cf. et p. 1200, 81)*: *pendet abl. causae* (*c. dat.?: v. infra l. 29*): CIC. Tusc. 4, 43 (*Peripatetici iram cotem esse fortitudinis nuncupant*) haec nullam habent vim, nisi ira -uit fortitudo (*v. p. 1200, 78 et cf. p. 1200, 28 sqq.*). SEN. contr. 10, 3 (32), 6 nescit placari iratus *pater* et ⌊voce etiam⌋ (⌊ ⌋ *Kießling*, hoc etiam si *trad.; an recte?*) filiae -uit (*v. supra l. 25*). QVINT. decl. 364 p. 396, 16 pauperem quasi custodia -uisse. *acced.* in: *c. acc.*: *alqm.*: COLVM. 7, 12, 5 *ut canes villatici* etiam conservos iratius intueantur, semper -ant in exteros. SVET. Vesp. 14 in hunc ... deprecantem haud ultra verba (*cf. l. 10. 19*) -uit. VVLG. sap. 5, 23 -et in illos aqua maris (*gr. 5, 22 ἀγαναστήσει κατ' αὐτῶν. v. p. 1200, 78; aliter p. 1200, 67*). *in alqd.* (*sc. sensu finali*): FLOR. epit. 2, 18, 8 *populus Romanus* duce Scipione ... tandem ... in ultionem -uit (*sc. flagitii et ignominiae in bello Numant. acceptae*). *c. abl.*: PS. ORIG. tract. 6 p. 60, 2 (*ad gen. 49, 4; v. p. 1200, 68*) ut qui iam ... iaculis diaboli efferbuerat accensus in furorem, non ... -ret in persecutione iustorum (*i. fere* '*saeviret*'; *v. p. 1200, 77*). adversus: CALL. dig. 1, 19, 1 in cognoscendo *non* -ere a. eos, quos *eqs.*

(II) *laxius de studio, voluntate, cupiditate* (*c. abl. l. 44; seq.* ad *fin.: l. 46*): TRACT. Pelag. p. 122, 23 *diabolus* non immerito hominem odio livoris insequitur, sanctitatis meritis -ere (*v. p. 1200, 42*) illo conante, unde *eqs.* PETR. CHRYS. serm. 139 p. 573[A] suum tepidus ad reatum, ad alterius flammatur et -it examen.

β de malis exardescentibus: (I) *t. t. med. de morbo, passione* (*i. q. inflammari, aduri [corporaliter]: l. 50; de dolore acerbiore reddendo, fere i. q.* '*augeri*': *l. 52*): COLVM. 7, 5, 16 (*in sacro igni*) *pusula* paene ad omnem tactum (*cf. supra l. 8*) -it (*seq.* igneam saevitiam). MARCELL. med. 12, 55 radix terrae mali surculo eruta ... *initio* quidem -ere (scand- *L*) facit dolorem dentium (*v. supra l. 49; opp.* exstinguet). (II) *de calamitatibus: i. q. exardescere* (*sc. c. vi* '*oriundi*'; *vix i. q.* '*saevire*' [*cf. p. 1200, 78*]): OROS. hist. 2, 13, 11 diversae pestes caelo terraque -entes (*ad sensum cf. etiam p. 154, 67*).

2 *de candore et nitore: i. q. candidum fieri, effulgere, enitescere sim.* (*tam* '*emicando*' *[de igni sc. in montis eruptione; de astrorum lumine: infra l. 61 sq.] quam* '*illucescendo*' *[de ortu diei: infra l. 66]; de montibus nive opertis et ita effulgentibus: infra l. 64*): AETNA 605 quondam ruptis -uit Aetna cavernis *eqs.* (*i.* '*emicuit*' [*v. l. 58*]. *sim.*: MANIL. 1, 876 numquam futilibus -uit ignibus aether). SOL. 11, 6 *Creta* albet iugis montium Dictynnaei et Cadisti, qui ita -unt (*cl. II*, -calescunt *I*), ut eminus navigantes magis putent nubila (*v. supra l. 60*). AMM. 21, 10, 2 ubi lux -uit (-iuit *V*) tertia (*cf.* 26, 6, 14 ubi -uit radiis dies [*aliter p. 1200, 66*]).

excandido, -āre. *ab* ex *et* candidus. *i. q. candidum reddere, illuminare*: 1 *proprie* (*cf. opp. l. 70*): PS. AVG. serm. 246, 4 p. 2199[extr.] sicut sol per splendorem et calefacit et illuminat ... et -at et denigrat. 2 *trslt.: i. q. illustrare explanando, clarum reddere*: RVSTIC. Conc.[s] I 4 p. 97, 2 quodcumque ... eorum quae a nobis scripta sunt, recte non intellegitur a quibusdam, et hoc -bitur (*gr. I 1, 7 p. 149, 39 καταλευκανθήσεται. cf. l. 77*).

RVSTIC. Conc.[s] I 4 p. 116, 7 quoniam cum pax fuerit facta, amplius **excandificābitur,** quod ⟨ad⟩ satisfactionem pertinet (*gr. I 1, 7 p. 151, 33 μᾶλλον ἐκλευκανθήσεται. cf. l. 73*).

*?***excando,** -ere *v. p. 1200, 9.*

*?***excanet** praecanet GLOSS.[L] III Abstr. EX 108 (*v.* excavet *p. 1204, 4*).

HIER. in Ioel prol. p. 948[B] insurgat licet scorpio ... tu, *Pammachi*, comes itineris et **excantātor** venenatorum morsuum, spiritualem nobis *Ψυλλέα* exhibe (*i.* '*ut Psylli illi ap. Lucan. 9, 931 sq. [v. p. 1202, 50] serpentium virus cantione excient, ita tu venenorum nobis quasi evocator adsiste*').

excanto, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* canto. ecant-: GLOSS.; *v. p. 23, 39.* esc-: DRAC. *infra l. 42.* -assit: *v. infra l. 21.* DIOM. gramm. I 320, 4 *veteres dicebant* -o te et incanto, nos -o tibi per dativum (*cf.* IDIOM. cas. gramm. IV 571, 26 incanto tibi et -o te, *ἐπάδω σοι. dat. nusquam legitur*). *de notione*: SERV. auct. *v. infra l. 67.* NON. p. 102, 7 excludere; *v. infra l. 67* (*inde* GLOSS. V 640, 62 -are excludere, subripere). *vox rara legitur inde a* LEGE XII tab. (*v. infra l. 21*), PLAVTO (*infra l. 65*), LVCILIO (*infra l. 71*), VARRONE (*infra l. 33; de* CATONE [*?*] *v. infra l. 49*). [*dub.*: PS. QVINT. decl. 10, 8 p. 195, 16 -to ... ferro (ex c. *Lehnert*, et c., in c. *al.*).]

i. q. carmine, incantatione usum foras citare, exire iubere, evocare (*hic illic sic ut evocatum quasi evanidum reddatur [cf. infra l. 24. 47 sqq.]; c. notione* '*de loco*': *infra l. 34;* '*deorsum*': *infra l. 36; ex inferis* '*sursum*': *infra l. 40 sq.; i. q.* '*incantare*' *[?]: infra l. 39. 66. opp.*: inserta: *infra l. 52*; clausas: *infra l. 69. acced.*: ex: *infra l. 34;* de: *infra l. 54*): 1 *stricte* (*plena sc. vi magica servata; inde per imag. infra l. 55 sqq.*): a *c. variis obi.* (*alqm. infra l. 35. 40 [cf. et infra l. 60]. vetustiss. leg. XII tab. exempl. adeo conclamatum et varie explicatum seorsum praemittitur*): LEX XII tab. 8, 8[a] qui fruges -assit ([*Pintian. in* PLIN. nat. 28, 18; -asset *trad.*]. *cf.* SEN. nat. 4[b], 7, 2 ne quis alienos fructus -assit [*Z, Schoell*; -asset *rell. codd.*]); *i. cantando mag. carmine* '*foras*', *e loco suo ciere ita, ut evanescant (sic recte Fraenkel, Gnomon 1, 1925, 186). falsa sunt quae alii interpretantur* ('*damnum facere*', '*nocere*' *vel* '*corrumpere*' *[sic fere iam* SEN. *l. c., sc. grandine, imbribus incantandis]: Bruns, Voigt al.;* '*fr. ex alieno agro in suum agrum c. m. traducere*': *F. Beckmann, Zauberei und Recht in Roms Frühzeit, diss. Münster 1923, p. 13 [cf. et Marchesi, RIGI 7, 1923, p. 4 = 166 et v. Aug. civ. 8, 19 p. 349, 5 D.]. ad rem*: fructus alieni in alias terras transferri perhibentur, *sc. magia [plura invenies ap. Beckmann, l. c., p. 5 sq.]. v. supra l. 20*). *ceteri loci*: VARRO Men. 151 ubi vident (*sc. Cybeles sacerdotes*) se cantando ex ara -are non posse, deripere incipiunt ([*v. supra l. 14*]. *pro obi. fuisse vid. princeps satirae persona* [*cf. Buecheler, Kl. Schr. I 563*]). HOR. epod. 5, 45 *Folia* sidera -ta voce Thessala lunamque caelo deripit (*v. supra l. 14*). LVCAN. 6, 458 (*amatoriis Thessal. carm.*) mens ... *non veneno* polluta ... -ta perit (*i.* '*evocata*' *sc. e sedibus ita, ut amentes fiant; vix i. q.* '*incantata*'. *cf. supra l. 16*). 6, 686 *magae* vox Lethaeos cunctis pollentior herbis -are deos ([*cf. de eadem re vs. 733* eliciam]. *sim.*: DRAC. laud. dei 2, 336 -vit [es- *B*, et cant- *M*[2]] ⌊agens animam⌋ [⌊ ⌋ *corr. Peiper*] maga nocte prophetae *Eli. v. supra l. 15*). TERT. mart. 1 p. 5 Oe. fugiat *diabolus* ... tamquam coluber -tus aut effumigatus (*cf. Beckmann, l. c. p. 11*[2]). COMMENT. Lucan. 6, 481 ('*terra vi carm. Thessal. concussa est*') etiam terra -ta ... axes concussit (*i.* '*e statu suo educta*').

b *morbos, vitia, mala ita cantando elicere, ut auferantur* (*v. supra l. 13; hinc per meram imag. infra l. 55. cf. syn. l. 54*): [CATO] agr. capp. 168 luxum ut -es (*cf. 160, 1* l. si quod est, hac cantione sanum fiet; *seq. carmen*). LVCAN. 9, 931 *Psyllus si quis serpentis morsu tactus est* volvit ... carmina ... lingua ... saepe ... pestis nigris inserta medullis -ta fugit (*cf. vs. 932* virus ... elicitum iussumque exire. *v. infra l. 59 et p. 1201, 82*). INCANTAM. Marcell. med. 15, 11 hanc strumam ... ha[n]c religione[m] evoco, educo, -o de istis membris medullis (*cf. p. 1055, 21*). *in imag.* (*v. l. 48; aliter infra l. 62*): HIER. adv. Rufin. 3, 43 p. 490[C] nolui mordere mordentem ... malui ... insaniam -are furibundi et ... libri antidotum venenato pectori infundere. AVG. epist. 231, 4 p. 506, 8 tumorem de amore laudis ... velut serpentis morsum medicinalibus verbis quasi -andum putavit (*cf. supra l. 52*). soliloq. 2, 14, 26 p. 897[extr.] quem credo ... otio ... perfecisse carmen, quo mortis metus -tus effugiat.

2 *laxius per similitud. quandam de vi omnino cantionis, verborum sim., qua quid (quis) evocetur* (*nota de oratore ex teste quasi incantando responsum eliciente: l. 72; coniung.* praecanto): PLAVT. Bacch. 27 nam credo cuivis -are cor potes[t] ([*v. adn. cr.*]. *pro* 'magicis carminibus obligare' *i.* '*incantare*' *[cf. anteced.] accipit* SERV. auct. ecl. 8, 71, *vix recte* [*v. supra l. 16*]; '*excludere*' NON. p. 102, 7). PROP. 3, 3, 49 nocturnae ... canes ... signa fugae, ut per te clausas sciat -are (-taurare *F*[1], -orare ς) puellas, qui volet austeros arte ferire viros. *aliter supra l. 38.* *nota* (*v. supra l. 63*): LVCIL. 63 quae ego nunc ⟨huic⟩ (*add. Marx*) Aemilio praecanto atque exigo et -o (*v. Marx ad l.*).

[**1. excapillātus** *v. s.* effafilatus, *p. 126, 24 sqq. et* expapillatus.]

2. excapillo, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* capillus. -capil-: *l. 76.* *i. q. capillos (mulieris vi) denudare* (*v. l. 78*): LEX Sal. capit. 1, 11 rubr. de muliere cesa vel -ilata ([-capillatam *1 g*, capill- *Eq*]. 1, 11, 1 si quis mulierem [*om. 1 a*] -verit, ut ei abonnis ad terra cadat. 1, 11, 3 m. ingenuam. *cf. Geffcken, ed. p. 246*).

excapio *v.* excipio.

excarnifico, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* carnifico. -carnu-: TER. *p. 1203, 26.* PRISC. gramm. II 402, 3 -o ... activum est et '*amplifico*' *eqs.* (*seq.* TER. Haut. 813; *v. p. 1203, 25*). GLOSS. *σαρκοφαγῶ.* GLOSS. -at excruciat (*v. p. 1203, 1*). *inde a* TER. (*p. 1203, 25*), CIC. (*p. 1203, 4*), SEN. min. 1 *sensu stricto: cruciati-*

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bus, tormentis sim. adhibitis dilaniare et discerpere, i. q. extorquere, excruciare (v. syn. l. 8. 13; c. vi fere aucta [sc. 'quasi ad interitum cruciare'; cf. infra l. 5. 6]. seq. ad: *infra l. 12. 18*): Cic. nat. deor. 3, 82 Anaxarchum Democriteum a Cyprio tyranno -tum accepimus (*seq.* in tormentis necatum) Sen. epist. 24, 14 mille ... instrumenta -andi particulatim hominis (*antea*: extorqueantur. *sic syn.*: Moys. Cypr. epist. 31, 3 p. 559, 5 inter ... tormenta ... extorto et excruciato [*v. l. 13*] et -to corpore [*ibid. l.* 18]. *cf.* Lact. mort. pers. 14, 3; *seq.* torquebat). Svet. Vit. 17, 2 apud Gemonias minutissimis ictibus -tus atque confectus est ([*inde* Oros. hist. 7, 8, 8 ictuum ... compunctionibus]. *sic c. abl. instr.*: Apvl. met. 6, 31 *puellam* tormentis [7, 2 *servum* t. vexatum ... ac paene ad ultimam mortem -tum]). Cypr. epist. 30, 4 p. 552, 9 qui se excruciandos (*v. l. 8*) et -andos pro evangelio furentibus tradidissent. Lact. mort. pers. 1, 5 iustos. Lvcif. non conv. 5 p. 13, 13 omnes tibi non adquiescentes ... deportati, proscripti, varie -ti, ... interfecti (*item* moriend. 6 p. 298, 5). Amm. 14, 5, 1 Gerontium. 14, 9, 6. 29, 1, 9 Fidustius -tus iam ad interitum.

2 *vi laxiore et magis attenuata: i. q. cruciare, vexare*: **a** *corporaliter*: Sen. clem. 1, 16, 3 uter ... praeceptor ... dignior, qui -bit (-at *A*) discipulos si memoria illis non constiterit ... an qui monitionibus ... emendare ... malit? (*cf. quae anteced.; vix ad bα, infra l. 24*). **b** *c. respectu animi: i. q. vexare, pungere*: *α alqm.* (*cf. et* Don. Ter. Andr. 183 p. 88, 7 'carnifex' ... -ans dominum *eqs.* [*v. vol. III 478, 77*]): Ter. Haut. 813 huius modi mihi res semper comminiscere, ubi me -es (*cf.* Schol. *ad l.* p. 123, 13 -es: crucies). Clavd. Don. Aen. 12, 25 p. 551, 1 (*ad* 'haec haud mollia fatu') quando ad causam venit *Latinus*, quae Turnum -are potuisset, si *eqs. cf. et supra l. 22.* *β animum*: Sen. dial. 5, 4, 3 age si exaudire voces ac minas vacet, qualia -ti animi verba sunt (*i.* 'ira vexati').

excarno, (-āvī), -ātum, -āre. *ab* ex *et* caro (*finitae formae post derivatum p. p. p.* -tus *ortae videntur; v. infra l. 48 et cf.* con-, decarno). [*ex coni. certa: l. 37.*] *i. q. carne privare, carnem demere*: **1** *corporaliter* (*pass. per imag. fere i. q.* 'tabefio', 'labefio': *l. 41.* *c.* ab *separ. ut verbum* 'exuendi': *l. 38*): **a** *generatim*: Itala Ezech. 24, 4 (Wirc.) crus et umerum -ta (*Roensch [It. u. Vulg.², add. ad p. 191], Skutsch;* et carn- *cod.*) ab ossibus (ἐκσεσαρκισμένα, *Vulg. aliter. v. vol. III 477, 13 sqq.*). Zeno 1, 12, 8 (*de caduca carne; in imag.*) pulmo ... sputamentis exesus ... gestatoris sui ossa denudat. nonne horrebit ... sibi quodammodo illa -ta umbra tractabilis? (*v. l. 35*). **b** *t. t. med. de resecanda carne excrescente* (*syn.* decarnare *l. 45*): Chiron 575 p. 184, 26 (*si pantex excreverit*) incipe pulmun⟨cu⟩lum secare vel ... panticem ab intus decarnare ... iam -ta aceto et oleo exaniabis. **2** *incorporal.: i. q. carnaliter vivendi (sim.) ratione exuere, liberare* (*nonnisi in verb. lusu c. v. q. e.* 'carnalis' *interced.*): Avg. c. Arrian. 14, 9 p. 695[a. extr.] eorum ... -etur intentio, qui carnalibus cogitationibus moliuntur *eqs.* (*sim.* serm. 140, 6 evangelium Ioannis limat et -at *mentes*, ut de deo non carnaliter, sed spiritualiter sapiamus).

excarsa *v.* excerpo.

ἐκτομή **excastrātio,** excisio Gloss. II 293, 8 (III 447, 44 -o ἐκτομή [481, 4]).

excastro, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* castrare. Char. gramm. p. 472, 14 B. (*inter verba act. coni. I*[ue]). Not. Tir. 45, 34 (*inter vocabb. a* 'castra' *derivata*) -at (*dub. signif.*). Gloss.[L] II Abav. ex 15 -tus excoliatus. Gloss. II 292, 51 ἐκτέμνω amputo, -o, excido (*v. infra l. 58*). **1** *proprie: i. q. castrare, amputare*: **a** *stricte: virilitatem demendo (refl.: l. 63; hircum* [*sc. de ἐνόρχα*] *l. 61. cf.* Gloss. II 304, 8 ἐξοπλίζω -o): Varro frg. Gell. 9, 9, 10 is ... latine 'caper' dicitur, qui -tus est (*v. vol. III 305, 77 sqq.*). Itala Matth. 19, 12 (cod. ff[1]) spadones, qui ab hominibus facti sunt et ... spadones, qui se ipsos -verunt (*εὐνούχισαν, cod. ff² et Vulg.* castra-). **b** *liberius in arte med.: i. q. praecidendo eximere* (*syn. l. 67*): Chiron 90 p. 30, 22 (*de glandula curanda*) scalpello vel sagitta intra medium aperito et -ato eas subtiliter: eximito ita, ne venam ... tangas (*Veg. mulom. 2, 24, 2* eximuntur). **2** *trslt.: i. q. corticulo exuere*: Scrib. Larg. 9 p. 9, 7 sinapi ex aceto tritum et non -tum gargarizatum *eqs.* (*inde* Marcell. med. 1, 9 s. ... sed non -tum).

Petron. 67, 10 quid, inquit Habinnas, **excatarissāstī** me, ut tibi emerem fabam vitream (*vid. ad gr. καθαρίζω redire [sic Buech.] et significare 'pecuniā exuisti, exhausisti me' [cf. Funck, ALL 3, 1886, 410]; ad serm. med., sc. de καθάρσει [i. 'purgatione alvi']. eadem fere vi refert Suess, de eo quem dicunt eqs., Dorpat 1926, p. 10 [v. et Goldberger, Glotta 20, 1931, 112 adn. et 115]. aliter alii explicant*).

Arivs epist. ad Euseb. (Opitz, Athan. Werke III 1, Urkd.) 1, 3 p. 2 Hellanicum et Macarium, homines hereticos qui **excatēchizātī** (ex catheziz- *trad.*) sunt (*i.* 'non catechizati' *sc.* 'ineruditi'; *cf. eandem rem ap. Cassiod. hist. 1, 15 p. 914*[C] h. haereticos, ineruditos [*Theodoret. 1, 5, 2 p. 26, 15 P. ἀνθρώπων αἱρετικῶν ἀκατηχήτων*]).

excavātio, -ōnis *f.* *ab* excavare. *i. q. actus cavum reddendi* (*de aqua. cf.* Gloss. Vatic. Reg. 203 ed. Merchie, Musée Belge 26, 264, 58 allu⟨v⟩ium sive alluvio -o riparum ab aquis): Sen. nat. 4, 3, 4 ('*saxa cavantur aqua*') haec ipsa -o (cav- *δ*) rotunda fit *eqs.* (*seq.* cavat). *cf. et l. 19.*

excaudico *v.* excodico.

? **excavet** praecavet Gloss. V 292, 38 (598, 5. *cf. s.* excanet, *p. 1201, 79*).

excavo, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* cavare. *scrib.* -cab- (*cf. et l. 11*): Colvm. *infra l. 55;* Plin. *l. 41. p. 1205, 5.* Not. Tir. 99, 31 -at. *in gr. respondent: διατρυπᾶν: p. 1205, 4; τρυπᾶν: p. 1205, 6.* *κολάπτειν: infra l. 66.* *διάκενος: p. 1205, 19.* *legitur inde a* Varrone, Cic. (*v. l. 24. p. 1205, 12*). [*it.* scavare. *M.-L.*] [*variat c.* cavare: *infra l. 48.* *c.* excub- (*ex* excab-; *v. l. 6*): *p. 1205, 5.*]

i. q. cavum reddere, cavare (*cum variis modis velut effodiendo, eruendo [v. infra l. 38. 42. p. 1205, 5. 10; i. q.* '*effodere*' *infra l. 69], tundendo [cf. e. g. infra l. 23. 63] sim., tum forando [i. q.* '*perforare*'*; e. g. infra l. 29. 49 sqq. 64. 77. 83; cf. syn. infra l. 33. 57]; cf. infra l. 30. 61. 62. 65* [rostro; *sic et p. 1205, 2*], *ubi per abl. instr. expresse instrum. -andi additur. de vi aquae eluentis, erodentis [cf. et supra l. 1]: infra l. 35. 46 [fere i. q.* '*sinuosum reddere*'*: infra l. 46]. audacius i. q.* '*profundius facere*' *infra l. 74*): **1** *sensu latiore* (*obi. subaud.: infra l. 54. cf. etiam*: Plin. nat. 10, 196 alia latitudine *rostri* eruunt, alia acumine -ant [*v. supra l. 15*]): **a** *res*: *α generatim*: Ⓘ *varias res corporales*: Varro rust. 3, 5, 14 circum falere et navalia sunt -ta anatium stabula (*cf.* Colvm. 8, 8, 3 *tabulati* parietes ... continuis cubilibus -entur. 8, 17, 6 debent ... similes [*sinuosis recessibus in piscina*] velut cellae parietibus -ari). Fest. frg. p. 347, 20 -t⟨as ...⟩ sedes (*opp.* solida sella). Arnob. nat. 6, 14 p. 226, 17 *simulacra* terebrarum -ta vertigine (*cf. infra l. 53*). Pallad. 2, 14, 3 caprini stercoris bacam subulā. Apic. 4, 118 panem Alexandrinum -bis *et* ... macerabis (*sc. ad eximenda mollia. aliter p. 1205, 21*). Ⓘⓘ *res naturae: terram, solum, montes sim.*: Vitr. 2, 6, 2 in montibus ... Baianis sunt loca sudationibus -ta ([*seq.* perforat]. Sen. epist. 90, 17 l. ... quolibet casu -ta in specum recesserunt. Pavl. dig. 39, 3, 2, 7 [*ex Labeone*] si in agro tuo aquarum concursus locum -vit *eqs. aliter p. 1205, 5*). 2, 6, 3 *inveniuntur* montibus (*Iocund.*, in omnibus *x*) -tis calidi vapores (*cf.* Plin. nat. 37, 65 eruuntur *smaragdi* circa Copton ... collibus -tis [*B*, ex cautibus *rell.*]. *cf. et infra l. 43*). Sen. epist. 41, 3 specus ... naturalibus causis in ... laxitatem -tus (*aliter p. 1205, 1*). Plin. nat. 9, 57 vado maris -to *a torpedine.* 10, 95 ripas *harundines.* 11, 98 (-cab- *F*; -tab- *R*). 33, 1 persequimur omnes *terrae* ... fibras vivimusque super -tam (*B*, -to d^1 *al.*; -tos montes [*v. l. 36*] d^3h). Arnob. nat. 2, 17 p. 62, 6 telluris sola (*seq.* in fossilibus foveis). Hier. epist. 22, 13, 1 (*in imag.*) *superbus inimicus* quot petras -et et habitet coluber in foraminibus earum (*cf.* Vvlg. Iob 14, 19 lapides -ant aquae). *nota de terrae sinuosis flexibus* (*v. supra l. 20*): Plin. nat. 3, 5 *oceanus* terras ... lambit, Europam vel maxime recessibus crebris -ans (cav- F^1R^1a) *eqs.* Ⓘⓘⓘ *arbores, herbas, fruges: fere i. q. perforare* (*sim. de vermiculis* corticem *-antibus*: Plin. nat. 12, 96; *syn. fere* erodant. *v. p. 797, 37*): Cels. 4, 26, 7 malum Punicum -are exemptisque ... seminibus *eqs.* ([Plin. Val. 1, 11 testam mali granati ... -tam]. *cf.* Apic. 4, 183 cucurbitas). Colvm. 4, 29, 16 *terebra Gallica* sic -at truncum (*v. l. 59*), ne foramen inurat (*item* [*obi. sc. suppl.*]: arb. 8, 4 -at [-cab- *SA*[1], *corrupt. in rell.*] nec urit quia non scobem, sed ramenta facit [*inde* Plin. nat. 17, 116]. *cf. et supra l. 29*). 5, 6, 17 arbor ... -etur usque in medullam (*cf. Plin. nat. 17, 252* foratis). Plin. nat. 13, 125 *thapsiam* in ipsa ... radice (*cf.* 26, 60 radix *scamonii* ... -atur). Firm. err. 27, 1 p. 69, 14 *arboris* trunci media pars subtiliter -atur (*v. l. 53*). Pallad. 3, 29, 3 sarmentum frugiferum putatae vitis (*cf. Geopon. 4, 7, 3 τὴν ἐντεριώνην λαμβάνουσιν*). *ibid.* in -ta parte. 4, 9, 9 *rubos et ferulas* ligneo stilo. Ⓘⓥ *partes corporis* (ulcera *i.* '*tundendo*' *effodere [v. supra l. 14]: l. 65.* *in amplificatione de vulva partu forata: l. 67.* *cf. et p. 1205, 18*): Plin. nat. 10, 204 *aegithus avis asino infesta* advolans ulcera eius rostro -at (*Arist. hist. an. 9, 1 p. 609*[a]*, 35 κολάπτει ἐπιπετόμενος τὰ ἕλκη αὐτοῦ. v. l. 62*). Mart. 7, 20, 11 *collocatur in mappa* -tae pellis indecens volvae *suis* (*v. l. 64*). Cassiod. inst. div. 5 p. 1116[B] ut sinistrum eius oculum fuisse -tum orbis profundissimus indicaret (*v. l. 14*).

β t. t. architect.: Ⓘ *de striis in doric. columnis cavandis* (*opp.* planus *l. 73*): Vitr. 3, 5, 14 columnarum striae faciendae sunt XXIIII ita -tae, uti norma in cavo striae *eqs.* 4, 3, 9 sin ... -buntur *columnae* (*opp.* planae. *ibid. iterum*). Ⓘⓘ *de aequore, solo profundius reddundo* (*v. supra l. 21*): Vitr. 5, 11, 3 (*porticus palaestrae*) margines habeat uti semitas ... mediumque -tum, uti gradus sint in descensu ⟨a⟩ marginibus ... ad planitiem.

b *alqm.: i. q.* '*perforare*' *(cf. Priap. 76, 3) obscaene* (*de pedicatione*): Priap. 51, 4 quisquis in nos incidit, luat poenas et usque curvos -etur ad lumbos.

2 *vi strictiore c. obi. q. d.* '*effectus*'*: i. q. cavando efficere*: **a** *per fig. etym.: cava, cavernas, foramina sim.* (*in alleg. p. 1205, 8*): Vitr. 10, 4, 2 secundum axem *tympani* (*sc. in organo ad aquam haur. destinato*) columbaria fiunt -ta in singulis spatiis (*cf.* 10, 9, 6 in theca ... tympani ... foramen -etur). Plin.

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nat. 5, 45 (= Sol. 31, 3) Trogodytae specus -ant (*aliter p. 1204, 39*). 9, 82 *draco marinus* cavernam sibi rostro mira celeritate -at ([*Arist. hist. an. 9, 37 p. 621ª, 4 εἰς τὴν ἄμμον καταδύεται ταχὺ τῷ ῥύγχει διατρυπήσας*]. *cf.* 10, 126 scrobes -are rostro *aves Diomedias*). 11, 93 *asperitate dorsi cicades* -ant (-cab- F^1, -cubant R^1) feturae locum in terra (*Arist. l. c. 5, 30 p. 556ª, 30 τρυπῶντες ᾧ ἔχουσιν ὄπισθεν ὀξεῖ. aliter p. 1204, 33*). Cassiod. in psalm. 68, 17 p. 484ᴬ puteus ... est terrae altius -ta profunditas. *alleg.* (*v. p. 1204, 82*): Cassiod. in psalm. 7, 16 p. 72ᶜ (*ad* 'lacum aperuit et effodit eum') talis ... fuit lacus iniquitatis, quem Iudae pravitas -vit.

b *acced.* ex (de *l. 15*) *i. q. cavando ex materia quadam fabricari alqd.* (*arte sc. adhibita*): Cic. Verr. II 4, 62 erat etiam vas vinarium, ex una gemma pergrandi trulla -ta, manubrio aureo (*v. adn. cr.*). Vitr. 9, 8, 1 hemicyclium -tum ex quadrato *eqs.* (*v. p. 558, 68*). Veg. mil. 2, 25 p. 60, 15 scafas ... de singulis trabibus -tas (3, 7 p. 81, 5 scafulas ex s. tr. -tas).

p. p. p. **excavātus,** (-a, -um) *i. q. cavus*: **1** *proprie*: Marcell. med. 12, 16 si -us fuerit dens, inicitur in cavernam eius *eqs.* (*cf. p. 1204, 62*). **2** *meton. (in versione graeci διάκενος): i. q. vilis, spernendus*: Itala num. 21, 5 (Lugd.) anima ... nostra adfligitur ad panem hunc -um (*ἐν τῷ ἄρτῳ τῷ διακένῳ τούτῳ, Vulg.* super cibo isto levissimo. *aliter p. 1204, 30*).

? **excautus** intentus Gloss.ᴸ V Abba ex 130 (*an* ex⟨pertus⟩: cautus i. *?* [*cf. VAa E 914*]). *K.-M.*

excēdenter *v.* excedo, *p. 1211, 5.*

excēdo, -cessī, -cessum, -ere. *ab* ex *et* cedere. *de formis et scriptura*: exsc-: Inscr. christ. Diehl 367. ec-: Gloss. II 293, 61 *ἐκχωρῶ* -o ecedo (*an* ⟨d⟩e-*?*). excid-: *in tit. (sc.* ē *et* ĭ *in vulg. pronunt. immutatis) v. p. 1207, 72 sq.; inde et perf.* excidi (*quasi ab* excĭdere) *pro* -ssi *p. 1207, 16; cf.* Gloss. *l. 39*; Serv. *p. 1206, 6. perf.* excedisse *trad.* Pavl. dig. 19, 1, 43 *p. 1208, 22* (excrevisse *coni. Ed. Fraenkel, Hermes 60, 1925, 429*). *perf. subi.* -ssis Ter., *l. 50. inde* Gloss. -ssis: discessis, discedas. fuerunt -ssura *p. 1210, 74. pass. intr.* -ssum est *l. 82. p. 1206, 18. part. perf. sensu act.* -ssus *p. 1208, 44; fort. etiam* Gloss. V 413, 20 -ssus: extulit se (*at v. Hessels, lat.-anglos. gloss., p. 108 et cf. p. 1228, 51*). *de notione*: Gloss.ᴸ V Abba ex 2 -it errat. Gloss. abire, effugire. *ἐκχωρῶ.* -o (exuedo II 303, 6) *ἐξέρχομαι.* -unt *ὑπερβαίνουσιν* (-ssit *παρέβη, ὑπερέβη*). -ssit: exiit, excidit. *παρῆλθεν.* Not. Tir. 11, 4 -it. 11, 18 -ssit. *inde a* Plavto, Ter.; *non habent ex gr.* Lvcr., Catvll., Hor. *posterioribus temporibus fere non nisi notiones 'mori', 'peccare', 'transgredi' exstant.* [*variat c.* excid-: *v. p. 1206, 20. 1207, 43. 78. 1209, 78. 1210, 35.* Tert. apol. 46, 17 (-cid- *F recte*) *v. s.* excĭdo. *restit.* -ced- (*pro* -cĭd-): Varro *p. 1207, 81. conicitur*: Plin. nat. 19, 142 (excell- *trad.; v. p. 1213, 2*). *dub. interpr.*: Pavl. dig. 22, 1, 17 pr. haec constitutio ad finitum modum -it.]

6 *apud Christ.* -us mentis *i. q.* ἔκστασις (*nota in gr. respondere v. q. e.* ἔκστασις [ἐξίστασθαι *p. 1230, 9*], *cf. l. 74 sqq.: non tamen c. genet. acced. [praeter* GLOSS. *p. 1228, 57; v. et l. 77], sed absol. positam*): a *in bibl. sacr.* (*praeter l. 73* VVLG.): VVLG. psalm. 30, 23 dixi in -u mentis meae. 67, 28 IV Esdr. 5, 33 *al.* act. 10, 10 cecidit super eum *Petrum* mentis -us. 11, 5 vidi in -u m. *deest* mentis: VVLG. psalm. 115, 11 dixi in -u meo. *in* ITALA: gen. 15, 12 (Ambr. Abr. 2, 9, 61) -us cecidit super eum (*Vulg.* sopor). b *in vel pro interpr. vocis gr.*: TERT. anim. 45 p. 374, 10 hanc vim ecstasin dicimus, -um sensus et amentiae instar. HIER. epist. 106, 17 (*anteced.* psalm. 30, 23) aliter ... Latinus sermo ἔκστασιν exprimere non potest nisi mentis -um. in Os. 5, 8/9 p. 55 *al.* AVG. gen. ad litt. 8, 25 p. 264, 8 in ... -u spiritūs. quaest. hept. 3, 29. epist. 80, 3. *cf.* GLOSS. V 499, 32 -um stuporem (*cf. p. 1230, 4*). 547, 32 -u dubitatione. *v. et p. 1206, 79 sqq. cf. p. 58, 48 sqq.* c *apud eccl.*: TRACT. in Luc. 5, 10. AMBR. hex. 2, 2, 7 humanae ad caelestes sonos m. -u. in psalm. 13, 24 p. 295, 12 *al.* HEGES. 1, 37, 7 p. 77, 22 *al.* HIER. in Ier. 4, 9 p. 55, 15 RVFIN. hist. 5, 16, 7. 5, 17, 1 in m. -u, id est per amentiam prophetari. PAVL. NOL. carm. 16, 164 carm. app. 1, 94 AVG. epist. 80, 3 p. 348, 23 *al.* CASSIAN. conl. 19, 4, 1. 19, 5, 2 spiritales. inst. 2, 10, 1 *al.* LEO M. serm. 51, 5 p. 311^{C}. *al. saepe.* d *liberius*: AMBR. Isaac 6, 50 anima ... velut soporata ... et quasi in -u vel stupore (*v. p. 1229, 80*) posita. PAVL. NOL. carm. 33, 76 mens ... -u (*Hartel*; excursu *codd.*) redit (PALLAD. hist. mon. II 15 p. 371^{A} de -u). CASSIAN. conl. 3, 7, 3 mens ... in huiusmodi rapiatur -us (*aliter l. 30*). EVCHER. form. 4 p. 22, 5 volatus: sanctorum -us in deo. MVTIAN. Chrysost. hom. 5, 1 p. 272 $^{med.}$ -um patior (*gr.* ἐξίσταμαι). *quaedam similia v. s. 7.*

7 *deviatio ab officio, honesto, sano, i. q. immoderatio, vitia libidinis sim., peccatum, praevaricatio* (*fere nonnisi ap. Christ.* GLOSS. V 499, 33 -bus: erratibus. *cf. p. 1228, 49*): a *per affectum vel libidinem ab eo quod licet sive decet*: VAL. MAX. 8, 2, 4 tam minuti a pudore -us. TERT. apol. 9, 19 ab stupris et ab omni post matrimonium -u (*sim.* 22, 4. spect. 2 p. 3, 25 *non* sumpsimus ... genitalia ad -us impudicitiae. castit. 4 p. 743, 17 Oe. *cf.* AVG. bon. coniug. 11, 12 in ea ... vel unus vel rarus -us. nupt. et concup. 1, 24, 27 p. 239, 18 -bus concumbendi. *al.* CASSIAN. conl. 21, 33, 2 adulteriorum. AVELL. p. 433, 14 concupiscentiae. *cf. quaedam sub 8 allata infra l. 44. 51*). ANTH. 794, 29 lapsus in -us tantos, ut *eqs.* SORAN. p. 32, 14 ebriositatem ... vitare omnesque -us (*sim.* p. 105, 5 cibi [MVTIAN. Chrysost. hom. 29, 4 p. 425 $^{med.}$ ciborum; *gr. respondet* πλησμονή]. CAEL. AVR. chron. 5, 2, 42 ceterarum rerum). PRVD. c. Symm. 2, 991 -u moderaminis (*i. a mod.*). HESYCH. in lev. 11, 2 p. 904^{D}. MACR. Sat. 1, 19, 6 ad ... furoris -um. CASSIAN. conl. 22, 3, 1. 5. CASSIOD. anim. 10 p. 1298^{C} corporeis. *et al.* b *in universum* (*plerumque plur.*): LEO M. epist. 14, 1 p. 672^{A} amputato ... usurpationis -u. 16, 6 p. 702^{B}. 104 Conc.^{s} II 4 p. 57, 9 illicitos declinet -us (*gr.* παραβάσεις). serm. 50, 2 p. 307^{A} immoderatos (*opp.* licitos usus). *al.* PS. LEO M. humil. 16 p. 175^{B} ne ... mens ... in superbiae rapiatur -us (*aliter supra l. 7*). AVELL. p. 386, 4. 449, 16 gravissimi. 484, 4 (*syn.* praevaricatione). *al.* SACR. Leon. p. 309 (*syn.* peccatis). SACR. Greg. 53, 1 noxiis. 54, 2 humanis. *al.* CONC.^{s} I 3 vers. Tur. p. 109, 28 (*gr.* πταισμάτων). I 4 p. 36, 29 (*gr.* πλημμέλημα). ENNOD. epist. 4, 12, 4 p. 107, 25 -uum multitudinem (5, 17, 1 p. 139, 14 sectator. opusc. 2, 58 p. 305, 20 *al.*). opusc. 2, 52 p. 304, 6 iuvenilibus. *al. saepe.* CASSIOD. in psalm. 73 pr. p. 525^{A} (*syn.* peccatis). 103, 15 p. 734^{A} praesumptionis. var. *saepe* (*v. ind. 3 ed. Momms.*). GREG. M. moral. 28, 20 p. 460^{B} (*syn.* flagitiis). BENED. reg. 45. *et al.* c *usurpatur de multitudine violenta in direptione sim. ecclesiarum*: COD. Iust. 1, 3, 10, 2 vindictam tali -ui imponere (*aliter Cod. Theod. 16, 2, 31*).

8 *ad* excedere *transit. i. q. nimietas, transgressio modi*: TERT. scorp. 5 p. 155, 3 fellis (*in aegroto*). anim. 27 p. 345, 18 -us (*i. adulteria sim.*), non status *concubitus* (*sc. in matrimonio*) est impudicus (43 p. 371, 23 statu; *opp.* decessu [*i. deminutione*] vel -u. adv. Marc. 1, 29 p. 331, 12. *aliter supra l. 15 sqq.*). PROB. inst. gramm. IV 73, 2 nomina ... quattuor -ūsve (*i. pluribusve, cf.* excedere *p. 1208, 33*). syllabis constituta (*sim. de numero qui restat post divisionem*: BOETH. mus. 2, 9 p. 238, 16). AVG. c. Iul. 2, 5, 13 p. 682 $^{fin.}$ (*sc. voluptatis*). 3, 12, 26 p. 715$^{p.\,med.}$ de genere et specie, et modo (*cf. p. 1228, 72*) et -u concupiscentiae (nupt. et concup.^{I} 1, 24, 27). quaest. hept. 7, 5 p. 453, 23 refringere ... nimiae prosperitatis -um. TYCON. 4 p. 37, 23 in -u speciei (*antea: dominus* excedit speciem *hominis*). LEO M. epist. 68 Conc.^{s} II 4 p. 76, 33; *sc. temporis* (*antea*: limites ... excedens). serm. 82, 6 *Neronis* furor per ... vitiorum inflammatus -um.

Leumann.

excetra, -ae *f.* [*inc. orig. W.* (*v. Walde-Hofmann*^{3}, *s. v.*).] *scribitur*: -ecrata (*v. p. 1231, 27*), -etra (-scedra, -edra): *v. p. 1231, 4. 7* (*cf. infra l. 75*); -creta (scrett- *sim.*): *v. p. 1231, 20. 46* (*cf. l. 74 et infra l. 83*); -erta (*v. infra l. 81*); ex ceter-, et ceter- *sim.*: *v. l. 76. p. 1231, 33. 46* (*fort. et* cetera [*?*]: *p. 1231, 12*). *in* GLOSS. *depravate* (*in gloss. dub.*) estidra, estrita: *v. l. 65 sqq. secund. syll. brevem inprimis probant*: PLAVT. Cas. 644 (*in vs. Diphil.*). Pseud. 218 CIC. carm. frg. *p. 1231, 8. de notione*: GLOSS. *v. l. 79. p. 1231, 1 sqq. 18 sqq. corrupta*: GLOSS. IV 65, 41 estidram quam veteres canapum (*?*) nominarunt (511, 40 *al. cf.* IV 233, 9 estrita canapum [*v. p. 1231, 21*]. *duas gl. in unam coalitas et contaminatas probab. statuit Theander, ad gloss. comment., diss. Uppsala 1907, p. 41 sqq.* [*sc.* -a hydra *et* ⟨exedra⟩ canap⟨i⟩um]. *cf. et Gloss. I p. 331 adn. 1*). *cf. et infra l. 81 sqq. legitur inde a* PLAVTO (*ter*), CIC., LIV. (*e coni. ut* APVL., TERT.; *v. l. 73 sqq.*), AMPEL. *sing. locis. locos dedimus omnes praeter aliquot* GLOSS. *exempla.*

[*restituitur* (*cf. p. 1231, 20*): LIV. 39, 11, 2 (exterae *trad.*). APVL. met. 10, 28 (excreta *[?] F*, exceterū φ). TERT. patient. 5 p. 9, 15 (-etra, -edra, et ecclesia *trad.*). DON. Ter. Eun. 825 p. 450, 16 (*Westerhov.*, et cetera *trad.*). *dub.*: HIER. praef. Vulg. Esdr. (*de Rufino, cf. p. 1231, 40*) licet -a (hydra *al.*) sibilet. in Soph. 3, 20 p. 1387^{A} (*v. adn. cr.*). *cf. et p. 1231, 33. 36. 39.*]

i. q. hydra, serpens (GLOSS. ὕδρα): 1 *proprie*: a *strictius de hydra illa Lernaea: cf. def. et explic.*: AMPEL. 2, 4 ad hydram Lernaeam, quam nos -am (exertam *M*) dicimus. SERV. Aen. 6, 287 *hydra* fuit in Lerna ..., sed latine '-a' dicitur, quod uno caeso tria capita excrescebant ([*item* ISID. orig. 11, 3, 34. 12, 4, 23]. *sim.*: MYTHOGR. 1, 62 t. capita crescebant [2,

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

163]. *cf. p. 1230, 59*). GLOSS.^{L} I Ansil. sc 56 ideo -a dicta est ⟨h⟩ydra, quod scateret percussa in multitudinem capitum. sic Plautus (*v. l. 25*) multorum penium receptatricem vel malam ancillam -am ⟨dicit⟩, quod ab ea venena scateant (*cf. l. 16*). EX 228 -dra serpens Lernae. *cf. et* GLOSS.^{L} IV Ps. Plac. E 10 -a multiplex serpens. PLAVT. Persa 3 (*comparantur Herculis aerumnae c. aerumnis amoris*) cum lenone, cum -a (*A*, et c. ex scedra *P*), cum cervo, cum apro Aetolico . . . deluctari mavelim *eqs.* CIC. carm. frg. 33 (Tusc. 2, 22), 37 haec dextra Lernam tactra mactata -a pacavit (*Soph. Trach. 1094* Λερναίαν θ' ὕδραν). *cf. et infra l. 16 sq.* ? **b** *laxius de ceto quodam marino*: POL. SILV. nom. anim. chron. I 544, 13 (*inter natantia*) ecinais, cetera, lucerna, draco (*v. vol. III 965, 16 et cf. p. 1230, 61.* 'an citharа *i.* κίθαρος *?, cf. vol. III 1199, 44 s. v.* 1. citharus'. *Heraeus*).

2 *translate: cogitatur de serpentis malitia, versutia sim.* (*hic illic c. vi aucta, sc. de malo monstri illius Lernaei instar continuo quasi nova maleficia pariente* [*v. e. g. infra l. 19. 29. 31. 42; cf. l. 4*]): *cf.* GLOSS.^{L} I Ansil. EX 225 -a secunda (fec- *Goetz*) est velut inex⟨h⟩austae malitiae, hoc est ⟨h⟩ydram, quem veteres nominarunt (*cf. l. 21*). III Abstr. EX 103 -a (-cret- *codd.*) plena malitia, hoc est hydra (ira *trad.*), quam veteres canapum (*v. p. 1230, 66*) nominarunt. **a** *convicii loco de hominibus nefariis, maleficis, astutis sim.* (*in allocut.: l. 26 sqq.*): α *de feminis* (*cf.* DON. Ter. Eun. 825 p. 450, 16 aptum convitium . . . in ancillas: 'venefica' . . ., 'lupa', 'vipera', '-a' [*v. p. 1230, 75*]. *cf. l. 27 sqq.*): PLAVT. Cas. 644 (*Lysidamus ad Pardaliscam*) iam tibi . . . cerebrum dispercutiam, -a (-ecrata *P*) tu, ludibrio . . . quae me habuisti (*item in allocut.* [*v. supra l. 23*]: Pseud. 218 [*Ballio ad ancillam*] ain [en *P*], -a tu? *cf l. 24*). LIV. 39, 11, 2 Hispalae concubitu *eqs.*, illius -ae (*v. p. 1230, 73*) delenimentis et venenis imbutum *iuvenem*. APVL. met. 10, 28 tam multiforme facinus -ae (*v. p. 1230, 74*) venenatae dilatione . . . passus *praeses* marcescere *eqs.* β *de viris* (*cf. etiam infra l. 48*): HIER. epist. 6, 2, 2 licet me sinistro Hibera -a (ex ceter-, et ceter- *pars codd.*) ⌊rumore⌋ (⌊ ⌋ *v. adn. cr.*) dilaniet *eqs.* (*notatur fort. Lupicinus Strid. [v. Grützmacher II 113, adn. 6]. cf.* c. Lucif. 15 p. 169^{A} [*at lect. dub.*]). in Hab. lib. 2 praef. p. 1307^{A} sibilet . . . -a et Sardanapallus insultet ([in Nah. 3 p. 1261^{C} ne . . . -ae et S. reprehendendi occasionem praebuisse videamur. *at v. adn. cr.*]. in Nah. 3 p. 1255^{B} quod nuper in -a [*?*, in hac terra *al.*] vidimus. *sunt qui Rufinum [v. p. 1230, 76] significari putent; at cf. Grützmacher, II 112 sqq.*). *v. et p. 1230, 77 sq.*

b *de ipsis peccatis* (*acced. gen. explic., cf. supra l. 16*): TERT. patient. 5 p. 9, 15 talis . . . -a (*v. p. 1230, 74*) delictorum cur non dominum offendat?

c *de satana* (*cf.* anguis, draco): HIER. epist. 147, 8, 2 tu, bonae spei columen, -ae (-cetere *J*; screte, secrette *sim. al. codd.*) stimulis inflammatus . . . contra me conviciorum sagittas iacis (*vix ad l. 32 ref.*).

exchalcio, -āre. *ab* ex *et* χαλκός. *i. q. aere denudare, nummis exuere* (*in lus. verb. c. v. q. e.* excalcio): PORPH. Hor. sat. 1, 8, 39 *v. p. 1197, 55.*

?exc(h)ōrepiscopus, -ī *m.* *ab* ex chorepiscopo. *i. q. dignitate chorepiscopi exutus*: VERSIO prisca canon. Antioch. III (Turner, monum. II p. 262) *si* temptaverit *corepiscopus* . . . transgredi patrum constituta, degradari eum ab honore . . . et -corepiscopum fieri ('*ceterum translatio falsa est et vocab.* -us *a translatore indocto inventum' Schwartz*).

excidiālis, (-e). *ab* excidium. *i. q. exitialis*: HEGES. 5, 42, 5 p. 389, 20 illum esse diem -em (-abilem, d *ex* t *B*).

excidio, -ōnis *f.* (-cīd- *v. l. 61*). *ab* excindo, *ut vid.* (*cf.* excidium *et* PLAVT. *l. 70* [-ĭ-]. *contra* -cīdio: PAVL. FEST. p. 80 -em urbis [*v. infra l. 72*] a caedendo dictam manifestum est. *v. Hofmann, Et. Wtb. p. 355; Schulze ap. Hofmann, IF 38, 1919, 176*^{2}. *at fort. re vera duae voces i.* -cĭdio *et* -cīdio *extitisse putandae sunt; cf.* abscīdio, occīdio [*v. et Leumann, Laut- u. Formenl., p. 240*]). GLOSS.^{L} III Abol. EX 52 (*cod. a*) -o eversio (-dit *v*, -dium *Lds. cf.* GLOSS. V 291, 28). [*var. lect.* -cisio: HEGES. *l. 71.* -cessio: *l. 73.*] *i. q. demolitio, excidium* (*nonnisi oppidi; acced. gen. obi. [v. et l. 62]: l. 72 sq. cf. et* excisio): PLAVT. Curc. 534 non . . . mediocri incedo iratus iracundia, sed eapse illa qua -em facere condidici oppidis. HEGES. 2, 15, 8 p. 177, 25 instrumenta in -em (*CV*, -cis- *rell., Ussani vix recte; cf.* excidialis) urbis advecta (IORD. Get. 287. *v. et l. 52*). MARCELL. chron. II p. 103, 534, 33 Carthago . . . anno -is (-cessionis *S*) suae nonagensimo sexto . . . recepta est.

1. ×excidium, -ī *n.* *ab* excindo (*cf. Hofmann, IF 38, 1919, 175 sq.; Et. Wtb. s. v. discidium*). exscid-: TAC. ann. 13, 56. NOT. Tir. 11, 54 *sq.* -um, discidium. *de notione*: CHAR. gramm. p. 461, 47 B. κατασκαφή (GLOSS.). GLOSS.^{L} III Abstr. EX 1 expugnatio. Abol. EX 150 eversio civitatis (*v. p. 1232, 13*). GLOSS. ἐκκοπή, καταστροφή, ἄλωσις (*cf. p. 1232, 36*), πόρθησις. *al.* (*confus. c.* exitium *e. g.* GLOSS. IV 67, 16; *contam. c.* discidium *e. g.* IV 236, 13 V 420, 14). DIFF. ed. Beck p. 55, 11 inter -um et exitium: '-um' urbium eversio est (*v. p. 1232, 13*), 'exitium' mortalium. *plur. hic illic pro sing. usurpatur* (*metri gratia*: VERG. *p. 1232, 72* [*acced.* una]; *vi quodammodo auctiva*: LIV. *infra l. 15.* FIRM. *infra l. 31.* CHRON. Gall. chron. I p. 630, 11 ad -a tyrannorum; *sine perspicua ratione ap. Christ., e. g.*: PRISCILL. *p. 1233, 49.* RVFIN. *infra l. 36* [*gr. sing.*]. HEGES. 5, 14, 4 p. 317, 30 superioris urbis -a petebat. *al.*). *inde a* PLAVTO *infra l. 66*; SALL. *infra l. 14. p. 1233, 12*; VERG., MANIL., GERM. *al.*

[*var. lect.*: VAL. MAX. 7, 3 ext. 4 -um *in ras. A*^{1}, *Paris* (-ercitũ *L*, -itium *dett.*). discidium: *infra l. 81.* excessus: *p. 1233, 56.* exitus: *v. l. 24. cf. et infra l. 18. 24.* *ex coni.*: CAPITOL. Gord. 7, 2 *Puteanus* (& iudium *P*).]

1 *proprie: i. q. destructio, eversio, devastatio sim.* (*maxime locorum; fere i. q. ruina: infra l. 19.* GLOSS. *v. p. 1231, 78 sqq.*): **a** *c. genet.*: α *obi.*: Ⓘ *aedium, urbium, operum erectorum* (*cf. p. 1231, 79*): SALL. hist. frg. 1, 11 post Carthaginis -um (LIV. 29, 1, 13 -a [-um *Wesenb.*] agitabat animo. VAL. MAX. 2, 10, 4 ad -um eius [*i. C.*] alebatur. FLOR. epit. 3, 12, 3 a C., Corinthi Numantiaeque -is. *al.*). VERG. Aen. 5, 626 post Troiae -um ([exit- γ^{1}. MANIL. 1, 508; *seq.* eruta regna. SOL. 1, 28 *al.*]. 10, 46 per eversae . . . fumantia T. -a obtestor [*v. supra l. 12*]. PLIN. nat. 16, 216 SYMPH. 267. *passim.* *cf.* SOL. 11, 25 post Ilii -um. *v. et infra l. 24. 79*). LIV. 1, 52, 3 urbium -a vastationesque agrorum (5, 19, 2 [*opp.* servandae . . . patriae]. 21, 16, 6 *saepius*. SEN. suas. 2, 1; *seq.* victarum gentium. *al.* VELL. 2, 4, 3. VAL. MAX. 1, 8, 6 Thurinae urbis [-itum $L^{1}A^{1}$, -itium L^{2}. LACT. inst. 1, 23, 4 Troianae. *sim. al.*]. *al.* SEN. dial. 12, 7, 4 epist. 91, 11 CVRT. 4, 3, 23 *al.* PLIN. nat. 16, 199. FLOR. epit. 3, 22, 8 [*antea*: populationes agrorum]. AMPEL. 46, 6 imminentem urbis *Romae* -o Hannibalem. AMM. 19, 9, 9 *al.* SALV. gub. 6, 87 post tot eversae u. -a. *persaepe. cf. p. 1231, 72*). 4, 61, 11 *Artenae* (*antea*: delevere). 21, 16, 1 Sagunti (21, 39, 8 ante. *al.*). 28, 39, 7 (*Saguntini*) ut iterum periremus et alterum -um patriae videremus (FIRM. math. 6, 30, 12 p. 143, 5 ex nuptiis *Paridis* . . . fabulosa p. -a contigerunt. *cf. infra l. 52*). 41, 11, 9 trium oppidorum. *al.* CVRT. 8, 1, 33 Thebarum. *al.* TAC. hist. 4, 15, 3 -is castellorum imminebant (*cf.* 4, 72, 1 castrorum; *antea*: coloniae ruinas [AMM. 20, 7, 8 *al.*]). *al.* TERT. resurr. 22 p. 55, 8 usque ad -um Hierusalem (RVFIN. hist. 3, 12 p. 229, 7 post -a Hierosolymorum [*gr.* ἅλωσιν]. SVLP. SEV. chron. 1, 1, 3; *app.* vexationes. *al.*). FIRM. err. 28, 6 p. 76, 8 post -a templorum (PRVD. ditt. 121 templi veteris. *al.*). HIL. in Matth. 12, 14 p. 988^{B} civitatis illius (*sc. Ierusalem*) . . . -um (AMM. 20, 5, 4 post civitatum -a. 24, 4, 18 *al. cf. p. 1233, 38*). AMM. 14, 2, 14 in -um . . . Seleuciae efferebantur. *al.* HEGES. prol. p. 3, 3 muri. SVLP. SEV. dial. 3, 13, 1 ecclesiarum. *et frequenter.*

Ⓘⓘ *regionis, terrae, orbis* (*sim.* 'caeli' *l. 46*; 'saeculi' *i.* '*mundi*' *[christ.] infra l. 51; inde artius de 'diluvio': infra l. 55*): VERG. Aen. 1, 22 populum . . . venturum -o Libyae (SIDON. carm. 5, 102). MANIL. 3, 5 in -um caeli nascentia bella (*sc. Gigantomachiam*). PANEG. 2, 11, 4 lugeo funus Illyrici, specto -um Galliarum. CAPITOL. Max. Balb. 16, 3 fuit . . . Histriae -um, . . . ut . . . Dexippus dicit, Histricae civitatis (*v. p. 1233, 38*). AMBR. exc. Sat. 1, 30 totius orbis -a, mundi finem *eqs.* (PRVD. ham. 916 CONSVLT. Zacch. 3, 8 p. 111, 24. *cf.* ISID. alleg. 12 quicunque ab huius saeculi -o liberantur). RVFIN. hist. 3, 5, 3 p. 197, 14 patriae (*v. p. 1025, 22 et cf. supra l. 30*). SVLP. SEV. chron. 1, 51, 1 Iudaeae. AVELL. p 85, 10 pereuntis Illyrici. IORD. Get. 108 Asiae. *et al.* (*v. et p. 1233, 45*). *nota* (*v. supra l. 44*): AVELL. p. 25, 24 in illo -o mundi solus iustus inventus est *Noe* (*antea*: diluvio. *cf. l. 59*).

β *acced. gen. subi. (v. l. 59. 62) vel explicat.* (*v. l. 61*): GREG. ILIB. tract. de arca Noe (RevBén. 26) p. 7, 84 animae quae Noe . . . in -o aquae donatae sunt (*ad rem cf. supra l. 55*). PRISCILL. tract. 10, 126 p. 93, 19 quod David . . . inter incerta certaminum et alienigenorum -a bellorum . . . egit (OROS. hist. 5, 11, 1). OROS. hist. 3, 20, 11 separata sunt hostis -a et iudicia victoris.

b *nude ponitur* (*addito adi. pro gen.: infra l. 79. audacius de solis interitu [sc. ex stella illa magorum quasi devicti]: infra l. 82. in compar. scurrili de pecunia [cf. appos., lus. verb.]: infra l. 66 sqq.*): PLAVT. Bacch. 944 (*in imag.; v. l. 65*) hic equos (*i. tabellae*) non in arcem, verum in arcam faciet impetum: exitium, -um (*transpos. P*), exlecebra fiet hic equos hodie auro senis (*cf. Fraenkel, Plautin. i. Plaut., p. 69*). SALL. rep. 1, 5, 2 qua tempestate urbi Romanae fatum -i adventarit (TAC. hist. 4, 13, 3 *rei p.* -um adventabat, si *eqs.*). VERG. georg. 2, 505 hic petit -is urbem miserosque penates (*cf. p. 1233, 8*). Aen. 2, 643 satis una . . . vidimus -a (*sc. Troiae ab Hercule eversae*). 12, 655 Aeneas . . . minatur deiecturum arces Italum -oque daturum (LIV. 1, 29, 6 *Albam* -o ac ruinis). LIV. 4, 23, 4. 30, 32, 3 Carthagini . . . adesse videbatur praesens -um (*cf.* STAT. Theb. 6, 96 aderat miserabile luco -um [*vs. 85* nemorum . . . ruina]). 43, 4, 8 causam -i fuisse urbi *eqs.* (*cf. p. 1233, 13*). *al.* GERM. 320. CVRT. 4, 4, 21 multis . . . casibus defuncta et post -um renata *Tyrus. al.* MELA 1, 93. TAC. ann. 15, 39 *Neronem* cecinisse Troianum -um ([AVG. civ. 3, 25 p. 137, 10 D. *al.*]. AVSON. 452, 3 [p. 395 P.] cum . . . de Troico cantaret -o. *cf.* SOL. 56, 12 Carthaginensis [dis- *l. v.*]). ITIN. Alex. 19 -um urbi portendere et ruinam *et al.* *nota* (*v. supra l. 64*): PRVD. apoth. 627 (*cum stella magorum emicuerit*) rota lurida solis haeret et -um sentit . . . futurum (*seq.* splendorem . . . poli periturum

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[*v. tot. loc. et cf. Hofmann, IF 38, 1919, 176*²]. *falso cum aliis de* '*occasu*' *[sc.* -um *quasi ab* ex *et* cado; *v. infra l. 75] cogitat Lavarenne, langue de Pr., p. 447; nam neque de* '*occidente*' *sole agitur neque vox ipsa, etiamsi a* cado *derives, hanc vim ullo modo possit accipere* [*v. l. 77*]).

2 *translate: i. q.* ***internecio, extinctio, interitus*** *sim.* (*potius i. q.* ***damnum, amissio:*** *infra l. 67. 70. 71; i. q.* ***calamitas:*** *infra l. 27. 51. 52*): **a** *de* ***hominibus*** (*v. et p. 1232, 71*): *a strictius: de interitu* ***per vim*** *(arma, bellum sim.) vel* ***iniuriam illato*** (*saepe i. q.* ***strages, caedes, exitium*** *[e. g. l. 20. 22. 43. 44]. de* ***rebus*** *quae pro ipsis personis substituuntur: l. 35. 50*): Ⓘ *absolute*: SALL. epist. Mithr. 12 Cretenses impugnati semel ... neque finem nisi -o habituri. LIV. 28, 39, 8 *Turduli* prioris ... -i causa nobis (*i. Saguntinis*) fuerant (IVST. 32, 3, 11 Caepioni exercituique eius. *cf. et p. 1232, 76*). 37, 4, 9 Lamiam oppugnare, nam ... a Philippo prope ad -um adductos esse (TAC. hist. 2, 56, 1 dominos in praedam aut ... ad -um destinabant. *al.*). VELL. 2, 30, 1 *Perpenna* partibus suis -um, sibi turpissimam mortem ... auctoravit. VAL. FL. 5, 537. 6, 395 diluvio tali (*sc. ut d. illud Pyrrhae aevo fuit*) paribusque Ariasmenus urguet -is *Argonautas*. SIL. 1, 12 medio finem (*i.* '*interitum*') bello -umque vicissim molitae gentes (*cf.* STAT. Theb. 7, 387 -um moliris avis). STAT. Theb. 2, 460 quos ... ad proelia raptos proicis -o. 5, 703 meritus. TAC. Agr. 31 ann. 11, 28 *al.* CAPITOL. Gord. 7, 2 *cum* nobilibus et consularibus ... minitaretur -um (*v. p. 1232, 10*). RVFIN. hist. 4, 5, 2 p. 305, 15 Iudaei -um passi sunt ([*gr. πολιορκίας*]. AVG. civ. 3, 20 p. 131, 8 D. si *populus Christ.* pro fide ... -um pateretur. *al.*). CLAVD. rapt. Pros. 3, 181 (*verba Cereris*) quod cernimus ... -um, cui praeda feror? (*sc. excubiis remotis; v. supra l. 7*). AVG. civ. 17, 18 p. 244, 7 D. *et al.* Ⓘⓘ *c. gen.: obi.* (*cf. et l. 55*): VERG. Aen. 8, 386 quae moenia ... ferrum acuant ... in me (*sc. Venerem*) -umque meorum. VELL. 2, 98, 2 plurimo cum earum (*gentium*) -o (TAC. hist. 5, 25, 3). MELA 2, 26 portus Coelos ... Laconicae classis signatus -o ([2, 109 Persicae]. *cf.* TAC. hist. 4, 61, 2 legionum. FLOR. epit. 2, 6, 15 in -um infelicis exercitus *Romani* [*sc. ap. Cannas*]). STAT. Theb. 5, 683 pergite in -um socii ... sanguinis (*cf.* FLOR. epit. 1, 17, 1 Vmbri ... in -um Romani nominis ... coniurant [PANEG. 2, 23, 2 in ultimum ... Italici generis -um]. *v. supra l. 11*). TAC. hist. 1, 63, 1 ab -o civitatis (*sc. Divoduri*) temperavere, caesa tamen *eqs.* (*i.* '*incolarum*' *cum oppido* [*antea*: ad caedem ... c.]. *sim.* 1, 69 [*sc. Aventici*]. 4, 63, 1 *al. cf. p. 1232, 40. 49*). 3, 32, 1 Cremonensium. *al.* LAMPR. Alex. 44, 2 ad inveniendum *aurum* sollicitus, sed sine cuiusquam -o (*i. fere* '*eversione*'). IVST. 2, 4, 8 (= OROS. hist. 1, 15, 2) ultionem ... caesorum coniugum -o finitimorum consequuntur. HEGES. 2, 9, 1 p. 156, 11 incolarum. OROS. hist. 3, 12, 21 -o sociorum et parricidio fratrum. 3, 23, 5 regum ac regnorum (*v. p. 1232, 43*) bella -aque. *et al.* *explicat.*: ARNOB. ad Greg. 16 p. 411, 15 per calumniarum -a. SALV. gub. 5, 28 qui ... continuum exactionis publicae patiuntur -um. '*inhaerentiae*' (*q. v.*): PRISCILL. tract. 1, 7 p. 8, 7 hi ... dubios evertunt et ad perditionis suae -a deducunt (*de re cf. p. 1029, 27*). HEGES. 3, 1, 2 p. 182, 13 urgebant Iudaeam ultimae labis futura -a (*v. l. 11. aliter p. 1232, 43*). BACCHIAR. repar. laps. 1 p. 1037ᴮ horrendae cladis -um (*seq.* de ruina militis *christ.*).

β laxius et debilitatius de naturali interitu: i. q. ***mors, excessus***: CYPR. mort. 24 p. 312, 22 cum arcessitionis ... dies venerit ... ad dominum ... veniamus, ut nec carorum lugeamus -um ([*S,* -cessum *rell.*]. *aliter Hannan in ed. p. 93; inepte Thielmann, ALL 1, 1884, 76 sq.* -cīdium *quasi* -cedium [*ab* excedo] *sumit. v. et Watson, style p. 299*).

b *de* ***rebus*** *(fere incorporeis vel abstr.; de fortunis infra l. 71. cf. et* COD. Theod. 16, 5, 41 leges in -um sacrilegarum mentium. *acced. gen. obi.*): MELA 1, 34 *Carthago* nunc ... priorum -o rerum quam ope praesentium clarior *est* (*cf.* AMM. 31, 10, 3 ad Romanarum r. [*Bentley, al.*; Romanorum ver- *cod.*] -um coniurati). FIRM. err. 20, 7 p. 54, 8 idololatriae -um et profanarum aedium ruinam. HIL. in Matth. 2, 4 p. 926ᴬ inutilis perfidiae (*i.* '*perfidorum*'). trin. 3, 21 p. 89ᴮ in -um dei potestatis irrumpimus. AMBR. Hel. 3, 4. HEGES. 1, 40, 10 p. 91, 3 propriae salutis (SACR. Leon. 443). 2, 9, 1 p. 156, 12 totius ... religionis ([regi- *l. v.*]. AVELL. p. 10, 10 sacrae. *cf.* COD. Theod. 16, 5, 29 in legum ... et in religionum -um). PRVD. c. Symm. 1, 270 ad famae -um (*cf.* COD. Theod. 8, 11, 4 [= Iust. 12, 63, 1, 2] accipientem [*sc. nummos pro nuntio*] pudoris fortunarumque [*cf. l. 59*] manebit -um. *v. supra l. 7*). COD. Theod. 8, 5, 52 in -um cursus publici. CLAVD. MAM. anim. 3, 18 p. 190, 3 falsitatis.

deriv.: excidialis.

[**2. excidium,** -ī *n.* *ab* ex *et* cado. *falso codd. dT* (*i.* '*prolapsus*' PLIN. nat. 36, 151 alioqui volvae -um fit (excidunt *Isid. orig. 16, 4, 22; rell.; v. p. 1236, 13*). *i. q.* '*occasus*' *solis* (*prorsus absonum*): PRVD. apoth. 627; *v. p. 1232, 83.*]

excido, -cidī, -ere. *ab* ex *et* cadere. *scribitur saepe* -ced-: *v. p. 1234, 4 sqq.* -scid-: CIC. Phil. 10, 6 *V.* *de formis:* *de perf. cf.* QVINT. inst. 1, 4, 13 mutationes quas adferunt declinatio aut praepositio, ut 'secat', 'secuit', 'cadit -dit' (cecidit *Gibson*), 'caedit excīdit' (*v. p. 1240, 12*) *eqs.* -ĕrunt: *vix* PLAVT. Bacch. 668 (*cf. Leo in adn.; Bauer, -ere and -erunt, p. 17⁶. 47; 'fort.'* -ĕ- *dubitanter Sommer, Hdb.*², *p. 579*). OV. epist. 12, 73 *in II° pede* (*at l. v.* -erant. *sic et*: STAT. Theb. 7, 801 *BNb*¹ [-erant *ex* -erunt *P*¹*Q*¹; -erant *ω*]). STAT. Theb. 3, 302 (*init. hex.* [-erant *l. v.*]. *cf. et* PROP. 3, 24, 20 -erunt *S* [-erant *recte rell.*]). *de* -endi *voce c. verbo q. e.* excedo *relatione: labente latinitate cum ambae voces et quod ad pronuntiationem formamve attinet* (-cĭd- *pro* -ced-, *v. p. 1205, 28* [*adde*: VIRG. gramm. epist. 1 p. 116, 26 ne ... dictio modum voluminis -at; *v. p. 1209, 21*]; *perf.* -cĭdi *pro* -cessi *in tit.: v. p. 1205, 29*) *et ipso usu* (*v. p. 1238, 2. 7*) *magnam partem congruere coeperint, multis locis aut lect. inter utrumque verbum variare aut alterum pro altero tradi apparet:* *1) falso trad.* -ced-: PVBLIL. B 28 (*corr. Erasmus*). CELS. 5, 28, 1ᴰ (*corr. Constantin.*). PLIN. nat. 7, 63 (*corr. F*²). BOETH. herm. sec. 5, 12 p. 379, 3 (*corr. S*²*E*²). *2) variantibus lectt.: recte* -ere: CELS. *v. p. 1236, 5. 16.* SEN. benef. 3, 5, 1 (-ced- *N*¹), clem. 2, 3, 1 (-ced- *L*). nat. 3, 15, 8 (-ced- *δE*). epist. 27, 5 (-ced- *Lb*). *al.* CVRT. 10, 5, 22 *v. p. 1237, 3.* TERT. apol. 46, 17 (*v. p. 1237, 48*). ITALA *p. 1238, 12.* HIER. *p. 1239, 60. et al.* (*v. p. 1238, 70*). *rectius* -cedere: HIER. chron. a. Abr. praef. p. 1, 2 F. (-ced- *codd. praeter T*ᶜᵒʳʳ· *X* [incid- *U*]; *sic et in hoc loco* epist. 57, 5, 6 *citato* [-ere *nonnisi cod. Casselan.*]; *sed* -ere *Hilberg*). CASSIOD. var. 3, 51, 12 (-ere *multi codd.; Skahill, synt. p. 109*). *dub. utra lectio praeferenda*: QVINT. inst. 8, 4, 29 (-it *ABg*; -cedit *Bn, Raderm.* [*recte?*]). TERT. adv. Iud. 2 p. 703 Oe. (-endo *λAB*ᵐᵍ·; -ced- *B*). GREG. M. moral. 9, 71 p. 898ᶜ. *3) inc.* -ere *recte tradatur necne*: VARRO ling. 7, 5 -it *F; cf. p. 1237, 83* (-cedit *Scioppius, edd.; v. p. 1207, 81*). PRISCILL. tract. 6, 101 p. 75, 18 -ret *trad.* (-cederet [*cf. Hil. trin. 1, 13 p. 34*ᶜ] *ed.; sed v. p. 1238, 1*). *v. etiam* GLOSS. (*e. g.* III 137, 67. 68) *et cf. p. 1207, 43.* *de notione*: CHAR. gramm. p. 469, 6 B. (*inter verba act. coniug., pass. autem signif.*). GLOSS. *ἐκπίπτω. v. et l. 47. p. 1239, 8 sqq. 41. legitur inde a* NAEVIO (*v. p. 1238, 30*), PLAVTO (*e. g. l. 68 sqq. p. 1238, 44*) *per totam latinitatem; adamant* CELS., SEN. phil., QVINT., TERT.

[*variat: c. simpl.*: CELS. 8, 14, 1 (*J*). *c.* incido: CELS. *p. 1236, 9.* *c.* de-: SEN. *p. 1235, 58.* *c.* occido: SIL. 16, 290 (*LOV recte*, ac- *F*; ex- *Ch*). SEN. benef. 1, 2, 5 (-citetur *N*). IVST. 25, 4, 3 *C* (carebat *recte τπι*; *v. Mentz, Herm. 55, 1920, 202*). *conicitur (v. et supra l. 11): recte*: PLAVT. Curc. 45 *Lambin.* (-edat *trad.*). STAT. silv. 5, 2, 88 *Avantius* (-citat *M*). *dub., an recte*: CIC. Flacc. 82 ut tu ex populi sermone -res (*Manutius*, -ciperes *P; v. p. 1238, 21*). SEN. dial. 11, 11, 1 *Gertz* (-imere *trad.*). *falso*: CIC. Att. 1, 14, 3 *Müller* (-cepisse *trad.*). *in sent. dub.*: SISENNA Miles. frg. 8 nisi comminus -isset (*sent. manca*). CIC. Att. 4, 17, 1. *falso trad.: v. supra l. 17.* CIC. Mur. 89 (-istet *ed.*). *suppl.*: TERT. nat. 2, 17 p. 132, 2 (*Oehler*). EDICT. de temp. accus. (Bruns, fontes⁷ p. 27) IA 13 ex⟨cide⟩re ... eas ⟨lites⟩ e⟨x or⟩dine cognitionu⟨m⟩ offici nostri (*Mitteis, cf. Herm. 32, 1897, 630 sqq. v. p. 1236, 73*).]

I *c. sensu* '***foras***' *vel* '***deorsum***' ***cadendi, i. q. ἐκπίπτειν, decidere, elabi*** (*hic illic fere i. q. simpl.: cf.* NON. p. 300, 14 -ere cadere [ced- *LB*⁴] *et v. l. 80. p. 1235, 4. 30; nonnumquam c. vi* '*amittendi*' *[v. et s. II p. 1238, 21]: l. 70 sqq. 75. p. 1235, 31. 37 al.; s. A 2b, p. 1236, 73 sqq.* *i. q. elabendo abire sim.: p. 1235, 54. 1236, 27 [cf. p. 1238, 21].* *singulariter quasi pro pass.* '*eici*': ITALA Ioh. 15, 6 [Aug. serm. coll. Morin p. 541, 4] omne sarmentum ... non *dans* fructum -et illud; *ἐβλήθη ἔξω, Vulg.* mittetur foras). *add.* '*unde*': *sic s. A 2b, p. 1236, 73 sqq.; B 1a α, p. 1237, 45 sqq. B 1b δ, p. 1238, 7; praeterea v. e. g. l. 84. p. 1235, 2. 3. 6. 11. 15. 61. 1236, 42* (ab, de, ex); *p. 1235, 43. 57. 62. 67. 1236, 5 al. (abl. separ.).* *indicato* '*quo*': *per praep.* in: *l. 79. 80. p. 1235, 4. 15. 71. 1236, 7 sq.; s. B 1 p. 1237, 84. 1238, 2. 3. 6; B 2 p. 1238, 15* (*cf.* quo: SEN. benef. 5, 8, 5). *saepe acced. dat.* (*maxime personae; rei: p. 1235, 1* [*alia velut p. 1235, 20. 28. 1236, 31 et pro abl. sumas*]), *cui quid fluat indicante: v. ex. gr. l. 70. 71. 72. p. 1235, 9. 10. 49.* *fere i. q.* '*incauto*', '*invito*' *sim. elabi: p. 1235, 17. 25. 49. 55. 1236, 34 sq.*

A *cogitatur de* ***mero lapsu:*** **1** *proprie* (*fere corporaliter; c. not.* '***prorumpendi***': *p. 1235, 47; in imag.: p. 1235, 21. 34. 40. 63 al.*): **a** *generatim:* *α de rebus:* Ⓘ *solidis:* ⓐ *de variis corporeis (de semine infra l. 78):* *cf. et per lus. verb. inter meram hanc cadendi et* '*obliviscendi*' *(v. p. 1239, 6) not. intercedentem*: PLAVT. Curc. 45 huic lenoni qui hic habitat *ancillula est*? :: recte tenes. :: minus formidabo ne -at (*v. supra l. 36*). PLAVT. Bacch. 668 num qui nummi -erunt, ere, tibi, quod sic terram optuere (*cf.* CIC. Verr. II 2, 136 [*ironice*] *Timarchides* nummos, si qui isti -erant, tollere solebat. *v. p. 1235, 24 sq.*). Cist. 677 *cistella* loca haec circiter -dit mihi ([*vs. 675 opp.* tenui]. 695 sq. quoi haec -dit [-didit *B*] c. ... ubi ea -dit. *cf.* 711). TVRPIL. com. 196 me miseram! ... inter vias epistula -dit mi[hi] *eqs.* (CIC. Att. 2, 8, 1 confessi sunt se accepisse *epistulam*, sed -isse in via. *cf.* OV. met. 9, 597 mihi ... cera [*sc. Byblidi; vs. 571* elapsae manibus cecidere tabellae]). CATO agr. 17, 2 inde (*sc. e nucibus*) semen -et (PLIN. nat. 27, 119 *peplis* colligitur messibus siccaturque cum fructu suo, subiectis in quae -a[n]t *semen* [*sc. e foliis*]. *cf.* ITALA Matth. 13, 5 [cod. k] alia *ex seminibus* ... -erunt in petrosa [*ἔπεσεν, Vulg.* ceciderunt. *v. supra l. 47*]). CIC. carm. frg. 13 (= 4 M.), 2. Catil. 1, 16 quotiens tibi ... extorta est ista sica ... quotiens ... -dit casu aliquo et elapsa est ([ASCON. in Mil. p. 40, 18 St. servo]. *cf.* Pis. 21 [*in imag.*] gladii de manibus [Phil. 12, 8; *v. vol. VI 2, 2018, 21 sqq.*

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ps. Frontin. strat. 4, 5, 17 vaginae. Pallad. hist. mon. I 38 p. 326[A] ex illius digitis; *gr. p. 144, 14 πεσόντος ... ἀπό. al.*]). nat. deor. 2, 126 sagittas ... e corpore (Verg. Aen. 12, 424. Plin. nat. 25, 66 cum *Chironi* ... pertractanti arma *Herculis* s. -isset [*v. app.*] in pedem. *al.*). Hor. sat. 1, 8, 49 *v. infra l. 27.* Prop. 4, 4, 22. Ov. epist. 16, 254 pocula ... tenebam, ... a digitis -dit ansa meis. met. 2, 602 *v. p. 1238, 66.* 4, 176 *v. p. 1238, 64.* 12, 105 ferrum ... hastae ([*opp.* haerebat]. Sen. contr. 7, 1 [16], 6 mihi ... f. cum animo [*v. p. 1238, 68*] pariter. Qvint. inst. 3, 11, 26 ne plausum adfectantibus arma -ant). Rvt. Lvp. 2, 7 poculum ... dormienti. Pavl. Fest. p. 64 virga e manu. Sen. Herc. f. 465 ex umeris leo ... et clava. *al.* Petron. 34, 2 paropsis (*seq.* iacentem *tollere*). Plin. nat. 32, 13 *lupus piscis* laxat volnera, donec -ant insidiae, *i.* '*hamus*' (*cf. Ov. hal. 42* cadat). Stat. Theb. 6, 695 ante pedes elapsum pondus (*i. discus*). Svet. Galba 18, 3 sacrificanti coronam de capite. Vit. 9 laurea ... in profluentem. Vlp. dig. 47, 9, 3 pr. qui quod de vehiculo -dit, tulit. *al.* Tert. adv. Marc. 5, 4 p. 581, 10 furibus ... aliquid de praeda in indicium (*v. p. 1234, 61*). Hil. in Matth. 15, 4 p. 1005[A] micis quae de mensa -erint, pasci catellos (*cf. Vulg. Matth. 15, 27* cadunt; *ibid. p. 1004*[4] decidentibus). Clavd. Don. Aen. 6, 310 p. 550, 22 folia ... arboribus (*Verg.*: lapsa cadunt). *et al.* *in imag.*: Cic. Lael. 58 (*de dando reddendoque*) *non* verendum est, ne quid -at aut ... in terram defluat aut ... congeratur (*imagine sumpta de frumento demetiendo*). Sen. dial. 7, 23, 5 habebit *sapiens* (*sc. donaturus*) sinum facilem, non perforatum, ex quo multa exeant et nihil -at (*cf. p. 1234, 70*).

(b) *de corporis partibus*: Plavt. Merc. 541 illi ... hau sane diust quom dentes -erunt (Hor. sat. 1, 8, 49 Canidiae dentes, ... Saganae caliendrum -ere atque herbas atque ... lacertis vincula [*v. supra l. 5*]. Cels. 6, 9, 6. 7, 12, 1[F] si ... in pueris ante alter dens nascitur quam prior -at, is qui cadere debuit *eqs. al.*). Poen. 260 dic ... nil respondet? lingua (unc- *B*) huic -dit, ut ... opinor ([*i.* '*perdidit orationem*' *ambigue*]. *cf.* Ov. Ib. 538 -at ante pedes l. resecta tuos). Prop. 1, 15, 36 iurabas si quid mentita fuisses, ut tibi ... -rent *ocelli e facie.* *per comparationem i. q. delabi* (*i.* '*amittere*'; *cf. l. 38*): Cic. or. frg. A XV 22 (*de Clodio beluae assimilato*) tum habuisti quasdam formidines, ⟨quae⟩ quasi cornua quaedam -erunt impleta *i. in plenam altitudinem enata* (*cf. Schol. Cic. Bob. p. 174, 9 St.* delapsa *et v. p. 1238, 27*).

(II) *de liquore, umore:* *fere i. q. decidere* (*inde per imag. de cadentibus guttis ut vid. sumptam* -ere *per se i. q.* '*guttatim*' *cadere*, '*labi*' *[opp.* fluere *i.* '*abundanter prolabi*'*]: l. 45 sqq.*): Cic. carm. frg. 32 (Tusc. 2, 25), 7 corpori (*Prom.*), e quo liquatae solis ardore -unt guttae. Germ. frg. 4, 158 Aegocero semper caelo levis -it imber. *in imag.* (*v. supra l. 40*): Sen. epist. 33, 6 *praecepta, sententiae al.* sumenda erunt, non colligenda. non enim -unt, sed fluunt (*cf.* 100, 1 decor ... orationis leniter lapsae. multum enim *interest* ... utrum -erit an fluxerit). *vi aucta i. q. profluere, prorumpere* (*v. p. 1234, 64*): Val. Max. 5, 7 ext. 2 -erunt lacrimae iuveni (Sen. epist. 99, 15 -unt etiam retinentibus l. et animum profusae levant. *v. p. 1238, 15*). Sen. nat. 3, 15, 8 ex magnis cavernis (causis *trad.*) ... -unt amnes (*v. p. 1234, 15. cf.* 6, 8, 4 petras ex quibus ingens vis fluminis -bat [*sc. Nilus*]).

(III) *de igni* (*sim. per hyperbolen de sole vel die e mundo sic elabentibus, ut prorsus evanescant [v. p. 1234, 50]: infra l. 61*): Verg. georg. 2, 303 saepe incautis pastoribus -it ignis (*v. p. 1234, 61*). Sen. Ag. 494 (*in tempestate oborta*) premunt tenebrae lumina ... -unt ignes tamen et nube ... fulmen ... micat (*cf.* Sil. 7, 371 caelo). nat. 2, 13, 2 si ulla pars eius (*sc. ignis purissimi*) -erit (de- *Δ*), in periculo totus est, quia totum potest -ere quod potest carpi (*syn. antea*: cadere, praecipitare, defluere *sim.*). *nota* (*v. supra l. 53*): Cic. Att. 9, 10, 3 sol ... -isse mihi e mundo videtur (*cf.* Sen. Thy. 51 nox alia fiat, -at caelo dies).

β de animantibus, i. q. excuti, delabi (*cf. in imag.*: Ov. am. 2, 1, 18 -dit ingenio Iuppiter ipse meo [*i.* '*desii de Iove canere*']): Plavt. Rud. 201 is navem atque omnia perdidit in mari ... etiam quae simul vecta mecum in scaphast, -dit (*cf.* Verg. Aen. 6, 339 *Palinurus* puppi [Stat. silv. 5, 3, 128]). Ov. fast. 6, 743 -erat curru lorisque ... Hippolytus (*cf.* Ivv. 4, 127 de temone Britanno ... Arviragus). Epiced. Drusi 112 cum iuvenis patriis -dit ictus equis; *sc. Phaethon* (*cf.* Sen. Herc. O. 1163 Titan e.). Liv. 21, 28, 12 -dēre ... saevientes quidam *elephanti* in flumen (*cf. Polyb. 3, 46, 11 ἀπέρριψαν εἰς τὸν ποταμὸν αὐτά*). Stat. Theb. 4, 281 (*Arcadibus nascentibus*) populos ... creavit fraxinus et feta viridis puer -dit orno (*v. p. 1236, 14*).

b *potiora quaedam et notabiliora:* *α usu technico seu speciali:* (I) *in re med.:* (a) *laxius de iis quae in corpore vel orta vel affecta sunt morbo:* Cato agr. 157, 15 in triduo polypus -et (*sc. e naso*). et ubi -erit *eqs.* Cels. 5, 26, 33[D] ubi eae (*crustae*) -erunt (6, 18, 3[B] *al.*). 5, 28, 1[D] ut undique vitiosa caro -at (*v. p. 1234, 12. al.*). 6, 4, 1 pili. 6, 18, 2[I] glans (*ibid.*[K] *al.*). 7, 26, 3[B] exiguus calculus ad plagam urina ... promovetur et -it (*ibid.* 4 *al.*). 7, 26, 5[A] siquid intus concreti sanguinis mansit. *al.* Scrib. Larg. 227 p. 91, 25 ⌊haemorrhoides⌋ (⌊ ⌋ *om. Marcell. med. 31, 6*). *al.* (b) *strictius de membris e sede sua procidentibus, i. q. prolabi* (*syn. p. 1236, 4. 6. 10. 12; cf.* elabi *p. 1236, 6*; prodire *p. 1236, 12; opp.* remanere *infra l. 2*; reponi *l. 6. 11*): Cels. 8, 10, 1[B] nonnumquam ... ossa in suis sedibus remanent: multo saepius -unt aliudque super aliud effertur (8, 10, 7[H]. 8, 11, 7. 8, 16, 2 os ⟨quod⟩ -dit, ab ea parte, in quam prolapsum est *eqs. al.*). 8, 11, 1 articuli suis sedibus -unt ([*J*, -ced- *FVP; syn. antea*: moventur]. 8, 11, 4 [*syn. antea*: elabuntur; *opp.* reponuntur]. *ibid.* [*syn.* prolapsi; *opp.* conpulsi ... in suas sedes]. *al.*). 8, 14, 1 in spina vertebrae (*ibid.* et in posteriorem partem et in priorem et supra saeptum ... et infra *eqs. al.*). 8, 15, 1 umerus ... in alam ... in partem priorem (8, 15, 6 [*J*, inc- *FVP*]. *al.*). 8, 17, 1 (*syn.* prolabitur). 8, 20, 4 ne *femur* ... difficulter reponatur vel repositum rursus -at. *al.* Scrib. Larg. 232 p. 94, 2 intestinum extremum quibus prolabitur et -it, quoties prodierit *eqs.* (*cf. Marcell. med. 31, 53* excedit). Plin. nat. 36, 151 *v. p. 1233, 76.*

(II) *de partu* (*syn.* elabi *l. 17; de abortu l. 19; de ovis l. 20. cf. et*: Cels. 7, 29, 1 si ... prope maturus partus intus emortuus est neque -ere [*J*, -ced- *FV*] per se potest): Cic. nat. deor. 2, 128 *animal* cum ex utero elapsum -dit (Pavl. Nol. carm. 21, 180 dies ... quo creatus ... peccator utero peccatricis -di [*cf. vs. 177* natus; *182* pareret; *184* editus]). Sol. 1, 69 *si ex geminis* alter abortivo fluxu -erit, alter ... legitime natus. *de ovo*: Colvm. 8, 11, 5 *ova* immatura genitalibus locis -unt. *v. et p. 1235, 73.*

(III) *de sorte, i. q. evenire* (*metaph. [acced. gen]: l. 26; aliter p. 1238, 18*): Liv. 21, 42, 2 cuiusque sors -erat. 22, 1, 11 unam (*sc. e serie*). 23, 3, 7 nominibus in urnam coniectis citari quod primum sorte nomen -dit. *inde in metaphora*: Tert. adv. Prax. 17 p. 259, 11 *domino* proprie -dit sors gentis istius.

β sensu significantiore: i. q. effugere, dilabendo abire (*cf.* elabi *et v. p. 1234, 50; de victoria quasi evanescente: l. 29*): Cic. ad Brut. 1, 10 (= 9, 18 Sj.), 2 ut quodammodo victoria -ret e manibus (*cf.* Prop. 4, 7, 96 inter complexus -dit umbra meos). Verg. georg. 4, 410 *Proteus* flammae sonitum dabit atque ita vinclis -et (*i.* '*effugiet*'. *seq.* dilapsus abibit).

2 *translate*: a *de voce, scripto sim., quae quasi foras cadunt, i. q. elabi, effugere* (*saepe c. vi* '*inviti*' *[app. infra l. 60. 70]*, '*inconsulti*', '*temerarii*' *sim. [v. p. 1234, 61]: cf. infra l. 45. 46. 51. 58 sq. 66 sqq.* *propria not. adhuc servata*: Verg. Aen. 9, 112 vox horrenda per auras -it [*cf.* Val. Fl. 4, 580 vox ... -dit auris; *Lachm.*, aures *V*; accidit *al. v. infra l. 61*]. Apvl. met. 5, 3 *Psyche* verba tantum audiebat -entia et solas voces famulas habebat): *α in universum* (*cogitatur fere de singulis verbis ex ore emanantibus; de gemitu, vagitu infra l. 52. 61; de versu infra l. 64*): (I) *in sollemnioribus locutionibus* (*acced.* ore, ex ore: *ex. seq.; l. 50. 55*): Cic. Sull. 72 verbum ecquod umquam ex ore huius -dit, in quo *eqs.* ([dom. 104]. Phil. 10, 6 quod v. tibi non -dit, ut saepe fit, fortuito: scriptum, meditatum, cogitatum attulisti [Sen. exc. contr. 6, 6 illi. *ibid.* v. dolori parum considerata -erunt. *al.*]. orat. 125 omnis pars orationis esse debet laudabilis, ⌊... ut v. nullum nisi aut grave aut elegans -at⌋ [⌊ ⌋ *del. Bake; cf. 134 de eadem re*: ex ore ... exeat]. *aliter p. 1238, 32. 1239, 47*). Verg. Aen. 6, 686 vox -dit ore: 'venisti *eqs.*' ([*v. Norden, Komm. ad l.*]. Sen. dial. 10, 4, 1 potentissimis ... hominibus -ere voces videbis, quibus otium optent [Cvrt. 4, 15, 11 ei. Plin. epist. 6, 20, 17 non gemitum mihi, non v. ... -isse. Svet. Claud. 15, 4 litigatori Graeculo ... in altercatione. *al.*]). *adde*: Verg. Aen. 2, 658 tantum ... nefas patrio -dit ore (*cf.* Ov. met. 7, 172 quod ... -dit ore tuo, coniunx, scelus?).

(II) *alia*: Ov. trist. 4, 5, 10 -dit heu! nomen quam mihi paene tuum (*opp.* oblitum; *aliter p. 1239, 32*). Sen. contr. 2, 5 (13), 2 tyrannus suspicatus est ... istum de tyrannicidio cogitare, sive isti aliquid -dit sive *eqs.* (contr. exc. 2, 5). suas. 3, 6 ipsi (*Gallioni*) ... tam familiare erat (*sc. verba q. s.* '*plena deo*'), ut invito quoque -ret (*ibid.* 7 *bis*). Stat. Theb. 5, 542 attonito moriens vagitus in auras -dit (*sc. Archemoro; cf. supra l. 37*). Qvint. inst. 6, 3, 23. 6, 3, 47 illa ... quae Ciceroni ... -erunt, ut dixit *eqs.* (9, 4, 41 in epistulis). 9, 4, 76 versus (*cf. ibid.* 78 Thucydidi '*ὀπὲρ ἥμισυ Κᾶρες ἐφάνησαν*' ... -dit).

β significantius de libello, qui publici iuris fit (*aut* '*parum prudente*' *aut* '*invito*' *auctore; v. supra l. 34 sq.*): Cic. de orat. 1, 5 quae pueris ... nobis ... ex commentariolis nostris inchoata ac rudia -erunt (*i.* '*lb. de inv.*'). 1, 94 scripsi (*Antonius*) ... illud ... in libello, qui me imprudente et invito -dit et pervenit in manus hominum (*cf.* 1, 206 ex quibus unum libellum sibi -isse). Att. 3, 12, 2 quomodo *oratio* -erit, nescio (*antea*: prolata, emanaturam).

b *acced. additam. separativo* (*abl. nud.; praepp.* ab, de, ex [*aliter p. 1237, 45 sqq.*]. *fort. et dat.*: Tert. nat. 2, 8 p. 108, 13 cum illi *dei*, quos *eqs.* ... -ant probationi verae divinitatis): *labendo alicunde (ex alqo., alqa. re) iacturam, amissionem, privationem subire eius, unde quis -ere dicatur:* *α i. q. privari, exui, orbari* (*v. etiam p. 1240, 1*): (I) *generatim*: Plavt. Men. 667 ex hac familia me plane -isse intellego. Ter. Andr. 423 erus ... uxore (*cf.* Don. *ad l.*: 'u. -dit' quod Graeci dicunt *ἀπέτυχεν*). Prop. 3, 2, 24 nomen ab aevo -et; *opp.* stat (*cf.* 3, 7, 7 primo miser -dit aevo; *i.* '*mortuus est*' [Stat. silv. 5, 2, 88 -at illa dies aevo; *i.* '*oblivione obruatur*'; *v. p. 1234, 37. 1239, 6*]. Sen. epist. 71, 11 *Cato* eodem loco habuit praetura [*v. p. 1237, 28*] et vita -ere). Ov. fast. 5, 34 senior

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fatis -dit arce deus *Saturnus* (*cf.* Liv. perioch. 29 p. 36, 13 *Masinissa* de regno -erat [Cypr. domin. orat. 13 p. 276, 10 caelesti]. Cvrt. 10, 5, 22 regno [CP^2, -um P^1; -ced- *A*. Tert. nat. 2, 17 p. 132, 2 *al.*]). Sen. epist. 99, 5 certissimo. Tert. nat. 1, 16 p. 88, 1 *pusio ante ianuam* iter praetereuntibus tractus domo -dit (*cf.* Mvtian. Chrysost. hom. 23, 1 p. 377$^{extr.}$ a patria ... a domo; *gr. p. 161*$^{init.}$ ἐξέπεσε). virg. vel. 14 p. 904 Oe. virgo ... de gratia virginitatis (*cf.* Vvlg. Gal. 5, 4 a gratia; ἐξεπέσατε). Herm. Pal. mand. 10, 1, 5 toto sensu ([*gr.* ἀποπλανῶνται, *Vulg.* evocantur]. *i. vi* '*cogitandi exuuntur*'. *sic*: Ambr. Hel. 16, 59 *de ebriis. aliter p. 1239, 1*). Cypr. epist. 56, 1 p. 648, 15 *fratres in persecutione prehensos* a gradu gloriae (*cf.* Rvstic. Conc.^{s} I 4 p. 243, 32 *clerici, episcopi dissidentes* a gradu proprio [*gr. I 1, 3 p. 28, 17* ἀποπίπτειν]. *al.*). Hil. myst. 1, 20, 3 p. 18, 18 *prior populus* de spe resurrectionis et gloriae dei -dit (Rvfin. hist. 3, 26, 4 p. 255, 19 salutis et vitae penitus [*gr.* ἀποπεπτώκασιν]. *al. cf. et infra l. 30*). Leo M. serm. 39, 4 p. 265^{c} ab his bonis. *et al.*

Ⅱ *t. t. iur.*: Ⓐ formula -ere *i. q. perdere causam* (*cf.* f. cadere): *v. vol. VI 1, 1117, 25 sqq. 34.* Ⓑ *tempore i. q. constituta die exui*: Symm. rel. 39, 3 *Musa* mensium quattuor dilata curriculis supremo die temporis impetrati -dit. Cod. Theod. 2, 10, 2 destituuntur negotia et temporibus suis -unt, dum *eqs.*

β praevalet notio finem non assequendi, fere i. q. frustrari, destitui, ἀποτυγχάνειν (*inde in re iudic.: fatalem diem [in appellatione] non sequi: v. infra l. 35 sqq.*): Ov. met. 2, 328 *Phaethon* magnis ...-dit ausis. Sen. contr. 1 praef. 21 ubi nuda proponuntur membra *orationis*, si quid aut numero aut ordine -it, manifestum est (*cf.* Qvint. inst. 1, 5, 17 'gladia' qui dixerunt, genere -erunt). Sen. epist. 71, 11 praetura (*v. p. 1236, 84*). Qvint. inst. 2, 17, 25 *medicus* dum ... omnia secundum rationem fecerit, medicinae fine non -et. Ambr. exc. Sat. 1, 22 ubi speratis -eram ([*cf. totum l. et v. supra l. 14*]. *cf.* Dionys. Exig. Greg. Nyss. creat. 23 p. 385^{B} a promissis). Heges. 3, 7 p. 199, 8 utriusque conatus effectu -dit (*cf. gr. 3, 61* τῆς ἐλπίδος ἀφήμαρτεν). Clavd. Mam. anim. 2, 3 p. 106, 17 *si* 'incorporata' ... eo ... sensu dixisti, quo *eqs.* ... -isti pariter et a proprietate verbi et a ratione veri (*cf. quae seq.*). *nota* (*v. supra l. 23*): Cod. Iust. 7, 63, 2, 1 si eo quoque *die* (*sc. XXXI*) appellator -erit *eqs.* ([*antea*: fatali die lapsus]. 7, 63, 2, 2 ut quattuor fatalibus diebus qui appellavit, -erit).

B *respiciuntur aliae motionis rationes*: **1** '*cedendi*', '*eundi*': *i. q. excedere, exire*: **a** *peculiari usu (praeter infra l. 46. 59. 69 christ.; v. et s.* excīdo, *p. 1243, 8): discedere a certa norma, persona sim.; i. q. desciscere, deficere, dissentire (v. infra l. 47. 68) sim.* (*inde ex graecismo transit. i. q. delinquere, inique agere: infra l. 80. cf. Löfstedt, Eranos 8, 1908, 116*): *α c. additam.*: Ⓘ *per abl. separ. (infra l. 60), praep.* ab, circa (*infra l. 65*), de (*aliter p. 1236, 73*): Lvcil. 698 ergo ⟨anti⟩quo ab Arciloco -o (*i.* '*dissentio*' [*sic* Non. p. 300, 19], '*valere iubeo*'; *cf. Marx ad l.*). Tert. apol. 46, 17 de nostris -ere (*F*, -ced- *P*) quosdam a regula disciplinae (*cf.* Lact. inst. 4, 30, 8 a doctrina dei). 49, 6 malumus damnari quam a deo -ere (spect. 8 p. 10, 19. virg. vel. 7 p. 893 Oe. a deo et caelo *angelos. al.* Herm. Pal. sim. 6, 2, 3 [ἀπεσπασμένοι, *vulg.* discesserunt]. *et al. cf.* Tert. spect. 26 p. 26, 3 a domino). pudic. 12 p. 242, 28 de qua finitione sua apostolos -isse (*cf.* 19 p. 265, 13 -imus a qua digressi sumus distinctione). anim. 25 p. 343, 13 de pristina magis an de ista sententia sibi *Plato* (*v. infra l. 68*). adv. Hermog. 39 p. 169, 6 hic a lineis tuis -isti, quibus circa personam dei usus es (Hier. c. Lucif. 11 p. 166^{A} a quaestionum l.). Scap. 3 p. 545 Oe. quod tormentis quosdam a proposito suo -ere fecisset (Symm. epist. 1, 58 quid a pr. -di? Ambr. in psalm. 118 serm. 20, 1, 2 p. 445, 14 pr. humanae moderationis. Pallad. hist. mon. II 14 p. 369^{A} [*gr. p. 60, 13* τῆς προθέσεως ἐξοκεῖλαι]. *cf.* Hil. trin. 2, 14 p. 60^{C} ab ordine propositae distributionis). Itala Rom. 3, 3 (Cypr. unit. eccl. 22 p. 230, 1 *al.*) a fide ([ἠπίστησαν, *Vulg.* non crediderunt]. Lvcif. non conv. 12 p. 26, 19 *al. cf.* Vvlg. I Tim. 6, 21 circa fidem [ἠστόχησαν]). Iren. 1, 28, 2 a veritate (5, 3, 1; *gr.* ἀστοχήση. *al.* Vvlg. II Tim. 2, 18; ἠστόχησαν). Ambr. spir. 3, 2, 14 p. 780^{C} *al.* Vvlg. II Petr. 3, 17 a propria firmitate (ἐκπέσητε). *et al.* Ⅱ *sibi, i. q. a se ipso discedere, secum dissentire* (*aliter p. 1238, 77*): Ps. Qvint. decl. 6, 19 p. 128, 18 in hoc litigatu quodammodo tibi ipsa -isti (*cf. quae anteced.*). Tert. pudic. 19 p. 265, 8 -isse sibi dicamus Iohannem ... negantem ..., nunc vero praescribentem *eqs.* adv. Prax. 1 p. 227, 8. *cf. l. 56. p. 1239, 65 et v. Hoppe, Gnomon 11, 1935, 253.*

β nude, fere i. q. peccare (*cf.* labi): Tert. patient. 8 p. 13, 7 absit ... ut patientia maioribus temptationibus praeparata in frivolis -at. fug. 12 p. 485 Oe. ipsa salus iudicabit hominem -isse dum evadit. -it ergo qui maluit evasisse. praescr. 3, 3 ut probatus aliqui retro postea -at (*seq.* evertitur). *al.* Itala Hebr. 6, 4 (Tert. pudic. 20 p. 266, 28); παραπεσόντας, *Vulg.* prolapsi sunt. Vvlg. sap. 6, 10 *al.*

γ transitive (*v. supra l. 43*): Clem. ad Cor. 51 quaecumque ... -imus et deficimus, postulemus remitti nobis (*gr.* ὅσα ... παρεπέσαμεν).

b *vario usu* (*c. additam.*): *α i. q. extra, supra modum terminosve excedere* (*cf. p. 1207, 80*): *?* Varro ling. 7, 5 si quid -it ex hac quadripertitione (*v. p. 1234, 24*). Iren. 2, 1, 4 in immensum -ente sententia (*i. fere* '*se extendente*'. *fort. et* Priscill. tract. 6, 101 p. 75, 18 in quantum ... potestas; *v. p. 1234, 25*). *β i. q. verti, mutari* (*peiorative c. vi degenerandi*): Hor. ars 282 in vitium libertas -dit et vim dignam lege regi. *γ t. t. gramm. et rhet.: i. q. terminari* (*cf.* cado): Qvint. inst. 9, 4, 106 omnes hi *pedes* qui in breves -unt, minus erunt stabiles (*cf. 9, 4, 136* cadunt).

δ mente, sensu -ere *de exstasi christ.* (*cf.* excedere, *p. 1206, 79 et v. p. 1234, 8; aliter p. 1239, 1*): Tert. adv. Marc. 4, 22 p. 493, 2 in spiritu[m] ... homo constitutus ... cum gloriam dei conspicit ... necesse est -at sensu *eqs.* (*antea*: exstasin). Itala Hab. 3, 1 (Tert. adv. Marc. 4, 22 p. 495, 11) -di mente ([ἐξέστην, *aliter Vulg.*]. Itala II Cor. 5, 13 [Pelag. *in h. l.* p. 259, 20] m. -dimus [-ced- *l. v. ut Vulg.*; ἐξέστημεν]).

2 '*rumpendi*', *i. q. erumpere* (*c.* in *resultat.*): Sen. dial. 9, 15, 5 humana vitia placide accipere nec in risum nec in lacrimas -entem (*v. p. 1235, 48*).

3 *acced. praedicativo c. vi* '*evadendi*', *i. q. fieri, existere*: Clavd. Don. Aen. 2, 200 p. 176, 3 *Laocoon* iudicio sortis Neptuno sacerdos -erat ([*LR*, -ierat *r*]. 9, 175 p. 211, 11 Nisus ... portae custos. *aliter p. 1236, 22*).

II *c. vi evanescendi: i. q. extingui, perire, amitti, tolli* (*fere i. q. remittere, minui: infra l. 54; in inane redigi, cassum fieri: infra l. 31 sq. fere i. q. praetermitti*: Sen. contr. 1, 7, 18 librario una syllaba -dit 'non' *eqs.* [*v. totum l.*]. *acced. saepe dat. personae: v. e. g. l. 43 sqq. 77 sqq. p. 1239, 25 sqq.; corporalem cadendi vim pellucentem habes infra l. 38. 49. v. et s. I p. 1234, 48 et cf.* Cic. *p. 1234, 38. 1235, 35*): **A** *in universum: quavis ratione* (*de rebus, maxime iis quae ad hominum animos pertinent; de temporis lapsu: infra l. 36*): **1** *pleno evanescendi sensu*: **a** *absolute*: Naev. trag. 4 -dit orationis omnis confidentia. Pvblil. V 1 ubi fata peccant, hominum consilia -unt (*i.* '*inania ac vana fiunt*'. *sim.*: Sen. epist. 82, 7 magna verba -unt, cum tortor poposcit manum [Itala Ios. 23, 14 (Lugd.) non ... verbum unum ex omnibus verbis *dei; διέπεσεν, Vulg.* praeterierit incassum. Vvlg. Tob. 14, 6 *al. aliter p. 1236, 43*]). Hor. carm. 3, 5, 29 vera virtus cum semel -dit (*opp.* reponi). Sen. epist. 1, 1 tempus quod adhuc aut auferebatur aut subripiebatur aut -bat (*syn. postea*: effluunt). Stat. Theb. 7, 210 vetus ... ira (*cf.* 7, 258 procul, oro ... omen et ... procul -at ira Dianae. *al.*). Ps. Qvint. decl. 12, 12 p. 229, 6 desuetudine ... iura. Tert. nat. 2, 1 p. 93, 22 cum ... istos deos ab hominibus institutos non ⟨negatis, i⟩am hinc -ere fidem verae divinitatis, quod *eqs.* (*i.* '*tolli*'). patient. 12 p. 19, 23 *dilectio* numquam (*cf.* Vvlg. I Cor. 13, 8 caritas [πίπτει]; *opp. v. p. 985, 28*). *al. et al.* **b** *c. dat. personae, cui quid intereat*: Plavt. Most. 732 vita (*audi:* '*amoena*') antehac erat: nunc nobis omnia (*v. adn.*) haec -erunt (*i. fere* '*acta sunt*'; *cf. seq.* occidimus). Ov. fast. 6, 393 posse fame vinci spes -dit (*sc. Gallis*). trist. 1, 1, 48 *Maeonidae ipsi* ingenium tantis -et omne malis. Sen. Thy. 32 fratribus regna. Petron. 119 vs. 43 senibus ... libera virtus. Val. Fl. 5, 654 -at iste ni tibi corde tumor. Homer. 69. *et al.*

2 *debilitatiore vi c. respectu certi cuiusdam tp. momenti: i. q. intermittere (syn. l. 52), quiescere*: Sen. Herc. O. 1446 quam bene -eras, dolor! epist. 53, 9 si aeger esses, curam intermisisses rei familiaris et forensia tibi negotia -issent. *sim. refl.* sibi, *fere i. q. minui, remittere* (*aliter infra l. 77*): Sen. dial. 5, 24, 4 neminem esse tam circumspectum, cuius non diligentia aliquando sibi ipsa -at.

B *significantiora*: **1** *terrore, metu, stupore sim. turbatum quasi comminui*: **a** *subi. est res* (*mens, vultus, color; sim. oratio l. 61 sq. cf. infra l. 71*): Cic. Quinct. 39 cum statuisses mentionem de pecunia facere ... timidus ... te retinebas; -bat repente oratio; cum cuperes appellare, non audebas (*cf.* Verr. II 1, 141 isti color immutatus est, vultus, o., mens ... -dit [*v. l. 63. 66*]). Catvll. 66, 25 tibi ... pectore sollicitae sensibus ereptis mens -dit (Ov. met. 4, 176 *Vulcano* m. et quod opus fabrilis dextra tenebat [*v. p. 1235, 7*]. Sen. contr. 1, 1, 16 offensam mihi putas tantum -isse? [*v. p. 1239, 6*]. mens -dit. *al.* [*v. et l. 62*]). Ov. met. 2, 602 vultus ... deo (*Apollini*) plectrumque (*v. p. 1235, 6*) colorque -dit (*v. l. 62*). Sen. contr. 7, 1 (16), 6 *v. p. 1235, 8.* Petron. 19, 6 omnis constantia attonitis. Romvl. fab. Aesop. ed. Thiele 55, 5 (recc. vet., g.) *lusciniae* animus ..., ex metu *eqs.* (*rec. W.* -cederet).

b *subi. est persona* (ingenium *pro* '*homine*': *infra l. 83*): *i. q. animo linqui, exanimari: α generaliter* (*acced. abl. causae: infra l. 74. 75. cf. p. 1240, 4*): Ov. ars 1, 539 -dit illa (*sc. Ariadne*) metu rupitque novissima verba (*cf.* rem. 348 *puella* infelix vitiis -et ... suis). 2, 450 *puella*, simul ... crimen pervenit ad aures, -it (3, 702 Procris, ut accepit nomen ... Aurae, -dit [*seq.* muta]). *β in certis locutionibus*: Ⓘ sibi -ere (*cf. quasi def. l. 83; aliter l. 54. p. 1237, 68. 1239, 62*): Sen. Phaedr. 590 quis me dolori reddit atque aestus ... reponit animo? quam bene -eram mihi! (*cf. vs. 585* terrae ... corpus exanimum accidit. *v. Gaheis, de trop. in Sen. trag., diss. Vind. 5, 1895, 29*). nat. 2, 27, 3 *fragore* concidunt homines et exanimantur, quidam ... vivi stupent et in totum sibi -unt, quos vocamus adtonitos *eqs.* 6, 29, 2 ingenia in tantum venere formidinis, ut sibi -rent (*opp.* consipere). Ⅱ *acced.*

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

abl. separ.: mente *sim.* (*aliter p. 1237, 9. 1238, 7*): APVL. met. 8, 31 adeone ... praesenti malo perterritus mente -isti tua (RVFIN. hist. mon. 8 p. 421[C] *puer* visu draconis exterritus m. -erat [*seq.* exanimis]). DICT. 1, 4 regem ira atque indignatione stupefactum consilio -isse.

2 *de memoria: i. q. dilabi ex animo, oblivione obrui sim.* (*audacius part. praes.* excidēns, -tis *pro subst. de eo qui facile alqd. obliviscitur, i. q. obliviosus: infra l. 67. cf.* PORPH. Hor. sat. 2, 4, 6 p. 308, 19 'interciderit': -erit. NON. p. 300, 15 in oblivionem venire. GLOSS. oblitus sum. *v. et* CHAR. gramm. p. 411, 8 B. sqq. *v. p. 1234, 67. 1236, 83. 1238, 65*): **a** *-unt res* (*ipsa 'memoria' sim.: infra l. 17*): *α sine additam.*: CIC. carm. frg. 34 (Tusc. 3, 71) *nemo tam sapiens est*, qui *alios* ... dictis adlevans ... clade ... subita frangatur sua, ut illa ad alios dicta et praecepta -ant (*cf.* LIV. 22, 15, 6 pr. dictatoris. *al.*). PVBLIL. B 28 bene cogitata si -unt (*v. p. 1234, 11*), non occidunt. LVCR. 3, 675 omnis ut actarum -erit retinentia rerum (*cf.* LIV. 27, 3, 8 Tarentinae ... arcis ... memoriă). SEN. Herc. O. 357 illicita amantur, -it quidquid licet. benef. 3, 5, 1 beneficia (*syn. postea*: effluunt. *al.*). STAT. Theb. 7, 537 regnum. *al.* QVINT. inst. 4, 2, 91 (*antea*: meminisse). 11, 2, 6 -ere proxima, vetera inhaerere (*cf.* 11, 2, 35; *opp.* haerere. *al.*). 11, 2, 19 -entes (*sc.* '*res*' *vel* '*sensus*') unius admonitione verbi in memoriam reponuntur. *al.* QVEROL. p. 35, 25 hem quod -erat 'estne' *eqs.* (*sic seq. or. dir.*: AVG. serm. coll. Morin p. 630, 26 -dit quod ait: '*eqs.*' *al. cf. l. 38*). *et al.*

β acced.: Ⓘ *dat. personae, quae quid obliviscitur* (*cf.* QVINT. inst. 4, 5, 4 non iniucunda schemata 'paene -dit mihi' et 'fugerat me' et 'recte admones'): CIC. leg. 2, 45 o miram memoriam, Pomponi, tuam. at mihi ista -erant (-erunt *H*). Att. 6, 1, 7 mihi ... illud. 9, 5, 3 ea iam mihi. epist. 5, 13, 2 cogitatio ... mihi non omnino (*seq.* penitus insederat). PROP. 4, 7, 15. OV. fast. 5, 315 officium tristi mihi (*sc. Florae*). *al.* SEN. contr. 10, 3 (32), 2 tibi vetera exempla. suas. 7, 13 illi nomen Cestii ([*opp.* memoriam ... certiorem *facere*]. SEN. epist. 27, 5 illi n. ... Vlixis ... Achillis. MART. 1, 96, 14 *al. cf.* MART. 4, 11, 5 fatum tibi nominis huius [*sc. Antonii*]. *aliter p. 1236, 56*). SEN. epist. 81, 23 cui beneficia -unt, haerent iniuriae. *al.* STAT. Theb. 3, 302 *al.* QVINT. inst. 4, 2, 83 aliquando nobis -isse simulamus, cum quid utiliore loco reducimus. *al.* CYPR. laps. 8 p. 242, 10 (*syn.* de memoria recesserunt). AVG. serm. coll. Morin p. 634, 22 -it tibi 'in principio *eqs.*' (*sim. al. cf. supra l. 24*). *et saepe.* Ⓘⓘ animo, memoriā *sim., e quibus quid elabatur* (*dat. v. infra l. 49. cf.* GLOSS. IV 441, 4 -erant a. in oblivione venerant [*al.*]): VERG. Aen. 1, 26 *nondum* causae irarum saevique dolores -erant animo *Iunoni* ([OV. epist. 20, 188 -erant a. foedera ... tuo]. LIV. 34, 37, 6 pacis mentio ex omnium animis. SEN. Thy. 511 animis odia [PRVD. psych. 371]). OV. Pont. 2, 4, 24 non ... si biberes ... pocula Lethes, -ere haec (*sc. amicitiam, amorem*) credam pectore posse tuo (*cf.* VVLG. deut. 4, 9 ne obliviscaris verborum ... et ne -ant de corde tuo [*aliter p. 1236, 43*]). LIV. 29, 19, 13 Carthaginem atque Hannibalem (*v. l. 52*) -isse de memoria (SEN. apocol. 5, 1 ne -ant memoriae, quae *eqs.* [*syn.* obliviscitur]. PETRON. 56, 10 meae. *al. cf. et l. 62*]. FORTVN. rhet. 1, 16 p. 94, 13 memoriā [-am *P*]).

b *-unt homines* (*inde* sibi -ere *i. q. sui ipsius oblivisci: infra l. 62*): OV. epist. 2, 105 tibi -dimus (SEN. Herc. O. 1332 -dimus tibi? [Med. 561 sq. -dimus tibi? numquam -emus; *vs. 560* oblitus mei. CLAVD. carm. min. 40, 13]). SEN. Herc. O. 367 Auge vim stupri passa -dit *Herculi*. Tro. 204 -dit Achilles (*sc. tibi, Agamemno*). benef. 6, 23, 5 *al.* PETRON. 54, 3 cocus ille. MART. 8, 55 (56), 17 attonito ... Galatea poetae. QVINT. inst. 10, 1, 75 Xenophon ... mihi. 11, 2, 30 (*opp.* tenendus). *al.* PLIN. paneg. 53, 4 an -dit dolori nostro modo vindicatus Nero? HIER. adv. Iovin. 1, 49 p. 394, 16 B. (-ced- *SC*). OROS. hist. 1, 8, 13 quis credat ... in brevi eorum (*sc. Aegypt.*) -isse memoriae *Ioseph (v. l. 49). cf. et supra l. 48. et al.* sibi -ere (*aliter p. 1238, 77*): SEN. dial. 5, 14, 1 (*Cambyses vino deditus*) ut scias, inquit, quemadmodum numquam -am mihi, adprobabo *eqs.* TERT. ieiun. 6 p. 280, 16 (*antea*: meminerit, memoriae, recordabitur. *ad p. 1237, 68 ref. putat Hoppe, Gnomon 11, 1935, 254*).

c *part. praes.* excidēns, -tis *pro subst.* (*v. supra l. 7*): QVINT. inst. 11, 3, 132 reclinari ... ad suos ... delicatum *est*, sicut palam moneri -is aut legere.

d *structurae quid in oblivionem veniat indicantes (praeter p. 1240, 1 imperson.): pendet: α inf., acc. c. inf.* (*cf.* obliviscor): *c. solo inf.*: AETNA 583 -dit hic (*i. Athenis*) reduci ... tibi ..., Theseu, ... praemittere vela parenti. QVINT. inst. 11, 3, 130 id vitare *Demostheni* (*sc. umeros iactare; opp.* commoneretur). TERT. cult. fem. 2, 10 p. 728 Oe. *c. acc. c. inf.*: SEN. contr. 2, 2 (10), 11 -erat iurantibus esse tertium, qui *eqs.* SEN. epist. 90, 33 -dit ... vobis eundem Democritum invenisse *eqs.* QVINT. inst. 2, 3, 10 mihi scripsisse me *eqs.* TERT. nat. 2, 12 p. 116, 23 HIL. trin. 9, 51 p. 322[A]. *et al.* *β enunt. secundar.*: Ⓘ *consec.* (*ex analogia verbi q. e.* accido): OV. met. 14, 139 -dit, ut peterem iuvenes ... annos (*sc. mihi, Sibyllae*). Ⓘⓘ *interrog. indir.*: PS. QVINT. decl. 12, 12 p. 228, 22 si adeo iudicibus quid passi sunt, -erit ut *eqs.* *γ praep.* de: TERT. adv. Marc. 4, 11 p. 449, 5 -dit ei vel de Petro. *δ abl. separ.* (*constr. person.*): QVEROL. p. 21, 24 spes mihi nulla est: mandato -di (*cohaeret c. eo usu, qui est s. I A 2 b, p. 1236, 73*).

3 *de dicendo, recitando: i. q. media in oratione deficere* (*cf. appos. l. 8; exempl. l. 5 allatum per se etiam ad p. 1238, 71 referre possis*): SEN. contr. 1, 2, 22 *Scaurus* Ovidianum illud ... *attulit* (*sc. praetore quodam dicente*) et ille -dit nec ultra dixit. SEN. epist. 27, 6 habebat ... *servos*, a quibus ... cum peteret versus quos referret, saepe in medio verbo -bat.

excīdo, -cīdī, -sum, -ere. *ab* ex *et* caedo. *scribitur*: esc-: AVELL. p. 488, 15 *V.* exscid-: INSCR. *p. 1243, 47. cf.* EVTR. 1, 19 -scisae G^1F. -cíd-: R. GEST. div. Aug. 1, 15. *de formis: perf.* (*v. et p. 1233, 83*): -dēre: OV. fast. 4, 361 PLIN. nat. 36, 64. -serit: LEX Sal. 29 add. 7 (*l. v.* -cuss-; *v. p. 1241, 77*). -surus: VERG. Aen. 12, 762 DICT. 3, 18 AMM. 31, 9, 1 *al.* PRVD. psych. 69. *p. p. p. nonnumquam per* -ss- *scriptum in varr. codd. invenitur* (*cf.* incisso [*aet. Aug.*] *CIL XIII 1041*; occissus [*Tib.*] *CIL VIII 14603; v. et vol. I 147, 78 sq. s.* abscīdo): *1) not. I* ('*secandi*'): PLAVT. Most. 826 *A* (*Lindsay*). CELS. 5, 26, 5 *F*. 5, 28, 14[D] *F bis* (*Marx; sic et*: 7, 4, 3[B] *FV*. 7, 17, 1[C] *codd. praeter J; cf. s.* excis(s)orius). PLIN. nat. 35, 94 B^1. VLP. dig. 44, 2, 7 pr. *F*. PRVD. psych. 69 *SK. al.* *2) not. II* ('*delendi*'): STAT. Theb. 12, 53 *b*. MART. CAP. 6, 691 *A Ar* B^1 (*v. l. 24. 42; sc. confus. c. voce q. e.* -scindo). *cf. et p. 1242, 42. 1243, 38. de ratione inter* **-cīdere** *et* **-(s)cindere** *intercedente: fuerunt qui vocem q. e.* -ere '*delendi*' *sensu (v. s. II, p. 1244, 18) omnino non fuisse usurpatam contenderent, qua opinione ducti haud paucis locis trad.* '*-cidendi*' *lect. in* '*-scindere*' *temere mutarent* ([*v. inprimis Lahmeyer, Philol. 38, 1878, 150 sqq.; Neue-Wagener, Formenl. III*[3] *568 sq.*]. *e. g.*: CIC. Sest. 35 *Lambin.* [95]. VELL. 1, 12, 2 *Halm* [*idem*: VAL. MAX. 9, 12, 3 TAC. ann. 11, 9. FLOR. epit. 2, 2, 37 *probante Roßbach*]. *al. cf. et* TAC. Agr. 19, 1 [*Aldus*]. hist. 5, 16, 2 *al.*). *at certe* -ere *hac* '*delendi*' *signif. extat* R. GEST. div. Aug. *p. 1244, 71; deinde* CIC. Sest. 95 oppugnavit, -dit, incendit *clausula efficitur, ut iure statuas perf. ab* -ere *formatum (v. Klotz ad l.; Heraeus, WklPh. 14, 1897, 549). praeterea haec fere admonenda: 1) formas stirpis perf., ubicumque vi* '*delendi*' *in prosa orat. leguntur, quominus ab* -scindere *derives, per se vix impediaris* (*e. g.*: CIC. Phil. 4, 13 VELL. 2, 6, 4 SVET. Galba 3, 4 *al.* [*aliter*: BRVT. Cic. ad Brut. 1, 16, 7 malum; *cf. l. 47 sqq.*]. *cf. et l. 10*; TERT. *l. 53*, FIRMIL. *p. 1243, 15 not. I*), *attamen quia hac in re nil certius potest probari, has formas universas sub hoc lemmate afferre e re visum est* (*item et p. p. p.* -sus [-ssus *ab* -scindo *nusquam certo legitur*], *quamvis hic illic dubites, de utro verbo agatur* [CIC. Cato 18 -cissam *b*, -scisam L^1; *praesertim in* AMM., *qui 25*[ies] -sus, *numquam* -ssus *praebeat, sed in praes. nonnisi* -scindere *uti videatur*]). *2) in locis inter utramque lect. fluctuantibus eos ad* '-ere' *traximus, quibus aut codd. auctoritate aut ipso verbi usu lectio* '*-endi*' *commendatur. cf. e. g.*: SEN. clem. 1, 26, 1 *crudelitatem* -ere *FP* (-cind- *rell., edd. vix recte; nam cum* -scindere *non ante* TAC. ann. 16, 21, PRVD. *incorpor. rem pro obi. habeat voci q. e.* -ere *inde a* CIC. [*cf. p. 1245, 7*] *usitatam, praeferas lect. FP. sim. etiam*: LACT. inst. 3, 26, 12 vitia *HPV* [-cind- *rell., ed. cf. infra l. 55*]). SIL. 7, 643 *S* (-cind- *rell.; v. p. 1244, 77*). STAT. Theb. 8, 515 *f et P* (-ced-; *v. infra l. 66*); -cind- *cett., Klotz* (*cf. 4, 760 Kl. [= 753 Kohlm.] et v. p. 1244, 51*). TERT. apol. 47, 9 -cide-runt *F* (scid- *P, unde* exscid- *Rauschen, Waltzing in ed. [non comm.]; cf. p. 1243, 82*). LACT. inst. 5, 3, 22 *RHPV recte, ut vid.* ([-cind- *BS, ed.; v. p. 1245, 24*]. ira 17, 12 [-ced- B^1; *v. infra l. 66*]; *de* 3, 26, 12 *v. supra l. 50. contra* 3, 2, 2 -cindere *R* [-cid- *rell.*] *probab. cf. Borleffs, Mnem. 58, 1930, 267*[2]). *v. etiam p. 1241, 29. 52. 1243, 80. falso trad.* -scindere *pro* -ere: VLP. dig. 43, 27, 1, 2 (*not. I; v. p. 1241, 27*) *cod. F*; -ere (*ut Basil.* ἐκτέμνειν) *XYMOC* (*recte* -cind-: CIC. off. 1, 76 *VP* [-cid- *X*ς]. *cf. et l. 73*). *de notione*: GLOSS.[L] III Abstr. EX 47 -it evertit. I Ansil. EX 276/7 capulatum, confirmatum (*?*), cavatum (*v. p. 1243, 27*). GLOSS. ἐκκόπτω. ἐκτέμνω. *legitur inde a* PLAVTO (*v. p. 1241, 13. 1244, 60*), CATONE (*infra l. 80*), *?* L. CRASSO (*v. l. 68*), CIC.; *frequentat* CELS.

[*variat: c.* -scindere: *v. supra l. 23 sqq.* -cedere: *v. l. 52. 56. p. 1242, 82* (LACT. mort. pers. 7, 9; *trad.* -ced- *falso*). *c.* abscido: *p. 1241, 23. 1242, 5.* incido: L. CRASS. or. frg. Cic. de orat. 3, 4 (= frg. 40 M.) haec tibi est -enda lingua, qua evolsa *eqs.* (*L*, in- *rell. recte ut vid.; cf. p. 1241, 69*). *c. simpl.*: OV. met. 8, 328 *N* (ceciderat [-erit] *rell. recte*). *c.* excuss-: *v. l. 13. cf. et p. 1242, 82. 1243, 61.* SEN. nat. 3, 11, 3 *v. p. 1027, 15 sq. conicitur*: CIC. rep. 6, 11 *Orelli* (excindens *G*, conscind- *V. cf. l. 61*). VITR. 7, 1, 7 *Jocund.* (-celsos *GH*). PEREGR. Aeth. 8, 2 *Geyer falso* (-clusae *cod.; cf. Löfstedt, Komm. p. 181*).]

I ***c. vi secandi*** (*cf. et p. 1244, 19*): **A** *respicitur sensus aut* '*foras*' *secandi aut* '*amputandi*': **1** *praevalente notione sectionis: i. q. exsecare, amputare; abscidere, reciderc sim.*: **a** *laxius*: *α naturales res* (*in alleg., similitud.* '*homines*': *p. 1241, 7. 41*): Ⓘ *generatim*: CATO orig. frg. 33 *Libui* securim atque lorum ferunt, gelum crassum -unt ..., loro conligatum auferunt. COLVM. 9, 8, 9 arundinis internodium cum suis articulis (*cf. Pallad. 5, 7, 3* recides). PETRON. 35, 5 caespes cum herbis -sus (TAC. ann. 1, 65, 7 per quae egeritur humus aut

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-itur c. *cf.* IVST. 44, 3, 5 *Gallaecia auro dives*, ut ... aratro frequenter glebas aureas -ant). PLIN. nat. 17, 100 cortice -so *in inoculatione* (17, 119 scalpro [*ex Catonis agr. 42, ubi* eximito]. *al.*). 19, 92 oculis ex radice -sis. 35, 167. LEX Manc. (Bruns fontes[7] 114; *a. 116/17*) III 22 *si quis* fructus ... cae⟨cide⟩rit -erit, exportaverit ... desequerit. PALLAD. 12, 11 surculos (*cf.* PELAG. in I Tim. 6, 10 p. 501, 12 ramos. *al.* [*aliter p. 1243, 71*]. *sim. in alleg.* [*v. p. 1240, 79*]: VVLG. Rom. 11, 24 [*de insertione*] si tu ex naturali -sus es oleastro et ... insertus ... in bonam olivam [*i.* '*quasi surculus abscisus*'; ἐξεκόπης. *v. et ibid. vs.* 22]).

Ⅱ *peculiaria:* ⓐ *arbores, frutices, ipsas silvas: i. q. succidere, extirpare sim.* ('*postes*' *l. 13; per auxesin quandam:* iugum *infra l. 40; de herba aratro evellenda:* PALLAD. 10, 9. *per similitud. [v. p. 1240, 79]: infra l. 40*): PLAVT. Most. 826 *postis* intempestivos -sos credo *eqs.* (*v. l. 11; aliter p. 1244, 28*). ENN. ann. 188 securibus caedunt *arbores*, percellunt ... quercus, -itur ilex (*cf.* COLVM. 5, 8, 7 quercus. PALLAD. 3, 18, 4 *cerrum*). VARRO ling. 5, 152 silva laurea, quod ea ibi -sa *eqs.* (*cf.* VELL. 2, 109, 5 -sis continentibus Hercyniae silvis. FRONTIN. strat. 1, 11, 19 [-citanda *H*]. PANEG. 5, 6, 2. COD. Iust. 3, 35, 1 [*a. 222*]. *al.* *in imag.*: VELL. 2, 27, 2 nisi s., in quam *refugerent lupi* [*i. Romani*] ..., esset -sa [*i.* '*Roma deleta*'; *cf. p. 1244, 18*]). CIC. Verr. II 3, 119 -sis arboribus ac venditis (Att. 15, 4, 2 [*opp.* evolsa]. CAES. civ. 2, 15, 1 omnibus a. ... in finibus Massiliensium -sis et convectis. BELL. Alex. 29, 4 [abs- *V*]. S. C. Frontin. aq. 127 [*a. a. Chr. 11*]. LEX Quinctia [Frontin. aq. 129; *a. a. Chr. 9*] a., vites [*v. l. 28*], vepres ... tollantur, -antur, effodiantur, excodicentur. VITR. 2, 10, 1 *al.* PLIN. nat. 13, 35 *al.* VLP. dig. 4, 3, 7, 3; *coniunct.* extirpavit. 43, 27, 1, 2 a stirpe [*v. p. 1240, 60*]. 50, 15, 4, 1 vel vites [*v. l. 25; aliter infra l. 56*]. *passim*). CIC. epist. 7, 20, 1 *lotum*. NVX 179 (-scind- *G*ς). *al.* LIV. 9, 16, 18 (*in imag.*) agedum, lictor, -e radicem hanc; *sc. praetorem Praenestinum* (VIR. ill. 31, 5 *al.*). VITR. 2, 9, 7 *abietem* (*cf. ibid.* ima *pars abietis* ... cum -sa *eqs.*). SEN. Herc. f. 1285 omne Pindi ... -am nemus (*cf.* TAC. ann. 14, 30 -si ... luci [ITALA deut. 7, 5 (Lugd.); ἐκκόψετε, *Vulg.* succidite. *al.* CARM. adv. Marc. 3, 73. *al.*]). QVINT. inst. 9, 4, 5 rubos arvis (GELL. 19, 12, 7 r. alte atque late obortos [*cf. postea:* decidit]). ALF. dig. 23, 5, 8 ligna ... ex oliveto (ITALA Ier. 10, 3 [Cypr. testim. 3, 59 p. 161, 11] *deus gentium* l. de saltu -sum, opus fabri *est* [ἐκκεκομμένον, *Vulg.* praecidit]. *al.*). AMBR. hex. 3, 13, 54 castanea ... -sa. SIDON. carm. 2, 131 -sus ... palmes. *talia saepe.* *nota* (*v. supra l. 12*): MART. 7, 27, 6 flagret ... -so festa culina iugo. *in similitudine* (*v. supra l. 13*): PETR. CHRYS. serm. 106 p. 495[C] sicut arbor e terra, sic iste (*sc. homo fruges non ferens*) e vita meretur -i.

ⓑ *lapides, metalla caedendo eruere* (*inde audacius* -ere *absol. i. q.* λατομεῖν: *infra l. 50*): CIC. off. 2, 13 nec lapides ex terra -rentur ... nec ferrum ... effoderetur (PAVL. FEST. p. 117 ex quibus locis [*sc. lautumiis*] -si sunt l. *eqs.* 118 lapidicinae, ubi -untur l. ITALA Dan. 2, 35 [Rufin. Adamant. 1, 25 p. 49, 3] l. -sus est de monte sine manibus; ἐτμήθη, *Vulg.* abscissus. *al.* *cf.* PLIN. nat. 5, 34 sale montibus suis -so ceu lapide. *inde absol.* [*v. supra l. 44*]: VITAE patr. 6, 3, 2 ostendi ... petram dicens '-ite hic' *eqs.* [*gr. Cot. p. 542* λατομήσατε ὧδε]). PROB. Verg. georg. 3, 34/36 unde (*sc. e monte Marpesso*) marmor -itur ([*E V*, -cind- *M P*]. PRVD. apoth. 521). COD. Theod. 10, 19, 11 *metalla* -endi exsecandique ... facultatem (*cf.* 10, 19, 13).

ⓒ *t. t. agr. de collucatione: fere i. q. putare* ('*artificiose*' *l. 58; inde per imag. de rescindendis iis, quae superabundant: l. 58*): PLIN. nat. 17, 226 *vitibus* in supinum -sis (*ex Theophr. h. pl. 4, 14, 6* ὑπτία τμηθῇ. *aliter supra l. 28*). MEROB. carm. 3, 6 ⟨por⟩rigit -sum buxus ... latus. *in imag.* (*v. l. 55*): TERT. uxor. 1, 2 p. 671 Oe. materiae ... emendationum ... quas dominus evangelio ... aut -dit redundantes aut composuit inconditas (*aliter p. 1244, 21*).

β membra vel ea quae ad corpus animantium pertinent (*sic obi. et ipse homo: l. 77 sqq. p. 1242, 1 [refl.]. 7 sqq. 38; audaciora:* -ere *alqm. per se i. q.* '*decollare*' *l. 80; ? alqm. alqā. re [abl. separ.] fere i. q.* '*exuere*' *secando: l. 78*): Ⅰ *in universum:* SEN. contr. 9, 2 (25), 4 humanum caput (PS. QVINT. decl. 3, 13 p. 52, 7. APVL. met. 5, 24 ferro. CAPITOL. Albin. 9, 6 c. ... -sum pilo circumtulit. PRVD. psych. 69). SEN. epist. 9, 4 si *sapienti* ... manum aut morbus aut hostis -erit; *seq.* excusserit (GALLICAN. Avid. 4, 5; *seq.* incidit. DICT. 3, 15). APVL. flor. 12 p. 45 *linguam psittaco* (MARCELL. chron. II p. 93, 484, 3; *seq.* praecisa. *cf. et p. 1240, 68*). SER. SAMM. 971 vulturis -sos adipes (*cf.* PLAC. med. rec. β 23 l. 34 vulture vivo -sam medullam). PANEG. 2, 36, 2 (*in pugna atroci*) illi mutilis -sisque membris reliqua sui parte fugiebant. HIL. in Matth. 32, 2 p. 1071[A] (*alleg.*) populo ... inoboediens auditus -itur ([*seq.* amputatur; *cf. antea:* apostolo ... auricula desecatur]. *sim.* trin. 10, 28 p. 367[B] -sae auris carnem; *opp.* restituit). LEX Sal. 29 add. 7 si nasum -serit (*2a*, -cuss- *rell.*). *nota (v. supra l. 62): ? c. abl. separ.:* IVL. VAL. 2, 3 p. 68, 23 qui vos -sos (-sis *suspic. Kroll*) linguis ulcisci vecordiae potuisset (*Ps. Callisth. 2, 2, 3* τὰς γλώσσας ὑμῶν ἀποτεμών). -ere *alqm. pro* '*caput alcis. abscidere*': MVTIAN. Chrysost. hom. 27, 2 p. 404[extr.] ostendere et illos ... -sos ([*ad Hebr. 11, 35* distenti, ἐτυμπανίσθησαν]. *gr. p. 187[med.]* ἀποτμηθέντας, *cf. p. 405[init.]* decollatio).

Ⅱ *specialia:* ⓐ *spectatur virilitas abscidenda, i. q. castrare* (*obi. subaud. infra l. 7; refl. infra l. 3 sq.* *inde p. p. p.* -sus *pro subst.: infra l. 9*): OV. fast. 4, 361 cur ... Gallos, qui se -dēre, vocamus (RVFIN. hist. 10, 6 p. 966, 7 semet ipsos impatientia libidinis. PRVD. perist. 10, 1059; *seq.* detruncat). SEN. nat. 7, 31, 3 alius genitalia -it ([abs- δ]. *cf.* QVINT. inst. 5, 12, 17 puerorum virilitate -sa [decl. 340 p. 345, 6]). MART. 3, 91, 9 ferrum ... turba rapit -untque senem. IMP. Hadr. VIp. dig. 48, 8, 4, 2 medico ... qui -erit. *ibid.* qui se sponte -endum praebuit (*antea:* castrare). *p. p. p.* excīsus, -ī *m. subst.* (*v. supra l. 2*): SEN. contr. exc. 10, 4 -orum greges habent, exoletos suos (*Sen. 10, 4 [33], 17* castrator[i]um).

ⓑ *in arte med.: secando eximere res corporis morbo affectas, inflammatas sim.* (*cf. quasi def.: infra l. 42. similiter de partu: infra l. 38 sqq. [obi. homo infra l. 38]; paulo aliter, sc.* '*vi abscindere*'*: infra l. 45.* *in imag. [cf. et p. 1243, 8]: infra l. 47.* *cf. etiam:* CELS. 7, 7, 11 *lina* paulatim secando id [*sc. staphyloma*] -unt): CELS. 5, 26, 32 vetus ... ulcus scalpello concidendum est -endaeque eius orae et quidquid super eas livet aeque incidendum (7, 21, 1[C] *al.*). *ibid. variculam.* 5, 28, 2[C] *carcinomata* scalpello (*cf.* 6, 18, 3[B] -so cancro). 5, 28, 13[C] totum ulcus usque ad sanam carnem (6, 15, 4 *bis.* 8, 2, 1 *al.*). 6, 4, 3 cum paulatim summa pellicula *in areis* -sa est ([*al.*]. *cf.* 7, 2, 5 *cutem* super pus *in pano* [7, 2, 6 *ter.* 7, 12, 5; *opp.* incidi. 7, 25, 2 *al.*]). 6, 18, 3[A] *cutis* incidenda ... tum quidquid corruptum est, -endum sic, ut ex integro ... paulum dematur (*cf.* 8, 2, 5 eatenus, quod c. est [*antea:* eximendum]). 6, 18, 6[B] testiculus -sus ([*antea:* inciso scroto]. *cf.* CHIRON 474 p. 156, 18 *testem* qui prociderit [*deest Hippiatr. gr. I p. 223, 8 sqq.*]). 7, 4, 3[B] *fistulam* (*ibid.* [*v. p. 1240, 19*]). 7, 5, 4[B] os (8, 3, 1. 8, 4, 7 *al.* SCRIB. LARG. 206 p. 83, 22 terebratu). 7, 7, 7[C] totum id cavum ... usque ad os -endum (*cf.* SCRIB. LARG. 53 p. 24, 22 [= MARCELL. med. 12, 1] cum ... exesus est aliqua ... parte *dens*, ... non suadeo protinus tollendum, sed -endum scalpro medicinali, qua cavatus est). 7, 7, 8[G] tenuis habenula e⟨st⟩ ab ulteriore ora -enda (*cf.* 7, 17, 1[C] habena). 7, 9, 4 si cartilago in eo, quod incisum est, eminet, -enda est (*cf.* 8, 4, 14 id quod eminet, plano scalpro). 7, 12, 2 *tonsillas* scalpello. 7, 16, 3 ex quo (*sc. omento*), si quid ... nigri ... est, forfice -i debet. 7, 17, 1[B] medium tumorem (7, 17, 1[C] -sso medio *t.* [*v. p. 1240, 19*]. 7, 24 [*antea:* incidi]. *al.*). *persaepe.* PLIN. nat. 1, 7, 7 monstruosi partus, -si utero ([*item* SOL. 1, 68. *cf. supra l. 13*]. *similiter:* MARCELL. dig. 11, 8, 2 *mulierem praegnantem non* humari, antequam partus ei -atur [*cf.* VLP. dig. 50, 16, 141 *mulier* quae -so utero edere possit. *aliter p. 1243, 70*). 23, 55 post -sos calculos (PLAC. med. rec. β 17 l. 33 de ... vesica cauculos -sos [-ciss- *Vr*, *Vi*], id est chirurgia sublatos). VAL. CEM. hom. 9, 2 p. 720[B] *non* statim sanantur vulnera, quae semel laveris. saepe -si corporis medicina repetenda est.

nota: i. q. '*abscindere*' *violenter* (*v. supra l. 13*): CELS. 5, 26, 5 peius ... vulnus est, ex quo aliquid -sum est ex quove caro alia parte abscisa alia dependet. *in comparatione* (*v. supra l. 14*): CONC. Carth. a. 416 (Aug. epist. 175, 1 p. 654, 9) episcopali iudicio -sum hoc tantum vulnus (*sc. haeresis. cf. p. 655, 3* sanitas procuretur. *v. p. 1243, 20*).

γ varias res corporeas: VITR. 2, 8, 9 e quibusdam parietibus ... picturae -sae ... in comitium ... fuerunt allatae ([PLIN. nat. 35, 173 latericiis p. ... opus tectorium]. *cf.* 7, 3, 10 veteribus p. ... crustas [*v. ex. seq.*]). PLIN. nat. 35, 154 ex hac (*sc. aede*) ... crustas parietum (*v. l. 54*). COD. Theod. 12, 7, 2 emptio venditioque solidorum, si qui eos -unt aut deminuunt aut ... arrodunt (*cf. 9, 22[tit.]* inciderit).

b *significantiora quaedam:* *α corporaliter* (*proprie*): Ⅰ *i. q. secando efficere* (*cf. et p. 1243, 51 sqq.*): ⓐ *pro obi. est res quae efficitur sectione* (*cf. alleg.:* VVLG. Is. 51, 1 petram, unde -si estis [*seq.* praecisi]): VERG. Aen. 1, 429 alii ... columnas rupibus -unt (*cf.* VVLG. prov. 9, 1 [*alleg.*] sapientia aedificavit ... domum, -dit c. septem). VITR. 10, 2, 13 ex iisdem lapidicinis basim -endam. PLIN. nat. 36, 64 alii -dēre reges *obeliscos* (36, 67 eum. 36, 69 quos ... Mesphres rex. 36, 71 *al.*). APVL. apol. 30 instrumenta ... non frontibus ... detergenda, sed dorsis squalentibus (*i. piscium*) -enda *eqs.* ITALA exod. 34, 1 (Aug. loc. hept. 2, 144 p. 567, 19) -e tibi duas tabulas ⟨lapideas⟩ ([λάξευσον, *Vulg.* praecide]. deut. 10, 3 [Lugd. *al.*] -di; ἐλάξευσα, *Vulg.* dolassem. *al.*). PALLAD. 12, 15, 3 -sae trabes *pinus* (*aliter p. 1241, 13. 1244, 28*). ⓑ *obi. est res quae -itur, dolatur sim.* (*de caelatura l. 74; cogitatur de opera artificis* [*in gemmis, simulacris -endis l. 76. 81; sic et per imag. l. 76; coni.* exculpi]. *acced. additam.* '*resultativum*' [ad, in]: *l. 80*): PLIN. nat. 33, 139 nunc *vasa* anaglypta asperitatemque -so (*sc. argento*) circa liniarum picturas quaerimus. PRVD. perist. 5, 69 *numina gentium* -sa fabrili manu ... recocta et follibus. *in imag.:* QVINT. inst. 2, 4, 7 materiam esse primum volo ... fusam (*sc. in pueris edocendis*). multum inde decoquent anni, multum ratio limabit ..., sit modo unde -i possit et quod exculpi (*cf. quae seq.:* laminam, caelatura). *indicato* '*ad quid*' (*v. supra l. 73*): PLIN. nat. 37, 195 (*locus vix sanus*) quae *gemmae* variae sunt et ad unitatem (*May.*, novi- *codd.*; *recte?*) -ere (*F dh*, exced- *a*, acced- *L; om. B*) calliditati ingeniorum contingit *eqs.* VVLG. III reg. 7, 2 ligna ... cedrina -erat in columnas (*v. et p. 1243, 48*).

[*K.-M.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ⓘⓘ *i. q. exsectum reddere* (*sc. sic ut non de eo cogitetur quod secando ab altero disiungatur, sed de ipsa incisura post sectionem effecta*): Ov. Pont. 3, 1, 96 -sa levi pelta *Amazonum* gerenda manu (*i. 'in formam lunatam caesa'*). COLVM. 8, 2, 15 *corium ampullaceum* in orbiculum formatum ...; media pars eius rescinditur et per -sam partem galli pes inseritur.

β incorporaliter (trslt.): quasi exsecando alicunde alqm. avellere, removere sim. (*secandi vi per plenam imag. servata: infra l. 18 sqq. [cf. p. 1242, 48]; praeter infra l. 10 usu eccles.*): PLIN. epist. 8, 18, 6 illius asperitas qui numero civium -dit, quem socium ... in liberis habuit. *apud ECCL.: de schismaticis qui se ab unico eccles. corpore exsecuerunt* (*ex. l. 15 allatum et ad infra l. 67 trahere possis; cf. syn.* scindere *et v. l. 24. cf. et quasi pass. ad hunc usum s.* excido, *p. 1237, 41*): FIRMIL. Cypr. epist. 75, 24 p. 825, 16 quando te a tot gregibus scidisti. -isti ... te ipsum ... siquidem ille est vere schismaticus, qui se a communione ecclesiasticae unitatis apostatam fecerit. LVCIF. non conv. 9 p. 17, 30 est de corpore ecclesiae -sus Sabellius, ut est ... -sus Arrius iste ([*ibid.* p. 18, 23 homo ... -sus e c. sanctae eccl.]. *cf.* AVELL. p. 488, 15 *Nestorius* quasi putre corporis membrum a societate catholicae communionis -sus est [*v. supra l. 8*]). *ibid.* p. 18, 10 -sus est *eqs.* (*sic absol.: ibid. l.* 12. 14 [*syn.* abiectus]. 20 [*cf. ibid. l. 19* exscindi *et syn. velut* secare, praecidere]). *mystice de Christo a deo patre separatione quasi avulso* (*cf. syn. l. 25*): PHOEBAD. c. Arrian. 23, 17 p. 61 D. separatum a patre et penitus -sum *filium* ... haeretica disputatione docuerunt (*an ad l. 67 ref.?, cf. l. 12*).

2 *praevalente notione cavationis sive fossionis: i. q. excavare, effodere, eruere sim.* (*cf.* GLOSS. *p. 1240, 63*): **a** *obi. est res, quae excavatur* (*saxa, montes, opera structa sim.; acced.* in *'consecutivum' [v. et p. 1242, 73]: infra l. 48. cf. etiam*: AMM. 18, 8, 9 ad ripas Tigridis alte -sas): CIC. Verr. II 5, 68 (*de lautumiis Syrac.*) opus est ... e saxo in ... altitudinem depresso et multorum operis penitus -so (*sim.* SEN. dial. 6, 17, 4 -sis [*A*, -us *ed.*] in infinitam altitudinem saxis nativus [naul- *A*, -tivis *ed.*] carcer). CELS. 4, 31, 7 lapis ... quem *σαρκοφάγον* ... vocant, -sus sic, ut pedes capiat (*sc. dolentes*). SEN. nat. 4ᵃ, 2, 6 *in Cataractis* per arduas -sasque pluribus locis rupes Nilus insurgit (SVET. Cal. 37, 3. IVVENC. 2, 15 vulpibus ... rupes -sa [-cesa, -cissa *sim. l. v.*] latebram praebet. *al.* AMM. 15, 10, 11). COLVM. 9 praef. in ipsis villae parietibus -sis. PLIN. nat. 9, 170 -so ... monte iuxta Neapolim ([*cf. Varro rust. 3, 17, 9* perfodisset]. SVET. Claud. 20, 2 *v. p. 197, 30 sq.* CIL III 8267 Traianus ... montibus -si⟨s⟩ ... via⟨m⟩ f⟨ecit⟩. PRVD. perist. 11, 165. INSCR. Afr. Gsell I 2139 mon⟨tibus⟩. *al.*). CIL III 14195⁴³ (*a. 100*) viam ... -ci⟨sis⟩ ⟨c⟩ollibus conpletis ⟨val⟩libus instituit. III 633¹¹⁰ (*aedicula ex rupe excisa*) Hostilius Philadelphus ... petram -dit d(e) s(uo) (*ibid.* ᴵᴵ p. inferior(em) -dit et titulum fecit. INSCR. RevA. 1930, 2 p. 350 n. 48 [*Philippis*] p. ex suo -sci⟨dit⟩ et grad(us) fecit [*v. p. 1240, 10*]). *addita praep.* in (*v. supra l. 30*): VERG. Aen. 6, 42 -sum Euboicae latus ingens rupis in antrum (*ad rem cf. l. 52*).

b *c. obi. effectus: i. q. cavando fabricari, efficere sim.* (*cf. et* PETRON. 120 vs. 67 est locus -so penitus demersus hiatu *inter Neapolin et Puteolos* [*v. supra l. 49*]): VITR. 8, 6, 3 (*in aquaeductu*) si tofus erit aut saxum, in suo sibi canalis -atur. 10, 12, 1 insecantur ⟨et⟩ -untur formae *eqs.* (*v. p. 1256, 41*). COLVM. 8, 3, 4 ut *crassi parietes* -sa per ordinem gallinarum cubilia recipiant. 8, 17, 1 stagnum ... -itur in petra ... vel in litore construitur (*cf.* ITIN. Anton. Plac. rec. A 18 p. 171, 6 monumento *domini* de petra est ... -sus [*v. app. cr.* VVLG. Matth. 27, 60 in p.; *ἐλατόμησεν.* Marc. 15, 46 de p.; *λελατομημένον. al. cf. infra l. 65*]. *al.*). PLIN. nat. 36, 125 vias per montes -sas (*B*, -ta(s) *RF'*). PLIN. epist. 5, 6, 28 cubiculum ex ipsa cryptoporticu -sum. 8, 20, 4 *in lacu sunt omnia* quasi artificis manu cavata et -sa. AVSON. 191, 28 (p. 49 P.) -si per cava buxa gradus (*sc. pyrgi in abaco gradatim exsculpti*). PAVLA et EVSTOCH. Hier. epist. 46, 5, 3 *Christi sepulchrum* a Ioseph (VVLG. Is. 22, 16; *v. p. 1256, 36 al. cf. l. 58*).

B *spectatur vis*: **1** *dissecandi, in duas pluresve partes diffindendi sim.*: **a** *corporaliter* (*in alleg. infra l. 78; i. q. 'secando aperire' l. 70; fere i. q. persecare infra l. 76*): PLIN. nat. 8, 222 aurariis ... in metallis ob *furta* ... alvos eorum (*murum*) -i (*cf. quae seq.; aliter p. 1242, 38*). PALLAD. 3, 29, 2 sarmentum *vitis* revinctum, quantum -sum est *eqs.* (*i. 'fissum' bipertito, ut medulla eximi possit; antea*: findere. *aliter p. 1241, 6*). DICT. 2, 49 *gladio* bifariam -sam hostiam ... uti diviserat, collocat (*cf.* 5, 10 -sis in partes duas hostiis). 3, 18 Philocteta ... se ... id, quo religata esset *columba* (*sc. spartum*), sagitta -surum promittit (*i. 'persecturum'. sic et*: AMM. 25, 3, 7 acuto utrimque ferro digitorum nervos sensit -sos). *in alleg.* (*v. supra l. 68*): OPTAT. 3, 9 p. 93, 16 (*ecclesiam velut scissam esse vestem; loquitur alter pannus*) inimicus nos voluit ab invicem -ere (scind- *G*); adversarius ... voluit *nos* deformare. **b** *incorporaliter: i. q. dissecando derivare; diffindere*: TERT. apol. 47, 9 viri quidam ... *veritatem* adulteraverunt et de una via obliquos multos et inexplicabiles tramites -erunt (*v. p. 1240, 53*).

[*? 2 circumcisionis (Iud.): fort. in lusu verborum subaud.; v. p. 1245, 5 sq.*]

structurae ad I: indicatur 'unde': per praep. ab, de, ex *persaepe. per abl. separ.*: arvis: *p. 1241, 34.* dorsis: *p. 1242, 66.* parietibus: *p. 1242, 51.* rupibus: *p. 1242, 62.* utero: *p. 1242, 38. add. instrum. secandi*: aratro: *p. 1241, 1.* ferro: *p. 1241, 66.* NVX 179. forfice: *p. 1242, 35.* scalpro (scalpello): *p. 1241, 3. 1242, 16. 18. 31. 34 bis.* penitus: *p. 1243, 25* (*v. p. 1245, 34*).

syn., coniuncta, apposita: ad IA: abscidere: *p. 1242, 47.* caedere: *p. 1241, 5. 15.* castrare: *p. 1242, 8.* cavare: *p. 1243, 63.* desecare: *p. 1241, 5.* detruncare: *p. 1242, 4.* effodere: *p. 1241, 25. 45 al.* excodicare: *p. 1241, 26.* exsecare: *p. 1241, 53.* extirpare: *p. 1241, 27.* praecidere: *p. 1241, 70. 1242, 61.* recidere: *p. 1240, 83.* rescindere: *p. 1243, 5.* scindere: *p. 1243, 15.* separare: *p. 1243, 25.* succidere: *p. 1241, 33. ad IB*: dividere: *p. 1243, 74.* findere: *p. 1243, 73. opp.*: evellere: *p. 1241, 22.* CELS. 7, 12, 2 *al.* incidere: *p. 1242, 22 bis. 25 al.* insecare: *p. 1243, 54.*

II *c. vi delendi, destruendi, extinguendi sim., i. q. evertere* (*v.* exscindo. *hic illic 'secandi' not. [cf. p. 1240, 76] adhuc percipitur: v. A 1, l. 23 sqq.; B 2 a, p. 1245, 8.* SEN. dial. 11, 18, 5 satis praestiterit ratio, si id unum ex dolore, quod et superest et abundat, -erit [*aliter p. 1241, 60*]. *v. et p. 1241, 20*): **A** *proprie* (*corporali sc. eversione*): **1** *vi originaria etiam vigente: i. q. ictibus concidere, caedendo delere*: CAES. Gall. 7, 50, 4 *Petronius* portas -ere conatus (*cf.* VVLG. psalm. 73, 6 quasi in silva lignorum securibus -erunt ianuas eius in idipsum [*cf. quae seqq.*]). civ. 3, 67, 6 -so ... ericio (*sc. qui portis obiectus erat*) ... in maiora castra ... inruperunt. VERG. Aen. 2, 481 -sa trabe *postium* ... cavavit robora *Pyrrhus* (*aliter p. 1242, 70*).

2 *i. q. quavis ratione evertere, diruere, vastare*: **a** *urbes, aedificia, muros sim.*: CIC. Sest. 35 urbem; *v. p. 1030, 33* (VERG. Aen. 12, 762. CIRIS 53 pro patria [patris *trad.; v. infra l. 61*] ... -sa et funditus urbe. TAC. hist. 2, 38, 1 subacto orbe et aemulis urbibus regibusve [*v. infra l. 69*] -sis. AMM. 19, 6, 4 *al.*). Sest. 95 qui monumenta publica, ... aedes sacras, ... domos (*cf. infra l. 75*) inimicorum ... oppugnavit, -dit, incendit. Phil. 4, 13 Karthaginem -erunt; *v. p. 1030, 40* (Cato 18. VELL. 1, 12, 2. 2, 4, 3 -sa Carthagine ac Numantia [VAL. MAX. 9, 12, 3. *v. infra l. 48*]. SOL. 27, 10; *opp.* constituta. *al.*). SALL. epist. Pomp. 6 oppida -sa aut recepta (SOL. 35, 12 Engada oppidum. AMM. 20, 2, 2 *al.* MARCELL. chron. II p. 80, 441, 3 Hunnorum reges ... Naisum ... oppidaque Illyrici -erunt. *al.*). VERG. Aen. 2, 637 -sā ... Troiā (SEN. Tro. 14 -sa ferro est *Troia*, Pergamum incubuit sibi. SIL. 7, 473 *al. cf.* IVST. 20, 1, 10 -so Ilio. *al.*). HOR. carm. 3, 3, 67 ter si resurgat murus aeneus ... ter pereat meis (*sc. Iunonis*) -sus Argivis (*cf.* FLOR. epit. 2, 2, 37 de -endis hostium moenibus; *seq.* deleta [*inde* IORD. Rom. 176]). LIV. 6, 9, 2 Antium. 21, 19, 1 Sagunto -sa (SIL. 11, 143 *al.*). VELL. 2, 4, 2 Numantiam (2, 5, 1 *al. v. et supra l. 38*). *al.* STAT. silv. 5, 3, 200 -sis ... templis ([*al.*]. *cf.* PS. QVINT. decl. 13, 2 p. 248, 7 aequatae solo villae et -sa pagorum [*Lehnert*; patria, pacor *sim. trad.*] sacra). Theb. 8, 515 Thebas (*v. p. 1240, 52*). *al.* TAC. hist. 4, 34, 1 castra ... perrupta (*cf.* ann. 11, 9 ad -enda castellorum ardua [FRONTO p. 208, 4 N. castellorum -endorum]. *sim. al.*). *al.* SVET. Galba 3, 4 *Mummius* Corinthum. SOL. 35, 4 Iudaeae caput fuit Hierosolyma, sed -sa est (*al.*). 48, 3 Alexandriam ... a barbaris (*opp.* conderet). AMM. 16, 3, 1 Agrippinam. 17, 10, 9 civitates ... vi barbarorum (18, 2, 3. 21, 12, 1 *al.* MART. CAP. 6, 691; *opp.* condiderat [*v. p. 1240, 21*]. *al.*). 31, 15, 2 *Hadrianopolim* vel cum discriminibus -suri postremis. *al. et passim.*

b *regiones, agros, territoria*: PLAVT. Truc. 532 istae reginae domi ... fuerunt ..., earum (verum *codd.*) patriam ego -di manu (*v. supra l. 32*). CIC. Pis. 96 Epirus -sa (*cf. syn. antea*: vexata, laceratae). VELL. 2, 115, 2 -sis agris, exustis aedificiis (*cf.* AMM. 29, 5, 13 fundi Petrensis -si radicitus). 2, 122, 2 -sa Germania. STAT. Theb. 5, 308 *Lemnos insula* perdidit una omnes orbata -saque fundo (ς, *Bentley*; mundo *trad.*) indigenas. CHRON. Gall. chron. I p. 630, 6 Galliae ... -sae funditusque deletae. *et al.*

B *translate*: **1** *homines, populos* (*hic illic vi bellica; v. e. g. infra l. 73. 74. 79.* 'reges': *v. supra l. 34*; nomen *pro 'persona': infra l. 77. cf. et* TAC. ann. 3, 28, 3 multorum ... -si status [*sc. divitiis, opibus sim. exhaustis; cf. p. 1245, 1*]): R. GEST. div. Aug. 1, 14 externas gentes ... conservare quam -ere malui ([*gr. ἐξέκοψα*]. VELL. 2, 12, 4 Teutonum. RVFIN. hist. 4, 2, 5 p. 303, 7 penitus; *syn.* delere [*gr. aliter*]. *cf.* STAT. Theb. 12, 53 ardent -sae viscera gentis *rogis*). SEN. Herc. f. 1035 regis -sa est domus (*seq.* gregem cecidi. *cf. supra l. 35*). clem. 1, 1, 2 nationes funditus (PANEG. 8, 1, 4 *al.*). SIL. 7, 643 tam clarum -ere (*v. p. 1240, 51*) nomen (*sc. Cleadam*) Brutum exoptantem. 15, 120 -sis ... Poenis. *al.* STAT. Theb. 6, 170 *parentem. al.* FRONTIN. strat. 1, 1, 9 Hasdrubalem copiasque eius (*cf.* TAC. hist. 5, 16, 2 ignavum, victum hostem in aeternum. ITALA deut. 25, 18 [Lugd.] agmen tuum [*ἔκοψε, Vulg.* ceciderit]). TAC. Germ. 33, 1 pulsis Bructeris ac penitus -sis (PANEG. 11, 17, 1 Gothi Burgundos p.). AMM. 31, 9, 1 Frigeridum tamquam obicem ... ubi reperirent, -suri *Gothi. et al.*

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *res (praeter infra l. 25 incorporeas; cf. et p. 1244, 70): i. q. radicitus tollere:* a *sensu laxiore: quovis modo:* *α res malas per se exstirpandas* (*cf. in imag.*: VELL. 2, 4, 5 *post* bis -sos terrores rei publicae [*i. Carthag., Numantiam; v. p. 1244, 37*]. RVT. NAM. 1, 397 latius -sae pestis contagia serpunt [*i. Iudaei quamvis bello subacti; cf. vs. 395. fort. de 'circumcisione' ambigue dictum: v. p. 1244, 1*]): CIC. prov. 43 illud tristissimum tempus ... si ex rerum natura non possim evellere, ex animo quidem certe -ere *debeo*. BRVT. Cic. ad Brut. 1, 4ª (= 9, 12 Sj.), 3 neu ... primi cuiusque mali -endi causa sit (1, 16 [= 9, 24], 7 iis qui illud m. -erint. PLIN. paneg. 34, 2 intestinum. PANEG. 4, 8, 5 satis est, dum efflorescentia bona cernimus, ne mala -sa reputemus [*antea*: malorum ... depulsio]). HOR. sat. 1, 3, 76 quatenus -i penitus vitium irae (*v. l. 17*), cetera item nequeunt stultis haerentia (SEN. epist. 29, 8 [*opp.* inhibebo]. LACT. inst. 3, 26, 12; *v. p. 1240, 50.* RVFIN. Orig. in gen. 2, 6 p. 37, 25 B.; *syn.* resecatis). *?* SEN. clem. 1, 26, 1 *v. p. 1240, 46.* dial. 4, 13, 1 *iram* (5, 1, 1 i. -ere animis aut ... refrenare. LACT. ira 17, 12 *Stoici* voluerunt *iram*... penitus -ere; peripatetici ... non -endam, sed temperandam ... dixerunt. *v. et l. 14*). epist. 56, 9. TAC. Agr. 19, 1 causas bellorum (*cf.* GENNAD. dogm. 23 [JThSt. 7, 1906] p. 94 c. peccatorum). AVR. VICT. Caes. 20, 13 ea delictorum quae *eqs.* *et al.* *β alias*: QVINT. inst. 1, 10, 31 *musice* effeminata et ... fracta ... si quid in nobis virilis roboris manebat, -dit. decl. 332 p. 309, 26 spem tibi. LACT. inst. 5, 3, 22 veritatem penitus -ere (*v. p. 1240, 55*) conisus. FIRM. math. 6, 9, 9 p. 85, 6 patrimonium ... et omnes actus et -it pariter et frangit (*cf. gr. anon. p. 166, 4 τὰ πατρικὰ σχεδάννυται*). COD. Iust. 5, 70, 7, 8 omni satisdatione vel cautione ... radicitus -sa).

b *strictius: argumentatione sententiam (sim.) adversarii evertere, i. q. dissolvere, refutare*: IREN. 2, 11, 2 interrogare eos ... de suis dogmatibus et quod non est verisimile ... ostendere et temeritatem ipsorum -ere *eqs.*

acced. ad vim verbi augendam: funditus: *p. 1244, 33. 76* (*cf.* fundo *p. 1244, 65*). penitus (*v. et p. 1244, 8*): *l. 13. 18. 24. p. 1244, 73. 82.* radicitus: *l. 27. p. 1244, 64.* *add. abl. instr.*: ferro: *p. 1244, 42.* STAT. Ach. 1, 657 CYPR. GALL. iud. 53. igni: STAT. Ach. 1, 657. manu: *p. 1244, 62* (*cf.* PRVD. c. Symm. 2, 721 manibus). *coniunguntur, apponuntur*: delere: *p. 1244, 46. 67. 74.* diripere: AMM. 20, 4, 1. evertere: *v. p. 1030, 33. 40.* frangere: *l. 26.* lacerare: *p. 1244, 63.* perire: *p. 1244, 44.* resecare: *supra l. 16.* vexare: *p. 1244, 62.* *opponuntur*: condere: *p. 1244, 55. 57.* conservare: *p. 1244, 72.* constituere: *p. 1244, 39.* resurgere: *p. 1244, 44.*

deriv.: excisio, excisor. *?* excīdio.

excieo *v.* excio.

excīmico, -āre. *ab* ex *et* cimex. *i. q. cimices tollere*: CHAR. gramm. p. 472, 17 B. (*inter verba act. Iae coniug.*) exulto, -o, execro *eqs.* GLOSS. II 291, 4 *ἐκκορίζω* -ico (*sic a*).

excindo *v.* exscindo. *K.-M.*

B *subest notio comprehendendi, tenendi, colligendi alqd. quod fluit cadit volat* (*cf.* Serv. Aen. 3, 317 -untur ... quae cadunt): **1** *c. significatione sensili plus minus perceptibili* (*reflex. p. 1254, 20*): **a** *corpora quasi libero motu ruentia*: *α sensu latiore*: Ⓘ *res liquidas*: Cic. Brut. 43 sanguinem patera (Ov. met. 9, 131 Val. Max. 5, 6 ext. 3 Sen. benef. 4, 31, 2 Chiron 43. Vitae patr. 5, 18, 3 [*gr. aliter*]). Caes. civ. 3, 15, 4 ex pellibus ... nocturnum -ere rorem. Prop. 2, 32, 40. Ov. am. 3, 9, 11 lacrimas (met. 2, 366 *al. v. et p. 1254, 1*). met. 3, 171 laticem. 4, 619 *guttas. al.* Vitr. 2 pr. 2 aquam (9, 8, 13). Cels. 1, 3, 12 ore ... acetum. 6, 6, 38 Cvrt. 3, 4, 8. Plin. nat. 25, 31 erumpentem sucum. Mart. 13, 89, 1 lupus -it (*i. bibit*) ora Timavi. Qvint. inst. 1, 2, 28. Chiron 223 *umorem* (*Veg. mulom. 1, 43, 4* susc-). Clavd. rapt. Pros. 3, 391 Marcell. med. 9, 100. CIL XIII 10018, 78 (*in poculo*) esc⟨ip⟩e merum (*cf. ibid.* 61. 79—82). Ⓘ *spiritum sim.* (*de aedificio, i. q. 'spectare ad': l. 70*): Cic. inv. 1, 108 extremum spiritum eius -pi (Verr. II 5, 118 ore [Ov. ars 3, 746]. CIL X 2564 *al.*). nat. deor. 2, 136 arteria ... -at ... animam (Epiced. Drusi 97). Germ. 156 auras. Cels. 6, 9, 7 ore vaporem. Plin. nat. 14, 136 fumum. *nota* (*v. l. 65*): Hor. carm. 2, 15, 16 porticus -bat arcton (*cf.* Pallad. 1, 8, 3 ortum solis).

Ⓘ *corpora varia (abstr. l. 78) quae in aerem vel aquam (l. 75) missa feruntur*: Cic. Tusc. 2, 67 eice te navi: praesto est qui -at vel delphinus *eqs.* (*cf.* Ov. met. 2, 68. 324. 4, 634 *al.* Cvrt. 9, 5, 1. Prvd. cath. 7, 114 *Ionas* -ptus ... beluinis faucibus alvi ... hauritur specu). Caes. civ. 1, 64, 7 abrepti vi fluminis ab equitatu -untur (*cf.* Liv. 23, 19, 8 Frontin. strat. 3, 14, 2). Verg. Aen. 9, 742 -pere aurae *hastam* (Gaivs dig. 41, 1, 9, 7 missilia. *aliter p. 1255, 45. cf.* Liv. 36, 23, 2 laqueis ... ictus *arietis* [*aliter p. 1255, 54*]). Ov. met. 1, 722. 8, 252. fast. 4, 797 stipulis -pta ... est *scintilla* (*cf.* Pavl. Fest. p. 106). *al.* Liv. 4, 33, 6 faces ... emissae -untur. Val. Max. 9, 2, 4. Sen. benef. 2, 17, 3 *pilam* (2, 32, 1). Mela 3, 43 Plin. nat. 10, 23. Mart. 1, 37, 1 ventris onus ... auro (*inde* Lampr. Heliog. 32, 2). Tert. nat. 1, 14 p. 84, 21.

β sensu artiore: i. q. ad usum vitae colligere, tollere: Vitr. 7, 13, 1 *ostrum* -itur e conchylio marino (7, 13, 2). Cels. 5, 25, 4[A] papaveris ... lacrimam. Colvm. 8, 2, 6 partus *gallinarum* (*cf.* 8, 2, 13 ova. 8, 11, 9 fetus). 11, 3, 57 semen *cepae*. Scrib. Larg. 40 florem picis. *fort. adiungas*: Sil. 16, 369 -ptum Troiana ab origine equorum *equum*.

b *corpora in se corruentia, sc. aedificia, corpora animantium sim., i. q. fulcire* (*syn. l. 8. 15; cf. p. 1255, 58. 61. in imag. l. 8. 17. 25; fere i. q. emendare: l. 18. 25*): Cic. Rab. Post. 43 veterem amicum ... labentem -pit, corruere non sivit, fulsit et sustinuit. de orat. 2, 187 inclinantem -ere aut stantem inclinare. Ov. epist. 2, 130 linquor et ancillis -enda cado (*cf.* met. 13, 481 Cvrt. 3, 5, 4 *al.* Lvcan. 5, 799 Stat. silv. 1, 2, 110). Manil. 2, 805. Cels. 8, 8, 1[C] si plura fragmenta sunt, -enda sunt ea ex ferula facto canaliculo (*cf.* Pallad. 3, 15, 2 calamis *vitem*). 8, 10, 3[B] *bracchium* mitella ... -itur. Sen. benef. 5, 19, 1 si domum ... ne concidat, -pero (*cf.* Sen. epist. 30, 2). nat. 6, 9, 2. 7, 14, 3 (*syn.* fulciat). Cvrt. 6, 1, 15. 7, 3, 17 (*iuxta* erigens). *al.* Plin. nat. 8, 182 Stat. silv. 5, 5, 85. Avg. nupt. et concup. 1, 16, 28 infirmitas ... ne cadat in ruinam flagitiorum -atur honestate nuptiarum. Drac. laud. dei 2, 586 bonus -pit quod tunc male fecit iniquus *Paulus. et al.*

reflexive (*ad a et b*): Liv. 4, 19, 3 quem cum ... equo deiecisset, ... hasta innixus se in pedes -pit (*cf.* Sen. epist. 66, 50 in genua). Cvrt. 6, 1, 14 poplitibus semet -pit. 9, 5, 3 ita libravit corpus, ut se pedibus -ret. Plin. nat. 10, 117 *psittacus* rostro (Apvl. flor. 12 p. 43 r. ... velut ancora). Porcar. mon. (RevBén. 26) p. 478, 17 cum ira te vicerit, -e te et statim emenda.

2 *c. not. sensili evanida, i. q. succedere (aliter p. 1251, 81), subsequi, continuare* (*cum de loco tum de tempore. loquentem: infra l. 35. 39, cf. l. 61*): **a** *c. acc.*: Rhet. Her. 4, 11, 16 figuram in dicendo commutare oportet, ut gravem mediocris, mediocrem -at attenuata. 4, 19, 26. Cic. orat. 158 vocalis; *v. s.* ex *p. 1083, 35 sq.* (*cf.* Char. gramm. p. 9, 19 B. si ... vocalis ... -atur ab ... consonante. *al.* Vlt. Syll. gramm. IV 256, 26 [*opp.* desinit]. *al.*). nat. deor. 2, 135 linguam ... ad radices eius haerens -it stomachus (*cf.* Ov. met. 13, 915 ultima ... -at ... inguina piscis. Cels. 8, 1, 11 caput ... spina). Caes. civ. 3, 87, 1 hunc Labienus -pit et ... inquit (*cf.* Tac. ann. 16, 32 loquentis adhuc verba). Liv. 4, 52, 1 annum modestia tribunorum quietum -pit tribunus plebis L. Icilius. 5, 13, 4 hiemem ... aestas (*cf. infra l. 58*). 5, 42, 6 nox diem (*cf.* Phaedr. 2, 8, 10). 6, 3, 4 orationem ... fletus mulierum (7, 13, 11 preces. 32, 33, 8. *cf.* Petron. 6, 1 *declamatio* suasoriam. Stat. Theb. 10, 360 orsa). *al.* Manil. 2, 525 Val. Max. 5, 5 pr. 7, 1, 1. Cels. 3, 4, 17 satius est principia cibi a decedente febre, quam reliquias ab incipiente -i. Colvm. 7, 3, 11. Plin. nat. 21, 68 (*syn.* succedit). Qvint. inst. 10, 7, 8. Tac. Agr. 14 Didium Veranius. Germ. 34 Chamavos a tergo Dulgubnii ... cludunt, a fronte Frisii -unt. Plin. epist. 5, 6, 25 inde apodyterium ... -it cella frigidaria. paneg. 92, 1 Flor. epit. 1, 3, 1 *al.* Sol. 5, 1 *al.* Avg. epist. 55, 17 p. 188, 14 requies illa ... -itur ab octavo *die*, non extinguitur. Mart. Cap. 6, 691 *al. et al.*

b *absolute* (*indicatur saepe 'a quo', fere i. q. 'incipere'. pendet inf.: infra l. 66*): *α generatim*: Caes. Gall. 7, 88, 2 utrimque clamore sublato -it rursus ex vallo ... clamor (Liv. 6, 33, 11 -it[ur] [*an recte trad.?*] ... maior ab exercitu Romano. *cf. p. 1252, 48*). civ. 1, 65, 3 suberant ... montes atque a milibus passuum v itinera difficilia ... -bant (*cf.* Liv. 38, 40, 6 a Cypselis via ... confragosa. 38, 41, 5. Plin. nat. 5, 26 saltus). 1, 66, 4 inde -ere loca aspera (Liv. 2, 61, 1 annus. Cvrt. 7, 7, 4. *cf.* Liv. 25, 23, 8 subinde. Cvrt. 9, 2, 2 deinde. Prisc. periheg. 80 hinc [*gr. 74 μετεκδέχεται*]). 2, 7, 3 re cognita ... tantus luctus -pit, ut *eqs.* Ov. met. 15, 209 -it autumnus (*cf. supra l. 37*). Cels. 5, 27, 2[D] aquae metus tollitur, sed aliud periculum -it (*cf.* 7, 26, 5[A] alter metus). Qvint. inst. 9, 4, 71. *β speciatim de loquendo (cf. supra l. 27), i. q. 'pergere'* (*cf.* Serv. Aen. 4, 114 subsecuta est. 9, 256): Verg. Aen. 4, 114 tum sic -pit regia luno: *eqs.* 9, 258. Ov. met. 4, 790 tacuit ... -it unus ex numero procerum *eqs.* 5, 260. 523. 7, 681 fast. 5, 55 Sen. dial. 5, 23, 2 Val. Fl. 4, 755. 5, 543. 5, 672 hinc (*cf.* Sil. 6, 430 inde [13, 687 -it i. duos frater coniungere casus]). Sil. 11, 90 *al.* Stat. Ach. 2, 86. Ivl. Val. 3, 40 p. 148, 4 (*Ps. Callisth. 3, 23, 3 εἶπε*).

C *praevalet notio intercipiendi, per insidias capiendi* (*cf.* Non. p. 293, 33 -it opprimit vel circumvenit. *ibid. l.* 49 Serv. ecl. 3, 18 Aen. 3, 332 *al.* Clavd. Don. Aen. 6, 170 p. 513, 31 *al.* Gloss.[L] I Ansil. ex 267): **1** *animantia vel res corporeas, praecipue in re militari*: Cic. S. Rosc. 151 arbitrantur ... vos hic ... sedere qui -atis eos qui de suis manibus effugerint (*cf.* Verr. II 5, 151 fugientes. Frontin. strat. 2, 7, 8). Att. 7, 22, 1. 8, 11 d, 2 non modo iter interclusum, sed me ipsum plane -ptum (ceptum *M*[1]) putabam. Planc. Cic. epist. 10, 23, 5 missum ... ad eum (me *trad.*) cum litteris -peram (*cf.* Ov. ars 2, 596 arcana verba notata manu. Cvrt. 7, 2, 37 litterae -ptae sunt). Lent. Cic. epist. 12, 14, 2. Caes. Gall. 6, 28, 4 mansuefieri ne parvuli quidem -pti possunt *uri* (*sim. bestias*: Hor. carm. 3, 12, 12 latitantem ... aprum. Prop. 2, 19, 24 lepores. Manil. 5, 678 Cvrt. 7, 5, 41 Colvm. 9, 3, 4 Petron. 40, 6 Plin. nat. 9, 31 Gaivs inst. 3, 202 *al. v. et p. 1255, 2. aliter p. 1255, 32. tropice*: Hor. epist. 1, 1, 79 [*syn.* venentur]). 7, 20, 9 servos ... in pabulatione. civ. 1, 79, 5 *al.* Hirt. Gall. 8, 7, 1 Bell. Afr. 24, 2 *al.* Sall. hist. frg. 2, 29 triplices

[Rehm]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

insidiae ... positae erant: prima, quae ... venientes -ret (*cf.* VERG. ecl. 3, 18 caprum ... insidiis [LIV. 21, 61, 8 *al.* FRONTIN. strat. 2, 5, 29 *al.*]. LIV. 9, 31, 6 [*syn.* circumveniri]. 35, 30, 11 CVRT. 7, 7, 31). VERG. Aen. 3, 332 incautum (LIV. 21, 55, 3 TAC. hist. 3, 79). 6, 173. 9, 760 succiso poplite Gygen -it. 12, 507 Lucronem ... -it in latus. *al.* LIV. 5, 41, 6 fraus hostilis vagos. 7, 39, 7. 23, 18, 9 transversis cuniculis hostium cuniculos. 25, 25, 2 commeatus (*al.*). 41, 11, 3 amnem ... multorum dierum opere -ptum nov⟨o⟩ alveo avertit. *al.* VAL. MAX. 5, 2 ext. 2 (*seq.* captivos). *al.* SEN. Thy. 144 -ptus gladio (*cf.* FLOR. epit. 2, 17, 14 pilo). CVRT. 3, 8, 14 FRONTIN. strat. 1, 2, 7 *al.* IVST. 22, 8, 10. *et al.*

2 *rumores, secreta sim. auscultando* (*cf. p. 1252, 56. pendet acc. c. inf.: l. 19*): CIC. Deiot. 25 mittebat qui rumores Africanos -rent (IVV. 6, 409. *cf.* CIC. Att. 2, 5, 1 rumusculos). de orat. 1, 96 si ... aliquid ex sermone vestro ... -ere possemus (*cf.* Att. 2, 11, 1 ex praetereunte viatore). 2, 153 subauscultando ... -ere voces eorum (LIV. 40, 7, 4 TAC. hist. 3, 32 *al.* SVET. Tib. 21, 2). VERG. Aen. 4, 297 dolos ... praesensit motusque -pit ... futuros. LIV. 2, 4, 5. 4, 30, 3 legem ... cum ab tribunis parari consules ... proditione -pissent. VAL. MAX. 7, 5, 2. SEN. Oed. 805 secreta (*cf.* FRONTIN. strat. 1, 4, 13 arcana). clem. 1, 8, 1 PETRON. 37, 1 PLIN. nat. 33, 17. QVINT. inst. 5, 7, 36 -pta parvulorum indicia. FRONTIN. strat. 1, 2, 4 consilia. *al.* TAC. hist. 2, 78 *al.*

D *subest notio suscipiendi subeundi sustinendi alqm. rem hostiliter inruentem*: **1** *proprie* (*hic illic in imag., e. g. l. 29. 46. 57. 60*): **a** *homines, feras eorumque impetum sim.*: CIC. Verr. II 2, 159 omnes ... *regis* copias acerrimumque impetum moenibus (dom. 76 CAES. Gall. 1, 52, 4 *al.* NEP. Chabr. 1, 2 LIV. 2, 10, 4 *al.* CVRT. 4, 13, 33 *al. cf. l. 41*). dom. 63 collectam vim improborum ... -pi meo corpore (64. *cf. l. 41*). VERG. Aen. 11, 517 tu Tyrrhenum equitem conlatis -e signis. LIV. 3, 70, 4. 9, 8, 9 iram hostium. *al.* SEN. dial. 1, 2, 8 inruentem feram venabulo (CVRT. 8, 1, 16. *cf.* SEN. epist. 82, 24 subula leonem. MART. 14, 30 -ent apros expectabuntque leones *venabula* [QVINT. inst. 4, 2, 17]. *aliter p. 1254, 79*). 3, 11, 2 venientes -it et fugientes persequitur (*cf.* AMM. 20, 11, 23 incessentes -unt [*opp.* instant cedentibus]). CVRT. 6, 1, 6 fluentem in se aciem. *al.* MELA 3, 82 STAT. silv. 5, 1, 69 IVV. 8, 250 TAC. hist. 2, 14 *al.* AMPEL. 18, 12. AMM. 29, 1, 3 turmarum procursus ... in se ruentium acriter -perunt inviti. *et al.* **b** *flumina, ventos sim.*: CAES. Gall. 3, 13, 1 quo facilius vada ac decessum aestus -ere possent *naves*. 4, 17, 9 vim fluminis (LIV. 21, 27, 8 impetum. *cf.* LVCAN. 1, 221). VAL. MAX. 3, 8, 4 procellam. SEN. Ag. 408ª tumidum ... mare (*cf.* HIL. trin. 12, 1 p. 434ᴰ *undam*). Oed. 8 ventos (*cf.* Phaedr. 1129 *al.*). COLVM. 4, 16, 3 frigorum ... violentiam (*cf.* EVGRAPH. Ter. Andr. 483 frigus). MART. 10, 82, 4 patiar nimbos -amque nives. **c** *tela sim.* (*aliter p. 1253, 76*): CIC. Verr. II 2, 177 omnia tela -at necesse est (dom. 39 *al.* CAES. Gall. 3, 5, 3 civ. 3, 93, 2 LIV. 2, 47, 7 *al.* CVRT. 6, 1, 4 LVCAN. 3, 723 *al.*). har. resp. 45. NVX 50 saxa. SEN. Ag. 232 ferrum (clem. 1, 3, 4). HIER. epist. 1, 3, 4 mucronem. *al.* **d** *plagas, vulnera sim.*: CIC. Verr. II 5, 3 cicatrices ... adverso corpore -ptas (LIV. 45, 39, 16). Sest. 23 vulnera (Tusc. 2, 65 *al.* LAVD. [Turiae] [CIL VI 1527] 2, 27 VAL. MAX. 2, 7, 8 TAC. ann. 3, 20 *al.*). Tusc. 2, 46 plagas ([*syn.* ferentes]. LVCR. 2, 810 in se pupula. VITR. 10, 15, 1). LVCR. 6, 313 ictum (HOR. carm. 4, 9, 23 OV. met. 12, 375 VAL. MAX. 1, 8 ext. 2 PLIN. nat. 8, 88 TAC. dial. 37 *al. aliter p. 1253, 78*). HOR. sat. 2, 7, 49 verbera (OV. fast. 2, 427). **e** *onus, pondus sim.*: CIC. Rab. Post. 41 onera multorum ... -pit unus (VITR. 3, 4, 1 stereobatae). VITR. 5, 1, 6 columnae ... trabes. SEN. Herc. f. 1289 tota ... tecta ... supra corpus -am meum (CE 276, 1). TAC. dial. 1 magnae quaestionis pondus. PS. CENS. frg. 4, 1 p. 60, 10 terra in aera prominet, -it caelum. IORD. Rom. 219 iugum ... Romanum.

2 *translate*: **a** *c. vi verbi plena et vigente, sc. res adversas et molestas*: CIC. carm. frg. 32 (Tusc. 2, 25), 20 (*Prometh.*) pestes -o anxias. inv. 1, 3 labores (Brut. 243 *al.*). prov. 41 -ere fortunam, subire vim atque iniuriam (*cf.* DECRET. decur. Pis. de C. Caesare [CIL XI 1421] *fata* [TAC. Agr. 45]). fin. 1, 33 dolores et ... molestias (3, 42. Tusc. 2, 14 [*iuxta* subeundus]. *al.*). NEP. Dat. 5, 2 invidiam aulicorum. VAL. MAX. 5, 10 pr. iniurias (COLVM. 4, 7, 2. *v. et l. 65. cf.* SEN. dial. 2, 13, 2 convicia. TAC. ann. 15, 23 contumeliam). SEN. Phoen. 406 bellum ([*cf.* SIL. 16, 650]. *sim.* AMM. 17, 5, 14 pugnas [*opp.* intulisse]. CASSIOD. Didym. in Iac. 1, 12 p. 3, 2 certamen [*ἄγων τὸν ἀγῶνα*]. *aliter p. 1252, 46*). benef. 2, 34, 3 fortitudo est ... scientia periculorum repellendorum, -endorum, provocandorum. TRYPH. dig. 13, 1, 20 condictionem. PAPIN. dig. 20, 5, 1 litem (COD. Iust. 3, 6, 2 [*a. 294*]; *opp.* intendere. *cf.* actionem: PAVL. dig. 5, 1, 22 *al.* COD. Theod. 2, 1, 10; *opp.* inferant. *al.*). 48, 5, 39, 8 poenam (COD. Theod. 8, 5, 2 *al.*). TERT. adv. Marc. 5, 12 p. 617, 3 mortem (RVFIN. hist. 3, 23, 17 [*ὑπομενῶ*]. COD. Theod. 9, 14, 2 *al. cf.* FIRM. math. 6, 31, 76 exitium. CONC.ˢ I 3 Rustic. p. 43, 29 [*vers. Tur.* pati]). fug. 1 p. 461 Oe. *persecutiones*. LACT. inst. 2, 9, 24 sententiam ([*sc. iudicis*]. FIRM. math. 1, 7, 21 HIL. trin. 6, 38 p. 188ᴮ AVELL. p. 104, 10. COD. Iust. 9, 12, 7 pr. [*a. 319*]; *syn.* subiturum. *al.*). RVFIN. hist. 5, 18, 10 (*ὑπομεινάτωσαν*). COD. Theod. 2, 1, 9 deportationis sortem. 11, 30, 50 iacturam (*syn.* sustinere). *et al.*

b *c. vi verbi magis debilitata, i. q. negotium, munus sim. suscipere, adire* (*at A 2 α β Ⓘ p. 1252, 41 eo differt, quod ibi 'acceptio ab alio', hic ipsa 'susceptio' respicitur*): CIC. epist. 7, 33, 2 quas *occupationes* si, ut volumus, -perimus *eqs.* PLANC. Cic. epist. 10, 7, 1 omnia me rei p. praestitisse, quae et tua exhortatione -pi et mea adfirmatione tibi recepi. NEP. Dion 8, 3 tali consilio probato -pit has partes ipse Callicrates (*cf.* LIV. 38, 43, 7 causam). LIV. perioch. 48 p. 56, 8 tribunatum. p. 56, 9 militiae genus. TAC. ann. 3, 10 cognitionem. SVET. Iul. 73, 1 simultates ... nullas tam graves -pit ..., ut non ... libens deponeret. CYPR. epist. 55, 8 p. 629, 18 episcopatum.

deriv.: exceptaculum, exceptarius, excepticius, exceptio, exceptivus, excepto, exceptor, excipiabulum, excipulum, excipuus.

excipulum, -ī *n.* *ab* excipere. *i. q. instrumentum ad excipiendum factum*: **a** *i. q. vas, lacus sim.* (GLOSS.ᴸ II Philox. EX 39 *ἐκδοχεῖον*): PLIN. nat. 9, 75 *anguillae* fluctibus glomeratae volvuntur, in tantum mirabili multitudine, ut in -is eius fluminis ob hoc ipsum fabricatis singulorum milium reperiantur globi. 25, 78 vis *euphorbeae* tanta est, ut e longinquo sucus excipiatur incisā conto; subitur -is ventriculo haedino (*v. app. crit.*). **b** GLOSS.ᴸ I Ansil. EX 270 -um venabulum veteres dicebant (GLOSS. Scal. V 599, 15). GLOSS. II 578, 55 fuscina, tridens vel quicquid excipitur (*malim* excipit). II 354, 57 *χρεάγρα* (503, 46. 530, 1 III 447, 48. 480, 66). *v. W. Schulze, Kl. Schr. p. 189. cf. c.* excipiabulum.

PAVL. FEST. p. 80 **excipuum** (-uium *L*), quod excipiatur (-itur *dett.*), ut praecipuum, quod ante capitur. *Rehm.*

excisātus *v.* ex(s)ciss-.

excīsio, -ōnis *f.* *ab* excīdere (excisus). -ciss-: *l. 33*; -scis(s)-: *l. 44 (cf. et l. 48). acced. gen.: obi. l. 36. 48. explic.: l. 43.* **1** *c. vi caedendi* (*cf.* GLOSS. II 293, 7 *ἔκτ[ι]μησις* -o): **a** *active de ipso actu*: *α proprie: i. q. exsectio, succisio* (*i. q. abscisio sc. de eviratione: v. l. 37*): AMBR. hex. 3, 13, 54 *sunt arbores* quibus -o (-ciss- *C et, alt.* s *aut eras. aut expunct., GP*) lucro potius quam ... detrimento sit, ut *eqs.* (*antea*: excisa; *cf. totum l. et v. p. 1241, 21*). HIER. in Is. 22, 15 sqq. p. 273ᴰ (*ad Is. 22, 16* 'excidisti tibi ... sepulcrum') in -e sepulcri (*v. p. 1243, 65*). *nota de castratione* (*v. l. 32*): GLOSS. II 293, 8 *ἐκτομή*, excastratio, -o (*v. p. 1241, 84*). *β trslt. fere i. q. expulsio, eiectio* (*v. s.* excīdo, *p. 1243, 10*): GLOSS. IV 482, 19 abdicatione -e. **b** *vi passiva de eo, quod excisum est* (*fere i. q.* '*incisura*' *l. 44*): VITR. 10, 12, 1 per media ... spatia tignorum insecantur ⟨et⟩ exciduntur formae (*v. p. 1243, 55*), in quibus -bus includuntur capitula catapultarum. PALLAD. 3, 30 (*in vite lacrimanti*) amurcā ... plagae -o (-scis- *PLQ*, -sciss- *V*) perlinatur (*i. 'plaga excisa' vel 'incisa' [cf. l. 40 et l. 30]. cf. Geopon. 5, 38, 2 χρίσομεν τὰς τομάς*).

2 *c. not. delendi, vastandi, i. q. eversio* (*syn. l. 49; cf.* excidium *et v.* GLOSS. II 290, 58 *ἐκκοπή*, -o hoc excidium): CIC. dom. 146 bonorum direptio, ... tectorum -o (-sciss- *Lambin.*), ... depopulatio praediorum. har. resp. 3 -em, inflammationem, eversionem, depopulationem, vastitatem ... meis ... tectis atque agris intulerunt. [HEGES. 2, 15, 8 p. 177, 25 *v. s.* excidio, *p. 1231, 71.*]

excīsor, -ōris *m.* *ab* excīdo. *qui delet, vastat sim., i. q. eversor* (*cf.* GLOSS. II 291, 1 *ἐκκόπτης* -r): HEGES. 5, 11, 2 p. 314, 4 maiorem ipsum *Romanorum* arietem -em urbium Iudaei appellaverunt (*cf. Ios. b. Iud. 5, 299 ἑλέπολιν*).

excīsōrius, (-a, -um). *ab* excīdere (excisus). *scrib.* -ciss-: *l. 59. 60 (cf. l. 58*: -cuss-. *v. et p. 1240, 15 sqq.). i. q. ad excidendum pertinens* (*usu med.; v. p. 1242, 11*): CELS. 8, 3, 4 -us (*J*, -cuss- *FV*; -ciss- [*ut et postea*] *Marx*) scalper ... id quod inter utrumque medium est, excidit (*ibid.* 5; -cis- *J*, -ciss- *FV*). *cf.* circumcisorium, ossicisorium (*Chiron 58* [siccis orio *cod.*]. *85* [os siccasorio *cod.*]. *Veg. mulom. 2, 22, 1; emend. Heraeus* [*falso* succis- *Oder, Lommatzsch*]).

excissātus *v. s.* ex(s)cis-. **excissōrius** *v.* excis- *l. 56.*

1. excissus *v.* excīdo, *p. 1240, 15.*

[**2. excissus** *ab* exscindo *v. p. 1240, 40 sqq.*]

EDICT. imp. Diocl. VII 42 bracario prō **excīsūrā** et ⟨o⟩rnatura pro birro qualitatis primae ж se(xaginta) *eqs.* (*i. fere 'excisione'; cf.* incisura). **excīsus** *v.* excīdo. *K.-M.*

excitābilis, (-e). *ab* excitare. . *qui excitare potest*: CAEL. AVR. chron. 1, 5, 175 utuntur ... cantionibus tibiarum varia modulatione, quarum alteram Phrygiam vocant, quae sit iucunda atque -is eorum, qui ex maestitudine in furore noscuntur.

comp.: inexcitabilis.

excitāmentum, -ī *n.* *ab* excitare. *i. q. res excitans, stimulus*: IVL. VAL. 2, 25 p. 90, 33 hoc ... ad indignationem -o utebatur *Darius* (*Ps. Callisth. 2, 12, 5 aliter*).

excitātē *v. s.* excito, *p. 1263, 37.*

excitātio, -ōnis *f.* *ab* excitare. *plur.: p. 1257, 3. 6.* [*variat c.* exercitatio: AVG. epist. 9, 3 p. 21, 13 (-es *falso trad., ut vid.*). *dub. interpr.*: OP. imperf. in Matth. 1 p. 626ⁱⁿⁱᵗ· qualia ... fuerint verba Rapsacis, vel qualis confortatio Isaiae, lege in Isaia (*Is. 37*) et profer causam -is in populo.] *i. q. actio excitandi* (*c. gen. obi. praeter p. 1257, 3. 9 sq. 13*): **a** *generatim* (*fere i. q. status excitatus, alacritas: p. 1257, 1; de tuba: p. 1257, 6*): PLIN. nat. 37, 203

[Rehm]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

clara habetur Hispania et lapide speculari ..., laborum -e, servorum exercitio, corporum ... duritia, vehementia cordis. ARNOB. nat. 7, 32 p. 265, 28 quid sibi volunt -es illae, quas canitis matutini? ... obdormiscunt enim superi? CHALC. comm. 167 maxima ... vitiorum -o est in corporis atque animae concretione. HEGES. 3, 3, 4 instituebat etiam ut agnoscerent -es tubarum et repressiones (*Ios. bell. Iud. 2, 579 σάλπιγγος προκλήσεις τε καὶ ἀναклήσεις*). PAVL. NOL. epist. 9, 2 p. 54, 8 ut adsurgat in -em animae nostrae *Christus*. AVG. in euang. Ioh. 38, 7 -o facta est dormientibus, cordibus evigilaverunt. in psalm. 4, 6 'compungimus' ... refertur ... ad -em, ut evigilemus ..., tamquam stimulis adhibitis. OROS. hist. 5, 6, 6 servilis tumultūs -o. PETR. CHRYS. serm. 115 p. 517^{B}. **b** *speciatim: -o a mortuis sim., fere i. q. resurrectio:* FILASTR. 26, 1 *Pythonissa* etiam in -e ... dixisse cognoscitur vera (*antea:* animam ab inferis excitasse). PAVL. NOL. epist. 31, 3 p. 270, 12 mortuorum. IVL. Aug. c. Iul. op. imperf. 6, 30 p. 1580$^{init.}$ corporum. 6, 36 p. 1591$^{init.}$ cinerum (*iuxta* resurrectio). 6, 40 p. 1600$^{init.}$. HIL. Conc.^{S} II 4 p. 122, 9 mors homini, deo vero carnis -o deputetur.

excitātor, -ōris *m.* *ab* excitare. *qui excitat:* PRVD. cath. 1, 3 nos -r mentium iam Christus ad vitam vocat. IVL. Aug. c. Iul. op. imperf. 1, 50 p. 1072$^{fin.}$ -r cinerum et corporum restitutor. 6, 31 p. 1584$^{init.}$ *mortuorum.* *f.* **excitātrīx** *pro adi.:* ORIG. in Matth. ser. 44 p. 89, 5 qui accendentes et -es seminis escas ... evitat. *cf. et* excitor.

✖**excito,** -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* citare (*cf.* GRAMM. suppl. 296, 32). *scribitur* esc-: ORIBAS. syn. 1, 17 p. 820, 12 (cod. Aa). *al.* SEN. suas. 2, 2 (*corr. edd.*). *de formis perf. brevioribus v. Neue-Wagener IV*^{3} *ind. cf. et l. 52.* NOT. Tir. 32, 56 -at. *inter verba act. coni. I*^{ae} *enumerat* CHAR. gramm. p. 472, 18 B. *cf.* PRISC. gramm. III 276, 15 hortativa ... accusativum asciscunt: -o incito hortor *eqs.* *de notione:* PAVL. FEST. p. 80 expergitus ab alio -tus, quem solemus dicere expergefactum (GLOSS.^{L} I Ansil. EX 283). SERV. Aen. 2, 728 -at ... constĕrnat. GLOSS.^{L} I Ansil. EX 279 -at terret. 281 hortatur, commonet (commovet?). 282 -atur venire mandatur. 284 -tus commotus (288 -t⟨i⟩ c. evocati). II Abav. EX 24 -vit sustulit. GLOSS. V 499, 34 -o produco surgo. GLOSS.^{L} II Philox. EX 40 -a⟨t⟩ *ἐξυπνίζει* (*al.*). GLOSS. II 225, 25 *ἀνεγείρω* (*cf.* 276, 20 *διεγείρω*. 302, 32 *ἐξεγείρω*. III 138, 68 *ἐγείρω* [*al.*]). *legitur inde a* PLAVTO, RHET. Her., VARRONE; *deest* PROP. [*neap.* setare. *M.-L.*]

[*variat in codd. c. simpl.:* FIRM. math. 3, 6, 22. *c.* concitare: CIC. Mur. 36. suscitare: VERG. Aen. 8, 543 VVLG. act. 12, 7. exsuscitare: TERT. resurr. 31 p. 70, 5. exercere: NOVELL. Theod. 4, 2. *v. p. 1261, 41. 1262, 3. cf. l. 44.* exsiccare: PLAC. med. rec. *β* 28 l. 6. *ex coni.:* ACC. trag. 61 (hesitastis *trad.*). CIC. Phil. 5, 32 (exercitatum *trad.; sic et* epist. 1, 9, 14 SEN. dial. 1, 2, 5). VAL. MAX. 7, 4 ext. 2 (extari *trad.; cf.* SVET. vita Lucani p. 51, 6. *p. 1262, 2*). PETRON. 134, 2 (extricasti *trad., def. Heraeus in schedis dubitanter*). FRONTIN. strat. 2, 5, 17. *suppletur:* LAVD. [Turiae] (CIL VI 1527) 2, 6. PLIN. nat. 28, 111. *falso trad.:* CIC. Att. 15, 20, 4. *dub. trad.:* VARRO ling. 7, 63 SEN. epist. 122, 14 (excidat *dett.*). PALLAD. 4, 13, 7 INSCR. christ. Rossi II p. 269, 1, 8. *in loco obscuro:* ITALA Hab. 3, 13 (Aug. civ. 18, 32 p. 302, 10 D.) -asti vincula usque ad collum (*ἐξήγειρας, Vulg. aliter*).]

I ***praevalet notio expergefaciendi, exagitandi, citandi, movendi:*** **A** *c. not. sensili magis perceptibili, i. proprie et in imag.:* **1** *i. q. (foras) ciere e statu quieto:* **a** *non indicato certo fine:* *α sensu fere locali (i. q. eicere, excutere: l. 70. p. 1258, 3 al.):* Ⓘ *animalia (ventum l. 64):* CIC. Verr. II 5, 73 exsiluit conscientia ...-tus. off. 3, 68 suntne ... insidiae tendere plagas, etiamsi -turus non sis nec agitaturus? (*sc. feras.* SEN. Phaedr. 110 clem. 1, 16, 5). RVT. LVP. 2, 7 ex ... lectulo -tus in triclinium trahitur (*cf.* CYPR. epist. 69, 13 p. 762, 16 de grabato). PHAEDR. 2, 8, 1 cervus nemorosis -tus latibulis. SEN. apocol. 10, 3 qui vobis non posse videtur muscam -are. nat. 5, 16, 5 ab oriente ... *καικίαν* (*cf.* PSALT. Rom. 77, 26 austrum de caelo [*ἀπῆρε, Vulg.* transtulit]. *aliter p. 1260, 83*). CVRT. 4, 16, 13. PETRON. 131, 7 lepŏrem. PLIN. nat. 8, 87. 10, 23 ex silvis ... aves. 11, 94. MART. 5, 14, 3 (*cf.* QVINT. inst. 3, 6, 19 de spectaculis. SVET. Aug. 14). PLIN. epist. 6, 16, 14 GELL. 14, 6, 3. TERT. resurr. 22 p. 56, 8 quis ... dominum ... tam acerbe -vit iam a[d] dextera[m] dei ad confringendam terram? CYPR. epist. 52, 3 p. 619, 9 de presbyterio. RVFIN. hist. mon. epil. 8 p. 462^{B} -ti *crocodili.* EVSTATH. Bas. hex. 7, 4 p. 941^{A} pisces (*gr. p. 156^{C} διεγερθέντες*).

Ⓘⓘ *res inanimas (terram sim. i. q. evertere, proscindere. saepe acced. not. turbandi, tollendi [e. g. l. 77. 79. p. 1258, 3 sq. cf. p. 1260, 8. 1261, 71]):* ACC. trag. 496 ut ... terras ... proscindant glebasque arvo ex molli -ent (VARRO rust. 1, 29, 2 aratione. COLVM. 2, 4, 7). CIC. nat. deor. 2, 26 ex intimis maris partibus ... -tus *tepor.* 2, 118 *vapores* a sole ex agris ... -antur (VITR. 9, 1, 12. *cf.* VITR. 5, 9, 6 umores). ad Q. fr. 2, 4, 3 *ἀμφιλαφίαν* ... latentem. SALL. Iug. 79, 6 harenam humo. HOR. sat. 2, 8, 56 *pulverem* (LIV. 10, 41, 6 SEN. epist. 57, 2 COLVM. arb. 12, 1 *al.*). COLVM. 2, 17, 1 caespites. 4, 29, 16 *lanuginem* -bat antiqua terebra. PETRON. 136, 2 -to cinere. PLIN. nat. 9, 65. 17, 46 *creta* glaebis -atur lapidum modo (*cf.* SOL. 28, 1 *sales* in modum cautium e montibus [*Plin. nat. 5, 34* excisos]). 18, 186 quae depasta sunt, sarculo iterum -ari necessarium. 30, 38 terra a talpis -ta. 37, 25. MART. 9, 90, 3 calculus -atur unda. TERT. adv. Marc. 4, 16 p. 470, 18 dentem (excussura *Latinius*). SOL. 49, 11 *cameli* limum -ant, ut turbidetur *liquor.* LACT. inst. 1, 15, 14 mendaciorum nebulas (AMM. 26, 6, 17). CASSIOD. var. 4, 50, 4.

β tropice: ex somno, torpore sim. (obi. est res: l. 14. 17 sqq. obi. est ipse somnus sim.: l. 27. absol. [cf. p. 1259, 26]: PLIN. nat. 11, 20. 26): PLAVT. Merc. 160 dormientīs spectatores metuis ne ex somno -es? (CIC. Sull. 24 *al.* LIV. 1, 51, 8 *al. cf.* CIC. Phil. 2, 68 de s. [VAL. MAX. 8, 14 ext. 1 *al.*]. LIV. 25, 38, 5 s. ITALA Ioh. 11, 11 [codd. c d *al.*] a s. [*ἐξυπνίσω, Vulg.* exsuscitem]. CVRT. 7, 11, 18 ex alto sopore). CIC. Verr. II 4, 95 nemo ... fuit qui non illa nocte eo nuntio -tus surrexerit. II 5, 93 dormientem (ad Q. fr. 1, 1, 45. VAL. MAX. 7, 2, 3 d. virtutem. *al. cf.* CIC. Phil. 2, 30 tantae causae indormientem [CVRT. 6, 10, 12 *al.*]). de orat. 3, 225 remissum (VAL. MAX. 8, 10, 1). CAEL. or. frg. Quint. inst. 4, 2, 124. NEP. Alcib. 10, 5. VERG. Aen. 8, 543 sopitas ... aras (MANIL. 1, 243 CVRT. 8, 6, 22. VLP. dig. 48, 30, 5 crimen ... s. [*cf.* 48, 5, 27, 1 derelictam ... accusationem. NOVELL. Valent. 27, 3 post triginta annos ... iurgia, quae medio tempore nota non fuerant]. *al.*). 9, 219 vigiles (LIV. 7, 36, 2 *al.*). HOR. epod. 2, 5 -atur classico miles. sat. 2, 3, 148 lethargo *oppressum* (*cf.* PLIN. nat. 26, 118 lethargicos [*al.*]). TIB. 1, 2, 4. OV. epist. 10, 34 -or *dolore.* met. 11, 634 LIV. 2, 25, 1. 5, 47, 3 canes. *al.* CELS. 3, 18, 15 *al.* SEN. dial. 1, 5, 3 *al.* CVRT. 3, 6, 14 torpentem (7, 3, 14 COLVM. 7, 5, 3). PETRON. 22, 4 *al.* PLIN. nat. 8, 127 *al.* VAL. FL. 1, 50 TAC. dial. 13. ITALA gen. 49, 9 (Cypr. testim. 1, 21 p. 55, 3); *ἐγερεῖ, Vulg.* suscitabit. *et al.* *nota (v. l. 7):* CATVLL. 17, 24 stolidum repente -are veternum. PLIN. nat. 1, 120 lenitatem (14, 124. 19, 133). 19, 155 torporem. QVINT. decl. 374 p. 414, 14 inertiam. CLAVD. 15, 447 somnos. ISID. orig. 16, 7, 5 ut hebetudo coloris ... -etur. PASS. Andr. long. 7 quietem (*διεγεῖραι*).

per similitudinem: mortuos (corpus, carnem: l. 37. absol.: l. 40. aliter l. 53): HOR. epod. 17, 79 possem crematos -are mortuos (TERT. coron. 11 p. 444 Oe. ITALA Matth. 10, 8 [cod. k]; *ἐγείρετε, Vulg.* suscitate. *al.* HIL. in Matth. 17, 8 p. 1016^{B} *al.*). GRAN. LIC. p. 7, 3 feminam ⟨rog⟩o impositam tubicinum concentu ... -tam. LACT. epit. 67, 8 ad vitam (PS. HIL. libell. 8 p. 740^{B} in vitam). HIL. in Matth. 5, 10 p. 947^{B} corporum ... diversitatem in unum ... virum perfectum (*cf.* PRVD. cath. 11, 46 -to corpore [perist. 10, 639]. perist. 5, 570 -tam ... carnem). PRISCILL. tract. 6, 93 p. 71, 1 ex morte. AVG. serm. 279, 2 occisus ille veniet -turus (*sc. mortuos; cf.* PHOEBAD. c. Arrian. 21). *et al.*

b *ad certum quendam locum vel usum, i. q. evocare, accersere:* *α varia (obi. sunt res [quasi per imag.]: l. 46):* PLAVT. Amph. 164 me qui hoc noctis a portu ...-vit. Rud. 260 vox me precantum huc foras -vit (TVRPIL. com. 53). CIC. de orat. 2, 175 his ... locis in mente ... defixis et in omni re ad dicendum posita -tis (*cf.* fin. 4, 31 -ret omnes rationes fortitudinis *sapiens*). Tusc. 4, 5 scholis *philosophos* (*cf.* epist. 9, 8, 1 ex ... media *Academia*). 5, 64 a pulvere et radio ... Archimedem. Att. 2, 1, 4 ego te istim -rem. LIV. 8, 10, 3 triarios (*cf.* SEN. dial. 9, 14, 7). perioch. 117 p. 112, 2 veteranos. PHAEDR. 4, 25, 27. SEN. epist. 72, 6 saepe ad eundem, qu⟨i⟩ advocaverat, -atur *medicus.* CVRT. 8, 8, 9. PETRON. 96, 4 a cena.

β ab inferis sim. (cum per artes magicas [sic l. 55. 63] tum in oratione. cf. l. 31. i. q. loquentem inducere l. 64): TRAG. inc. 77 unde animae -antur ... ⟨ex⟩ ostio ... Acheruntis (CIC. p. red. in sen. 25 ex A.). CIC. Verr. II 5, 129 ab inferis (Font. 36 LIV. 40, 56, 6 *al.*). de orat. 1, 245 a mortuis (AMBROSIAST. in Rom. 6, 4 corpus. RVFIN. hist. 4, 3, 2 [*ἐκ νεκρῶν*]. *al.*). SEN. suas. 2, 2 ut unum Othryadem -em, adnumerare trecentis exempla possum. LVCAN. 4, 788 umbras. QVINT. inst. 4, 1, 28 defunctos (*al.*). 9, 2, 31 inferos. EVOD. Aug. epist. 158, 6 p. 492, 18 PS. AVG. serm. 279, 4. MACR. somn. 1, 1, 9 -ari narraturum quam reviviscere maluit. TAB. devot. Audollent 233, 27 -o ⟨t⟩e demon qui ic conversans (*i. conversaris*). *nota (v. l. 54):* PRVD. c. Symm. 2, 80 -at ipsam ... vietam ... Romam. *γ in iudicio reum, testem sim., sc. ad dicendum (per similit. l. 68):* CIC. Verr. II 5, 32 ne -etur Verres. Cluent. 141 recitatores. Mur. 51 Catilinam. Flacc. 38 (*iuxta* testarer). Balb. 41. Planc. 43 testem (Rab. Post. 47. fin. 2, 67 ex annalium monimentis. QVINT. inst. 5, 7, 32). de orat. 2, 124 reum (orat. 131 QVINT. inst. 11, 3, 174 *al.*). 2, 223 lectores (QVINT. inst. 6, 3, 44). LIV. 9, 8, 3 me primum -tum iussumque dicere. QVINT. inst. 6, 1, 37 SVET. gramm. 30. *δ c. acc. effectus, i. q. convocare, instituere:* FIRM. err. 6, 5 crudeles epulas annuis commemorationibus -antes. VEN. FORT. vita Albin. 18, 51 per synodos pro ipsa causa saepius -tas excurrens.

2 *i. q. concitare, impellere alqm. iam antea motum (sidera l. 78):* SEN. dial. 4, 14, 1 ad cursum equos stimulis (PELAGON. 365. *cf. in imag.:* SEN. epist. 76, 20. 90, 41 sollicitudo nos ... acerrimis -at st. PLIN. epist. 4, 5, 3 aculeis). 10, 19, 1 quid ... sidera vicibus suis -et? LVCAN. 7, 577 verbere conversae cessantīs -at hastae (*syn.* impellit).

B *c. not. sensili minus expressa, fere translate (hic illic perlucet notio expergefaciendi vel evocandi vel concitandi, sed plerumque ita ut dubites cui tribuas):* **1** *i. q. alacriorem, promptiorem, erectiorem facere:* **a** *sensu latiore et not. propriae vici-*

[Rehm]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

niore, fere i. q. accendere, acuere, cohortari, stimulare, vivificare sim. (*hic illic in malam partem, fere i. q. terrere [e. g. infra l. 5. 16 sq.], cruciare [infra l. 82]. nota pleonasmum infra l. 14*): *α animantia, maxime homines* (*rem quasi personatam: infra l. 14. 24*): Cic. Verr. II 1, 12 se ... clamore ... inimico -tum confessum esse *eqs.* Catil. 4, 4 sollicitantur Allobroges, servitia -antur (Sest. 25). 4, 19. Arch. 18 poetam ... mentis viribus -ari et quasi divino ... spiritu inflari. Sest. 12 ad -andum Antonium, cohortandum accusandum impellendum. Deiot. 15 contra se (Filastr. 101, 3 *al. cf.* in: Amm. 19, 8, 1 Sidon. epist. 1, 3, 2 *al.*). Phil. 6, 18 (*syn.* inflammet. *sic et* 8, 21 *al.*). de orat. 3, 197 (*syn.* incendimur. *sic et* Tac. dial. 39. *cf.* Cypr. mort. 15 p. 306, 24 accenduntur [Drac. Orest. 17]). fin. 5, 69. Tusc. 1, 45 philosophiam cognitionis cupiditate incensam -vit. Att. 2, 1, 3. 3, 23, 5 *al.* Caes. Gall. 3, 26, 1. civ. 1, 57, 4 spe (Lvcan. 7, 386 Tert. adv. Prax. 24 p. 274, 3). *al.* Sall. Catil. 58, 2 Iug. 49, 4. Verg. Aen. 2, 728 (*syn.* terrent). 8, 434 *al.* Liv. 1, 48, 1 trepido nuntio (31, 24, 6). 2, 49, 5. 25, 3, 13 *al.* Sen. suas. 2, 10 non ... in ea subtilitatis erat aliquid, quod vos -are posset. Val. Max. 2, 9, 9. Sen. dial. 5, 30, 1 taurum color rubicundus -at. 8, 5, 1 ad omnīs fabulas (epist. 108, 7 Tac. hist. 2, 73). nat. 7, 16, 1 lectorem. Qvint. inst. 1, 3, 6. 9, 2, 104 iudicem (*t. t. rhet., cf. gr. διεγείρειν*). *al.* Tac. hist. 5, 15 Plin. epist. 6, 16, 18. Cypr. hab. virg. 7 p. 192, 21 (*syn.* hortatur). Avg. catech. rud. 14, 21 (*syn.* acuendos, *opp.* retardandos). Prvd. cath. 7, 92 offensa ... indulgentiae censura (*i. iustitia divina*) iustis -atur motibus. *et al.*

absol. vel elliptice, sc. homines (*cf. p. 1258, 7*): Cic. epist. 15, 21, 4 in -ando ... et in acuendo plurimum valet, si laudes eum, quem cohortere. Liv. 27, 15, 17 -antes vocantesque ad arma (*cf.* Amm. 20, 11, 19 classico -ante in pugnam). Sen. epist. 94, 25 non docet admonitio, sed advertit, sed -at. 100, 11. Cypr. zel. 14 p. 428, 22 Avg. civ. 4, 16 p. 165, 26 D. 12, 9 p. 524, 32.

β animum sim. et animi (vel totius hominis) partes, facultates, affectus, actiones (*alia abstracta: l. 51. 57*): Cic. Manil. 6 animos -are atque inflammare (Sest. 87 *v. p. 780, 4.* har. resp. 41 Bell. Afr. 81, 1 Liv. 27, 13, 13 Sen. Herc. f. 311 Plin. nat. 20, 147. Qvint. inst. 9, 4, 12 ad lyram. Plin. epist. 1, 6, 2 *al. aliter p. 1262, 38*). de orat. 1, 17 mentibus aut sedandis aut -andis (2, 82 Bell. Alex. 9, 1. Qvint. inst. 1, 2, 18 [*iuxta* attollenda]. *al.*). Conc.^{s} I 3 vers. Tur. p. 177, 24 animas (*gr. I 1, 3 p. 63, 28 ἀνεπτέρωσεν*). Rhet. Her. 3, 21, 35 imagines ... infirmae, quae vix memoriam possint -are (Cic. Cael. 71 *al.* Liv. 10, 30, 9. Sen. benef. 1, 12, 1 evanescentem. Qvint. inst. 11, 2, 28 *al. cf.* Ambr. exc Sat. 1, 72 recordationem). Cic. inv. 1, 103 acriter -ta indignatio. Verr. II 4, 39 libidines (Cluent. 36 Plin. nat. 26, 95 Svet. Tib. 43, 1 Avg. civ. 14, 19 p. 43, 14 D. nisi ipsa *l.* vel ultro vel -ta surrexerit). dom. 25 -tus ... Pompei ... nimium diu reconditus ... animi dolor (Planc. 45 Sen. dial. 11, 2, 1). Sest. 41 suspicionem (Brut. 144 Cvrt. 6, 2, 4). Q. Cic. pet. 51 studia (Cic. off. 2, 17. 20 epist. 10, 26, 1 Caes. civ. 3, 21, 1 Ov. Pont. 4, 2, 35 Liv. 26, 48, 6 Tac. hist. 4, 7 *al.*). Cic. de orat. 1, 202 quemcumque in animis hominum motum (Cvrt. 6, 9, 3. Sol. 37, 19 ex ea *glossopetra* lunares motus -ari putant). 2, 208 in iracundia vel -anda vel sedanda (*cf.* Verg. Aen. 2, 594 iras [Sen. dial. 2, 9, 3 Tert. adv. Marc. 5, 19 p. 645, 16 dei. *aliter p. 1261, 29*]). 2, 209 *invidiam* (*opp.* comprimenda. *aliter p. 1261, 23*). off. 1, 103 -andam ... animadversionem et diligentiam *esse*, ut *eqs.* Liv. 6, 8, 5 vis ... militum ... -ta praesentia ducis (Sen. contr. 10 praef. 16. Vell. 2, 22, 4 vim odoris. Petron. 82, 1 Cypr. epist. 55, 4 p. 625, 21 *al.*). Sen. contr. 1 praef. 15 -atur ... otio vigor (Phaedr. 5, 7, 15 Sol. 52, 58). Vell. 1, 8, 1 virtutem. Val. Max. 8, 11 ext. 4 cupiditatem (Cels. 4, 23, 2). Sen. clem. 1, 19, 7 non spem ..., sed metum (dial. 10, 17, 5 spes spem. Cvrt. 10, 8, 21). benef. 5, 12, 2 intentionem (Plin. epist. 2, 19, 4). epist. 95, 15 *aviditatem* (Plin. nat. 31, 87 *al.*). Cvrt. 10, 8, 9 desiderium (Garg. Mart. med. 5). Plin. nat. 24, 27 venerem (*cf.* Plac. med. rec. α 1 l. 13 concubitum. Oribas. eup. 2, 1 C 22 [Aa] luxuriam [*gr. κ 72 πρὸς ἀφροδίσια παρορμᾷ*]. *? absol.*: Diosc. 3, 139 *satyrium* dicitur [*add.* ⟨venerem⟩ *?, cf. gr.*] -are [*seq.* venerem stimulat. *gr. 3, 128, 2 συνουσίας ἐγείρειν*]). Fronto p. 122, 20 N. industriam. Hil. in Matth. 5, 13 p. 949^{C} *sollicitudinem.* Prvd. cath. 7, 23 *acumen* (Physiogn. 12). Ferrand. epist. 8 affectum ... vehementius. *et al.*

γ partes corporis, sensus sim. (*hic illic transit ad not. erigendi, corroborandi, sanandi [cf. p. 1262, 30], e. g. l. 76. 79*): Cic. nat. deor. 3, 56 *Mercurii* obscenius -ta natura traditur (*cf.* Cels. 7, 25, 1^{C} eam partem [Avg. civ. 14, 16 p. 38, 12 D.]. Plin. nat. 24, 62 genitale. Mart. 12, 97, 8 *mentulam.* Ivv. 6, 196 inguen). Cels. 2, 19 quaedam sensus -ant (2, 32 Flor. Verg. p. 187, 19 Filastr. 135, 4). Sen. dial. 11, 10, 5 palatum (epist. 47, 8). epist. 63, 6 stomachum (Plin. nat. 20, 34 Plin. epist. 7, 3, 5 Garg. Mart. med. 3. *cf.* Ps. Apvl. herb. 112 l. 4 alveum). Plin. nat. 23, 35 nullo aeque venae -antur. 32, 70 coracini fel -at visum. Stat. Theb. 3, 328 oculos rubor -at (Prvd. apoth. 761 o. sanie ... solutos pristinus in speculum decor -at). Qvint. inst. 9, 3, 5 aurem (9, 4, 116). Ambr. in psalm. 36, 18, 4 p. 84, 23 caro ... variis morborum ... passionibus -atur (excitur *A m. 1*). Val. Cem. hom. 5, 2 p. 706^{C} *lingua* ne ... aut -ta laedat aut incitata percutiat.

δ res, maxime naturae (*quaedam quasi per imag. hominis, e. g. infra l. 13. 18*): Ⓘ *ignem sim.* (*aliter l. 77*): Caes. Gall. 7, 24, 4 picem reliquasque res, quibus ignis -ari potest, fundebant (Moret. 12 languentem. Sen. epist. 91, 1 Homer. 857). Liv. 22, 17, 3 flammam (Lvcan. 8, 776. *cf.* Tac. dial. 36 eloquentia sicut flamma materia alitur et motibus -atur). 26, 19, 2 ardorem ..., qui resederat (40, 31, 7). Ivv. 3, 262 buccā foculum. Ⓘⓘ *mare sim., i. q. turbare* (*cf. p. 1257, 74*): Lvcr. 6, 442 turbo ... mare (Sen. nat. 6, 32, 4 [*syn.* turbari]. Avien. ora 168 *al. cf.* Sol. 2, 53 fretum). Sen. nat. 4, 2, 5 *aquas* (6, 11). Ⓘⓘⓘ *varia*: Liv. 10, 36, 4 consul ... ut rem -ret, equitum paucas turmas ... inmisit (*cf.* Colvm. 1, 9, 8 cum certamine opus -etur. Qvint. inst. 10, 7, 16 actio auditorum frequentia, ut miles congestu signorum, -atur). Plin. nat. 13, 12 *vetus* oleum -atur cinnamomo (*paulo aliter*: Sol. 21, 4 oleum ad incendium -tum). 17, 261 quaedam *arbores* poena emendantur aut morsu -antur. 37, 95 carchedonios ... inclinatione acrius quam ceteros -ari (*cf.* Sol. 52, 59 lychnites ... si ad calorem digitorum attritu -ta est). Stat. Theb. 8, 343 saevos fragor aereus -at enses. Sol. 32, 11 fontem *Nili* ... siderum motibus -ari. 32, 12. Rvt. Nam. 1, 376 revocatus Osiris -at in fruges germina laeta novas.

b *sensu artiore et not. originali magis evanida*: *α i. q. augere, meliorem et vivaciorem facere, ornare* (*in quibusdam subest not. erigendi, corroborandi* [*cf. p. 1262, 30*]): Liv. 7, 2, 6 res (*i. ludi*) saepius usurpando -ta. Calp. ecl. 4, 102 aspicis, ut teneros subitus vigor -et agnos? Plin. nat. 9, 134 permixtis virtutibus alterum altero -atur *medicamentum.* 14, 69 Campania nuper -vit novis nominibus auctoritatem. 18, 261 oleo aciem falcis (20, 28 oculorum; *cf. l. 39*). 23, 57 cibos ... et sapores non alius magis sucus commendat aut -at. 35, 29 differentia colorum alterna vice sese -ante (*cf.* 35, 97 repercussum claritatis colorum. 37, 76 hebes ... color ... -etur). Stat. Theb. 10, 136 Iris ... obtusum ... iubar -at imbri (Ach. 1, 181. *cf.* Plin. epist. 6, 16, 13 fulgor et claritas). Qvint. inst. 6, 1, 2 enumeranda ... sunt et aptis -anda sententiis et figuris ... varianda (9, 2, 29 orationem [Aqvila rhet. 30 p. 31, 30; *syn.* ornamenta ... habeat]). 6, 3, 19. Sol. 9, 7 nimbis torrentes -antur. Prvd. perist. 6, 143 honor ... quo nostrae caput -atur urbis. Vitae patr. 5, 10, 5 nos -ti eruditione et scientia (*gr. Cot. p. 353 ἡμεῖς ἀπὸ τοσαύτης παιδεύσεως καὶ σοφίας*).

β i. q. acuere: Ⓘ *proprie* (*cf. supra l. 27*): Sol. 30, 21 rhinoceros ... cornu ... attritum cautibus in mucronem -at. Ⓘⓘ *trsl.: vocem, sonum sim., i. q. intendere* (*v. et p. 1263, 25*): Cic. de orat. 1, 251 *tragoedi vocem* ... sensim -ant eandemque ... ab acutissimo sonu usque ad gravissimum sonum recipiunt. Qvint. inst. 11, 3, 42 mediis ... utendum sonis, hique tum augenda intentione -andi, tum submittenda sunt temperandi (Fav. Evl. p. 15, 13). 12, 10, 33 ultima syllaba nec acuta -atur nec flexa circumducitur. Boeth. mus. 1, 10 p. 196, 25 pulsus *nervorum* (*opp.* obtunderet).

2 *i. q. exsurgere vel oriri facere, ēdere, generare* (*acced. hic illic not. 'turbandi', e. g. l. 76. p. 1261, 16*): a *animata* (*praeter infra l. 71*): *α sata sim.* (*in imag.: l. 52. 56. subi. ipsa est herba: l. 54*): Cic. de orat. 2, 88 nova sarmenta cultura -antur. Sen. nat. 5, 18, 3 segetem (Colvm. 2, 15, 4). epist. 94, 29 semina animi, quae admonitione -antur (Boeth. cons. 3 carm. 11, 12. *cf. l. 60*). Colvm. 5, 6, 30 propagines. Pallad. 3, 24, 4 ubi caulem coeperint -are *cepae* (*i. emittere, cf. p. 1261, 13*). 12, 13, 3 pascua. Itala Ezech. 34, 29 (Aug. serm. 47, 15, 28) -bo eis plantarium pacis (*ἀναστήσω, Vulg.* suscitabo).

β apud Christianos c. variis obi.: Ⓘ *semen (i. progeniem), filios*: Itala gen. 4, 25 (Hil. myst. 1, 11, 1 p. 9, 34) -vit mihi deus semen aliud pro Abel ([*ἐξανέστησε, Vulg.* posuit]. Mar. Victorin. in Gal. 5, 3 p. 1189^{A}. *cf. l. 52*). Cypr. epist. 63, 4 p. 704, 2 de lapidibus -ari ... filios Abrahae (*cf. Matth. 3, 9 ἐγεῖραι, Vulg.* suscitare. Hil. in Matth. 2, 3 p. 925^{B} *al. cf.* Consvlt. Zacch. 1, 4 p. 10, 15 incolas). Ⓘⓘ *prophetas, reges sim.* (*spiritum l. 70*): Itala deut. 18, 18 (Cypr. testim. 1, 18 p. 51, 9) prophetam -bo eis de fratribus eorum sicut te (*ἀναστήσω, Vulg.* suscitabo). iud. 2, 16 (Lugd.) iudices (*ἤγειρε, Vulg.* suscitabo; *sic et* iud. 3, 9 [Lugd.] salvatorem. III reg. 11, 23 [Cypr. testim. 3, 80 p. 173, 6]). Cypr. epist. 3, 1 p. 470, 13 -vit eis Saul regem. Lact. mort. pers. 1, 2 principes. Sacr. Leon. p. 395 -a domine in ecclesia tua spiritum (Sacr. Greg. 185, 1 *al.*). Ⓘⓘⓘ *per analogiam res*: Itala Dan. 2, 44 (Iren. 5, 26, 1) -bit deus caeli regnum (*ἀναστήσει, Vulg.* suscitabit). Luc. 1, 69 (cod. e) -vit cornu salutis nobis (*ἤγειρε, Vulg.* erexit).

γ singulariter i. q. facere, reddere: Greg. Tvr. Mart. 2, 25 p. 618, 10 de supplice dolor -at contumacem.

b *inanima*: *α res naturae*: Ⓘ *res per se turbulentas et excitabiles, sc. ignem, fluctum, tempestatem sim.* (*saepe in imag.; aliter supra l. 2*): Cic. Cluent. 200 post illam flammam aliorum ... cupiditate -tam (Cvrt. 8, 10, 8. *cf.* Cic. Mur. 51 incendium [Phil. 7, 3 rep. 1, 1 Fest. p. 344 Cvrt. 6, 3, 11 *al.*]. Lvcr. 6, 309 ignem [Vitr. 2, 1, 1 *al.*]. Sol. 33, 18 facem [Clavd. carm. min. 30, 122 *al.*]). Mur. 36 *tempestas* ut casu -ta esse videatur (prov. 18 *al.* Qvint. inst. 8, 3, 80). Sull. 41 vento ... in optimum quemque -to (Germ. frg. 3, 3. *cf. p. 1257, 64*). Flacc. 57 quantos

[Rehm]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fluctus -ari contionum videtis (Sest. 99 *al.* VAL. MAX. 9, 3 pr. GELL. 2, 30, 2 *al.*). LIV. 30, 18, 4 equestrem procellam (CYPR. zel. 1 p. 419, 12 et turbinibus). VAL. FL. 3, 572 aestus (AMM. 23, 6, 37).

Ⅱ *alias res, maxime quae in corpore humano nascuntur*: CELS. 1 prooem. 15 inflammationem (*al.*). 1, 9, 6 frigida aqua strumas. 2, 7, 29 suppurationem. 2, 7, 33 vomicas. 4, 2, 8 ferramentis ... ulcera (4, 13, 2). *al.* PLIN. nat. 27, 77 pusulas. CAEL. AVR. acut. 2, 29, 156 tumorem. CASS. FEL. 38 sudorem. *et al.* SEN. nat. 1, 5, 9 arcum *caelestem* contra solem -ari. CVRT. 7, 5, 4 caligo ... terrae fervore -ta lucem tegit. ARNOB. nat. 7, 30 p. 263, 26 muscos carbonibus -amus extinctis (*cf.* PALLAD. 1, 35, 6 qui fusticulos allii ... comburens nidorem ...-vit. 7, 7, 2 *fumum*). PRVD. perist. 12, 33 supercilio saxi liquor ortus -vit fontem perennem.

paulo aliter: fere i. q. emittere (*cf. p. 1260, 55*): CELS. 2, 5, 3 urina ... si bullulas -at. 5, 26, 20[E] locus ... odorem -at.

β res abstractas: Ⅰ *bellum, tumultum aliasque res malas et contentiosas*: TER. Haut. 1013 non vides quantum mali ex ea re -es? (CIC. Att. 7, 17, 4. *cf.* LIV. 38, 28, 8 malum). ACC. trag. 610 quantam ... molem -arit belli *Paris* (*cf.* bellum: CIC. Catil. 3, 4 prov. 32 *al.* SALL. hist. frg. 1, 53 LIV. 1, 22, 2 *al.* VELL. 2, 15, 1 TAC. hist. 4, 19 *al.*). CIC. Verr. II 3, 157 -tum esse in aratores ... odium. Cluent. 44 contentiones (LIV. 37, 59, 9 PLIN. epist. 3, 20, 1 *al.*). 134 facile ... falsae suspicioni et invidiae populariter -tae restitisset (CVRT. 8, 8, 22 ASCON. in Mil. p. 43, 20 St. TAC. ann. 3, 36. *aliter p. 1259, 54*). Flacc. 58 ille tum motus est temeritate imperitorum -tus (LIV. 3, 9, 1 VAL. MAX. 3, 2, 18 *al.*). Sest. 103 discordiam (PAPIN. dig. 31, 77, 20 [*opp.* sedandis]). epist. 15, 1, 2 tumultum (LIV. 26, 10, 10 [*opp.* compressi]. *al.* TAC. hist. 1, 83 *al.*). CATVLL. 40, 4 rixam. LIV. 3, 40, 4 ex magno certamine magnas -ari ... iras (41, 25, 2. *aliter p. 1259, 52*). 6, 27, 9 seditionem (34, 33, 11 FLOR. epit. 1, 25, 1 PASS. Petr. 10 *al.*). 27, 8, 1 certamen (ITALA Is. 42, 13 [Cypr. testim. 2, 28 p. 95, 10]; ἐπεγερεῖ, *Vulg. aliter*). SEN. dial. 5, 34, 3 pugnas et iurgia (PALLAD. hist. mon. I 22 p. 304[A] [*gr. p. 106, 9 συνέβαλον μάχην*]). CYPR. Fort. praef. 5 p. 320, 29 persecutiones (AVX. Maximin. c. Ambr. 58 p. 21, 14. VVLG. act. 13, 50 [ἐπήγειραν]). AMM. 16, 8, 5 calumnias (COD. Iust. 10, 32, 66, 1 [*a. 497/99*]). *et al.*

Ⅱ *animi affectus actionesque inde ortas*: CIC. Sest. 5 laudes. 115 plausus (off. 1, 97 HIER. epist. 52, 4, 1). 121 fletum (CATVLL. 39, 3. *cf.* CELS. 6, 6, 14 lacrimas). Scaur. 41 vox ... non expressa dolore ..., sed ... praemiis -ta (VITR. 10, 8, 6. *cf.* CAEL. Cic. epist. 8, 10, 2 sermones [exercitarunt *M*]). Phil. 3, 21 risus (epist. 3, 11, 2). de orat. 2, 236 *hilaritatem* (ARNOB. nat. 4, 36 p. 170, 23). Brut. 327 admirationem. orat. 214 *clamorem* (LIV. 9, 7, 4 Samnitibus. PLIN. epist. 4, 19, 3 *al.*). fin. 2, 52 amores (off. 1, 15 PANEG. 3, 5, 3). *al.* LIV. 26, 26, 10 rumores (SEN. epist. 43, 1). 30, 2, 9 novas religiones. SEN. suas. 6, 19 luctum. CELS. 2, 1, 10 horrores. 3, 9, 2 sitim. 4, 2, 6 dolorem (7, 27, 1 SCRIB. LARG. 189 *al.*). CIL VI 33976[d] (*s. I ex.*) favorem quem ob teneram aetatem -verat. PANEG. 4, 2, 7 gratulationes, quae praesentibus -antur. LAMPR. Heliog. 21, 1 pavorem. ORIBAS. syn. 1, 17 p. 820, 12 (Aa) vomica (*i. vomitus*) eis -atur (*gr. 1, 17, 30 ἐμέτους ... παρέσχεν*). *et al.*

